ACTA ROMANA SOCIETATIS IESU

VOLUMEN VII, 1932-1934

~~FASCICULUS I - ANNO 1932~~

AD USUM NOSTRORUM TANTUM

ROMAE
APUD CURIAM PRAEPOSITI GENERALIS
—
1932

ACTA ROMANA SOCIETATIS IESU

VOLUMEN VII

FASCICULUS I - ANNO 1932

AD USUM NOSTRORUM TANTUM

ROMAE
APUD CURIAM PRAEPOSITI GENERALIS

—

1932

INDEX

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

I. — PRO SOCIETATE.

II. — PRO PROVINCIIS, DOMIBUS, SODALIBUS.

Epistolae quaedam officiosae et gratulatoriae :

ACTA PRAEPOSITI GENERALIS

I. — PRO SOCIETATE.

II. — PRO PROVINCIIS, MISSIONIBUS, DOMIBUS.

Litterae gratulatoriae Patris Nostri pro festis iubilaribus quarundam Provinciarum, Missionum, Domorum :

III. — RESPONSA.

A) INSTITUTI DECLARATIONES UNIVERSAE SOCIETATI PROPOSITAE.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

I. — PRO SOCIETATE.

1. **4 ianuarii 1931.**

Distracto territorio e Praefectura Apostolica de Salisbury, erigitur Missio independens de Bulawayo in Africa Meridionali. — Litt. Apost. (1).

PIUS PP. XI

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Congregationis Missionariorum de Mariannhill moderator generalis Nos edocet Instituti sui alumnos iam nonnullis ab annis sacro missionario ministerio fungi in territorio Rhodesiae meridionalis, quod, sub iurisdictione Ordinarii de Salisbury, intra fines praefecturae apostolicae de Salisbury positum est; ideoque Nos rogat ut a praefectura ipsa eandem territorii partem distrahere et in Missionem sui iuris erigere velimus. Hisce vero votis, quae suis quoque auget suffragiis Praefectus Apostolicus de Salisbury (2), Nos, bono missionum provehendo iugiter intenti, ultro libenterque adnuendum censemus.

---

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXIII, 1931, pp. 372-373. — In *Actis Romanis* anni 1931 hoc documentum ex errore omissum est. — Praefectura Apostolica de Salisbury, Provinciae Angliae commissa, paulo post hanc dismembrationem (3 mart. 1931) in Vicariatum Apostolicum erecta est: cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pp. 708-709.

(2) Erat tunc R. P. Robertus Brown (Prov. Angl.).

Quare, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, a praefectura apostolica de Salisbury territorium ad occidentem et ad meridiem seiungimus seu dismembramus, quod constat octo sequentibus integris districtibus, videlicet Bubi, Bulalima-Mangwe, Bulawayo, Insiza, Matopo, Hyamandlovu, Unzinwane et Wankie, suis actualibus limitibus definitis, praeterea ea parte districtus Gwanda, quae ad fluminis *Unzingerane* occidentem exstat, nec non territorio de Tati, atque ea parte Protectoratus de Bechuanaland, quae inter lineam Capricorni ad meridiem et longitudinis 22 gradum ad occidentem sita est. Huic vero territorio omni, quod a praefectura apostolica de Salisbury separavimus, et in Missionem sui iuris ex nunc erigimus, nomen facimus *de Bulawayo;* eandemque novam independentem Missionem de Bulawayo ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum religiosis Missionariis e Congregatione de Mariannhill in Domino concredimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum ac decernendum esse, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Ianuarii anno MDCCCCXXXI, Pontificatus Nostri nono.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

2. **1 decembris 1931.**

INSTRUCTIO

SACRAE CONGREGATIONIS DE RELIGIOSIS

AD SUPREMOS RELIGIONUM ET SOCIETATUM CLERICALIUM MODERATORES: — DE FORMATIONE CLERICALI ET RELIGIOSA ALUMNORUM AD SACERDOTIUM VOCATORUM, DEQUE SCRUTINIO ANTE ORDINUM SUSCEPTIONEM PERAGENDO [1].

1. Quantum Religiones omnes ac Societates ad salutem conferant populorum, sive hi iam Christi fide sint regenerati, sive adhuc in idololatriae tenebris et in mortis umbra sedeant, vix poterit verbis edici. Eorum quippe alumni ii sunt qui, evangelica secuti consilia, atque mundo despecto, totos se divino servitio mancipantes, professionis suae virtute, aliud non quaerunt quam Dei regnum in terris promovere, prout non ita pridem Ssmus Dominus Noster Pius XI testabatur [2]: « Ex hac igitur tanta religiosorum Ordinum varietate, quasi ex dissimilibus arboribus in agro dominico consitis, magna oritur et in salutem gentium provenit fructuum varietas; atque nihil sane pulchrius atque adspectu delectabilius quam harum complexus atque universitas Sodalitatum, quae, etsi ad unum atque idem denique spectant, habent tamen suum quaeque industriae et laboris campum, a ceteris aliqua ex parte distinctum. Fieri enim divinae Providentiae consilio solet, ut, quotiescumque novis est necessitatibus occurrendum, nova item religiosa instituta excitentur ac floreant ».

2. Qui status, quam sublimis et nobilis sit, nuper eloquenter edisserebat idem Beatissimus Pater in nuntio radiophonico ad totum terrarum orbem transmisso, 12 Febr. 1931, dum religiosos omnes alloquens, quos « filios et filias praedilectionis Nostrae » nominabat, eos dicebat, « qui quaeve charismata meliora aemulantes, atque in fide sanctissimorum votorum et in religiosa disciplina totius vitae nedum praeceptis sed et desideriis consiliisque

---

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXIV, 1932, pp. 74-81.

(2) Ep. apost. *Unigenitus Dei Filius*, 19 Martii 1924 (*A. A. S.*, vol. XVI, pp. 133-134).

divini Regis et Sponsi obsecundantes, Ecclesiam Dei virgineo odore fragrantem facitis, contemplationibus illustratis, orationibus fulcitis, scientia et doctrina ditatis, ministerio verbi et apostolatus operibus in dies percolitis et augetis. Igitur vere caelestis et angelicae vocationis participes, quanto pretiosiorem thesaurum gestatis, tanto diligentiorem adhibeatis custodiam, non solum ut certam vestram vocationem et electionem faciatis, verum etiam ut in vobis, tanquam in servis apprime fidelibus et devotis, cor Regis et Sponsi consolationem et reparationem aliquam inveniat pro infinitis offensionibus et negligentiis quibus homines ineffabilem Eius dilectionem rependunt » (1).

3. Cum ergo religiosorum status adeo praecellens sit, nihil mirum si humanae salutis hostis nullum non moveat lapidem, ut eos, qua perversis suasionibus, qua mundanarum voluptatum adlectu, qua denique passionum concitatione, ab eiusdem status sublimitate deiiciat. Re quidem vera, non desunt graves desertionum casus, nedum ab statu religioso, verum etiam ab ipsa sacra militia, in quam per ordinum susceptionem fuerant viri religiosi cooptati. Quod, quanto accidat eorumdem religiosorum, immo ipsius religionis, detrimento atque christifidelium scandalo, nemo est qui non videat. Quapropter, arrepta occasione Instructionis, non ita pridem a Sacra Congregatione de Sacramentis ad locorum Ordinarios missae super scrutinio candidatorum instituendo antequam ad ordines promoveantur (2), Sacra haec Congregatio Religiosorum, ut muneri suo satisfaciat, facto verbo cum Sanctissimo ac de ipsius speciali mandato, haec quae sequuntur, in Moderatorum Religionum ac Societatum clericalium memoriam revocare, atque, ubi opus sit, praecipere decrevit.

I.

De formatione alumnorum ad ordines promovendorum.

4. Ex ipsa rerum natura atque quotidiana experientia accipimus, Religionum prosperitatem ab alumnorum formatione, sicut a cultura pulcritudinem arborum potissimum pendere.

(1) *A. A. S.*, vol. XXIII, p. 67.
(2) Instructio 27 Dec. 1930 (*A. A. S.*, vol. XXIII, p. 120).

Quod ita exponebat sanctae memoriae Pius IX (1): « cum ex diligenti tyronum admissione atque optima illorum institutione laetus cuiusque sacrae familiae status decorque plane pendeat, vos summopere hortamur, ut eorum qui religiosae vestrae familiae nomen daturi sunt, indolem, ingenium, mores antea accurate exploretis, ac sedulo investigetis quo consilio, quo spiritu, qua ratione ad regularem vitam ineundam ipsi ducantur ».

5. Enimvero, mature iam prudenterque delectis adolescentibus religiosae vitae candidatis, Superiores impense curabunt, ut eis una cum pietatis doctrina, ad aetatem eorum accommodata, inferiores quoque disciplinae tradantur, quae in gymnasiis tradi solent (2); « ita scilicet, ut non ante ad novitiatum accedant, quam humanitatis, ut aiunt, curriculum confecerint, nisi sat gravis interdum causa aliter decernendum suadeat » (3), quo casu compleri debebit, antequam cursus philosophicus incipiatur.

6. Atqui imprimis, maxima diligentia, iam inde a primo candidatorum in Religionem ingressu, Superioribus adhibenda erit ut adolescentes, non gregatim, neve festinanter adsciscantur (4), sed ii soli, in quibus divinae vocationis indicia deprehenduntur, et spes affulget eosdem cum fructu ecclesiasticis ministeriis perpetuo addictum iri (5). Ampliores adhuc de candidatis notitias sibi procurent Superiores antequam alumnos ad novitiatum admittant (6), et testimoniales litteras forsan insufficienter acceptas, per alias accuratas investigationes a fide dignis personis habitas, suppleant. Neque negligant Superiores notitias sibi assumere de illorum familiarum moribus, utrum nempe parentes fuerint ab illis vitiis immunes, quae facile in prolem redundare possent. Nimirum, in candidatis ad sacerdotium designandis, communia vocationis religiosae indicia minime sufficiunt, sed requiruntur praeterea signa specialia clericorum statui propria. Hac ergo de causa praecipiunt sacri canones, ut novitiatus alius

---

(1) Litt. apost. *Ubi primum,* 17 Iunii 1847.

(2) *Cod. iur. can.,* c. 589.

(3) Pius XI, Ep. apost. cit., p. 140.

(4) Pius X, Ep. *Cum primum,* 4 Aug. 1913, ad Mag. Gen. O. P. (*A. A. S.,* vol. V, p. 388: Cf. Pius XI, ibid.).

(5) Can. 1363 § 1.

(6) Can. 544-545.

pro clericis, alius pro conversis habeatur, adeo ut qui pro una classe expletus fuerit, pro altera non valeat (1).

7. Expleto novitiatu, alumni in iis domibus collocentur, in quibus plena legum observatio floreat, praesertim quod ad perfectam vitam communem (2) necnon ad paupertatem spectat, ubi, praeterea, cetera ita sint disposita, ut praescriptum philosophiae ac theologiae cursum fructuosius valeant peragere. Quo quidem tempore cavebunt Superiores ne iuvenes a virtutum certamine animos remittant, illos ab illorum librorum aut ephemeridum lectione, quibus a bonis studiis praepediri utcumque possent, arcentes, necnon, quod ad animi recreationem pertinet, ab illis quoque exercitationibus corporeis, quae clericos minime decent, iuxta gravissimum monitum Concilii Tridentini (3): « Sic decet omnino clericos, in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum ac religione plenum prae se ferant ». Curabunt quoque Superiores ut Magistri spiritus, quorum speciali curae toto studiorum curriculo illi committuntur, eorum animos ad vitam religiosam et clericalem, qua opportunis monitis, qua instructionibus atque adhortationibus, informent (4): hac enim ratione, et non aliter, tandem aliquando solidam doctrinam praeferent cum sanctissima vita coniunctam.

8. Quod spectat ad sacrarum litterarum studia, gravissima verba semper prae oculis habeant eiusdem SS.mi Domini Nostri Pii XI (5): « Quam quidem rerum sacrarum cognitionem cum necesse sit Ecclesiae administros et maximi facere et penitus percipere, id ipsum est hortationis Nostrae caput, ut sodales religiosos, sacerdotio vel iam potitos vel posthac initiandos, ad disciplinas sacras assidue excolendas excitemus, quas nisi calleant, vocationis suae munia perfecte absoluteque implere non poterunt. Cum enim iis, qui se Deo consecraverint, aut unum aut certe praecipuum propositum sit orare Deum et divina contemplari aut meditari, quî igitur gravissimo eiusmodi fungantur of-

(1) Can. 558.
(2) Can. 587 § 2.
(3) Sess. XXII, c. I., *De reform.*
(4) Can. 588 § 1.
(5) Ep. apost. cit., pp. 136, 137.

ficio, nisi fidei doctrinam plane cognitam habeant atque perspectam? Quod velimus eos imprimis attendere, qui umbratilem in caelestium rerum contemplatione vitam degunt; errant enim, si putant, theologicis studiis aut ante neglectis aut postea depositis, posse se, copiosa illa destitutos, quae e doctrinis sacris hauritur, Dei mysteriorumque fidei cognitione, facile in excelsis versari atque ad interiorem cum Deo coniunctionem efferri atque evehi. Ad ceteros autem quod attinet, sive ii docent, sive contionantur, sive animis expiandis pro tribunali poenitentiae sedent, sive in sacras expeditiones dimittuntur, sive cum populo in cotidiana vitae consuetudine sermocinantur, nonne multiplex ista ministerii sacri exercitatio eo plus habitura est roboris atque efficacitatis, quo maiore eruditionis summa niteant ac polleant »?

9. Quoniam vero haec iuvenum studiosa formatio compleri nequit ubi dissipationi locus detur, aut iuvenibus passim per diversas domos vagari, vel apud parentes commorari permittatur, ideo non absque iusta et gravi causa, de qua re Superiorum conscientia graviter onerata manet, eosdem itinera suscipere liceat, sed in domibus ad studia destinatis constanter permaneant; ibique, in exercitia pietatis ac scientiae, usque ad completum studiorum curriculum, incumbant assidue. Quod valet etiam, si quando eos, de licentia huius Sacrae Congregationis, ante completum quartum sacrae theologiae annum, presbyteratu insigniri contingat.

10. Cum autem maiores scopuli initio vitae sacerdotalis occurrere soleant, caveant Superiores ne post ordinationem et completo iam studiorum curriculo, iuvenes sibi ipsi relinquantur, sed per aliquod tempus sub speciali cura eosdem habeant. Quod ut facilius fiat, illos in domibus ubi perfecta viget regularis observantia assignent, speciale tyrocinium, pro uniuscuiusque captu, subituros. Interim studia prosequantur et in eis iugem profectum edant ad normam sacri canonis, praecipientis ut « religiosi sacerdotes,... post absolutum studiorum curriculum, quotannis, saltem per quinquennium, a doctis gravibusque patribus examinentur in variis doctrinae sacrae disciplinis antea opportune designatis » (1): de qua re, in quinquennali relatione Sa-

(1) Can. 590.

cram hanc Congregationem edoctam teneant, simul rationem reddentes de causa motiva exemptionum, si quas ipsi dare censuerint.

11. Haec autem omnia officia Superiores faciliore negotio adimplebunt, si in personis, quibus iuvenum institutio committitur deligendis, speciales impenderint curas, ut nonnisi viri prudentes, caritate ac pietatis observantia praestantes ad id muneris advocaverint. Ipsi vero spiritus Magistri necnon scientiarum Professores, alumnis suis, iam ab unguiculis, exemplo disciplinae religiosae et virtutum sacerdotalium esse satagant, scientes nonnihil verba, plurimum vero exempla ad animos iuvenum informandos conferre (1).

II.

De scrutinio ante susceptionem ordinum peragendo.

12. Quod, vi canonicae legislationis, ad ordinationem religiosorum attinet, Superiores maiores vel concedunt litteras dimissorias Episcopis ordinantibus (2), vel saltem alumnos ordinationi praesentant cum litteris testimonialibus (3). Hisce testimonialibus litteris Superior religiosus non solum alumnos esse de familia testatur, sed etiam de studiis peractis, deque aliis in iure requisitis fidem facit (4). Hinc liquet, gravissimam illam obligationem qua tenentur Episcopi efformandi, probandi ac seligendi proprios subditos saeculares qui sacros ordines recipere volunt, eamdem prorsus Superioribus religiosis incumbere, quorum est suis subditis ad sacros ordines accessum permittere. Et licet Episcopi valeant ad normam iuris (5) testimonio Superiorum non acquiescere ac per sese religiosum ordinandum examinare, non tamen ad hoc tenentur; sed, coram Deo ac Ecclesia, Superiorum bono testimonio assentiri possunt, atque in ipsos plenam

(1) Can. 559 § 1; 588 §§ 1, 2.
(2) Can. 965 et 966 § 1.
(3) Can. 994 § 5.
(4) Can. 995 § 1.
(5) Can. 997 § 2.

respondendi obligationem circa candidatorum formationem et dignitatem refundere (1).

13. Cum res ita sapienter ordinatae sint, tanquam sibi iniuncta Superiores existimare debent gravissima Apostoli verba, tam saepe inculcata, quibus Episcopi de strictissima obligatione admonentur, candidatos semel atque iterum probandi, antequam eos ad sacros ordines admittant: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis* (2): *et hi autem* (Diaconi) *probentur primum, et sic ministrent, nullum crimen habentes* (3). Priora verba commentans aiebat S. Ioannes Chrysostomus (4): *Quid est* cito? *Non post primam probationem, nec post secundam, vel tertiam; sed postquam saepius circumspexeris et accurate examinaveris.* Et Codex iuris canonici, Patrum Conciliorumque sententias perstringens, ait (5): *Episcopus sacros ordines nemini conferat, quin ex positivis argumentis certus sit de eius canonica idoneitate; secus non solum gravissime peccat, sed etiam periculo se committit alienis communicandi peccatis.*

14. Quae cum ita sint, sequentia ab omnibus Religionum et Societatum clericalium moderatoribus deinceps erunt observanda. Novitii, ante professionem votorum temporalium, quae omnino praecedere debet promotionem ad tonsuram et ad ordines minores, Superiori petitionem scripto deferant, in qua expressis verbis testimonium ferant de sua ad statum religiosum et clericalem vocatione, simulque firmum propositum pandant perpetuo se militiae clericali, in statu regulari, mancipandi (6): quae petitio et declaratio in archivo asserventur. Superiores vero quemquam ad ordines ascendere ne sinant, quamdiu de eiusdem moribus, pietate, modestia, castitate, ad statum clericalem propensione, in studiis ecclesiasticis profectu, necnon religiosa disciplina, sibi per accuratum scrutinium non constiterit (7).

---

(1) Can. 970, 995 § 2.
(2) *I Tim.*, V, 22.
(3) Ibid., III, 10.
(4) *Homil. XVI*, n. 1.
(5) Can. 973 § 3.
(6) Can. 973 § 1.
(7) Can. 973 § 1.

Ad quod certius obtinendum, testimonium exquirant Magistri spiritus aliorumque, quibus ob specialem cum alumnis frequentiam, horum vitam moresque pernoscere contigerit. Quae testimonia leviter ne recipiantur, sed sedulo ponderentur, habita ratione prudentiae, sinceritatis, iudicii maturitatis illa ferentium. De factis inquisitionibus deque scrutinii exitu, iustum condatur documentum in archivo asservandum. Denique, Superior ipse, vel per se, vel per alium scientia ac prudentia praeditum, sibique adolescentium fiduciae comparandae idoneum, hos interrogare curet, ut tandem aliquando certior reddatur, ipsos libere ac scienter ordines in statu religioso appetere.

15. Quod ad ordinum maiorum susceptionem attinet, meminisse Superiores religiosos oportet, eos alumnos suos minime posse ad eosdem promoveri sinere, antequam professionem sive perpetuam, sive solemnem emiserint (1). In Religionibus ubi perpetua vota non emittuntur, Superiores districte vetantur, alumnos ante triennium completum votorum temporariorum ad ordines sacros promovere: in Societatibus vero sine votis, — peracta, si adsit, perpetua seu definitiva cooptatione, — ante triennium item completum a prima post novitiatum cooptatione in ipsam Societatem.

16. Antequam alumni ad subdiaconatum admittantur, novam Superiores inquisitionem de supradictis (2) instituere debent. Ad quod praestandum documenta inquisitionis iam peractae in archivo servata iterum videant, et nova testimonia de moribus, deque spiritualibus qualitatibus cum antiquis comparent; ut probe noscant quomodo iuvenes a prima professione, tum in disciplina religiosa, tum in profectu in studiis clericalibus sese exhibuerint. Quibus demum peractis, si digni et idonei inventi fuerint, nullaque adsit ratio canonica cur ab ordine recipiendo arceantur, Superiores litteras dimissoriales seu testimoniales pro ordinatione ipsis concedere possunt; iis servatis quae in iure canonico propriisque constitutionibus statuuntur.

17. In omnibus vero Religionibus et Societatibus, Superiores antequam alumnos ad subdiaconatum praesentent, praeter inquisitionem supra praescriptam (n. 16), ab ipsis testificationem,

---

(1) Can. 964 §§ 3, 4.

(2) N. 14.

intuitu subsecuturae, tempore suo, sacrae ordinationis, manu propria candidati subscriptam et iurisiurandi fide, coram Superiore, firmatam, exigere debent sequentis tenoris:

« Ego subsignatus *N. N.*, alumnus Ordinis vel Congregationis *N. N.*, cum petitionem Superioribus exhibuerim pro recipiendo subdiaconatus ordine, diligenter re perpensa coram Deo, iuramento interposito, testificor: 1. Nulla me coactione, seu vi, aut nullo impelli timore in recipiendo eodem sacro ordine, sed ipsum sponte exoptare, ac plena liberaque voluntate eumdem cum adnexis oneribus amplecti velle. — 2. Fateor mihi plene esse cognita cuncta onera ex eodem sacro ordine dimanantia, quae sponte amplector, ac Deo opitulante propono me toto vitae curriculo diligenter servare. — 3. Quae castitatis voto ac coelibatus lege praecipiuntur, clare me percipere testor, eamque integre servare usque ad extremum vitae, Deo adiuvante, firmiter statuo. — 4. Denique sincera fide spondeo iugiter me fore, ad normam sacrorum canonum, obsequentissime obtemperaturum iis omnibus quae mihi a Praepositis, iuxta Ecclesiae disciplinam, praecipientur, paratus virtutum exempla, tum opere, cum sermone, aliis praebere, adeo ut tanti officii susceptione retributionem a Deo promissam accipere merear. Sic testor ac iuro, super haec Sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.

... die ... mensis ... anni ... *N. N.* manu propria ».

18. Notandum, in Ordinibus votorum solemnium, praedictam testificationem, manu propria religiosi subscriptam et iurisiurandi fide firmatam, emissioni votorum solemnium praemitti debere.

19. In dimissoriis litteris pro alumnorum ordinationibus, iuxta praescripta Codicis iuris canonici, concedendis, necnon in testimonialibus litteris, Superiores de his omnibus, onerata eorum conscientia, Episcopo ordinanti testentur; cui tamen liberum sit pro lubitu interrogationes etiam privatim alumnis ordinandis facere.

20. Licet pro diaconatus et presbyteratus ordine opus non sit informationes adeo amplas atque nova requirere testimonia, advigilent tamen Superiores et videant utrum, in intervallo ab unius et alterius ordinis sacri collatione, nova acciderint, quae

vel patefaciant dubiam ad sacerdotium vocationem, vel nullam prorsus commonstrent. Hoc in casu, perscrutatione perquam diligenter peracta, adhibitoque virorum prudentum consilio, novi ordinis susceptionem penitus interdicant, remque ad hanc Sacram Congregationem referant, a qua, pro singulis casibus, quod opportunius in Domino visum fuerit, decernetur.

21. Haec omnia Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI in audientia diei 1ae mensis Decembris anni 1931, audita relatione ab infrascripto Card. Praefecto Sacrae Congregationis peracta, rata habere et confirmare dignatus est, mandans praeterea ut praesens instructio omnibus Supremis Religionum et Societatum clericalium Moderatoribus notificetur, ab ipsis adamussim observanda, praecipiens etiam ut sub initio cuiuslibet anni religiosis clericis perlegatur, deque hisce praescriptionibus fideliter adimpletis Superiores in quinquennalibus relationibus Sacram hanc Congregationem edoceant.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die, mense et anno, ut supra.

L. ✠ S. Fr. A. H. M. Card. Lépicier, O. S. M., *Praefectus.*

Vincentius La Puma, *Secretarius.*

3. **6 ianuarii 1932.**

Festum Sancti Roberti Bellarmino ad universam Ecclesiam extenditur. — Decr. S. Rit. Congreg. (1).

URBIS ET ORBIS.

DECRETUM.

Ingenti populi christiani laetitia superiore anno expleti saeculi decimi quinti sollemnia celebrata sunt Ephesinae Synodi, in qua divina Beatae Mariae Virginis est conclamata maternitas: quam Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI, pro sua erga Deiparam devotione, liturgico cultu decorandam Litteris Ency-

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXIV, 1932, pag. 169.

clicis *Lux veritatis* datis in festo Nativitatis D. N. I. C. superiore anno decrevit. Feliciter quoque evenit ut Doctoris Ecclesiae titulus, eodem recurrente anno, duobus tribueretur Viris, pietate erga Beatam Mariam claris, Sanctis nempe Roberto Bellarmino, et Alberto Magno, cuius Episcopi cultus ad universam extensus est Ecclesiam. Qua de re Sanctitas Sua, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, supra relata Officia propria et Missas approbavit, illaque ab universa Ecclesia adhibenda esse decrevit in respectivis festis, videlicet: die 11 Octobris in festo Maternitatis Beatae Mariae Virginis, sub ritu duplici secundae classis; die 13 Maii, in festo Sancti Roberti Bellarmino, Confessoris Pontificis et Ecclesiae Doctoris, sub ritu duplici minori; die 15 Novembris, in festo Sancti Alberti Magni, Confessoris Pontificis et Ecclesiae Doctoris, pariter sub ritu duplici minori. Mandavit insuper Sanctitas Sua, ut praefatis festis in Kalendario relatis, festum tamen Sanctae Gertrudis Virginis e die 15 in sequentem diem 16 Novembris perpetuo adsignaretur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 6 Ianuarii 1932.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *Praefectus.*

A. Carinci, *Secretarius*

Nota. — Officium, Missa, Elogium Sancti Roberti Bellarmino ab universa Ecclesia adhibenda eadem sunt atque ea quae pro Societate anno superiore approbata fuerant (*Acta Romana*, vol. VI, 1931, pp. 767-773), excepto ritu: additur tamen hic Lectio IX contracta, quae in Proprio Societatis locum non habuit, siquidem, ob ritum dupl. 2ae. classis, pro nobis usu venire numquam potest. Est autem haec:

Si hoc Festum ad instar Simplicis redigatur iuxta Rubricas, et de eo legenda sit ix Lectio, haec erit:

Lectio ix

Robertus, Politianus, e patricia Bellarminorum gente, matrem pientissimam habuit Cynthiam Cervini, Marcelli Papae secundi sororem. Eximia pietate et castissimis moribus ornatus, duodeviginti annorum adolescens Societatem Iesu Romae ingressus est, in eaque, ad mortem usque, religiosarum virtutum omnibus exemplo fuit. Post philosophiae curriculum Florentiam primum missus, tum Montem Regalem, Patavium et Lovanium, magistri et concionatoris

munere, nondum sacerdos, mirifice functus est. Lovanii praeterea, sacerdotio auctus, theologiam ita docuit, ut theologus per Europam clarissimus iam tum haberetur. Romam revocatus, theologicam controversiarum disciplinam in Collegio Romano tradidit, ubi etiam vitae spiritualis magister constitutus, angelicum Aloisium per sanctitatis semitas moderatus est. A Clemente Papa octavo, frustra reluctans, in Patrum Cardinalium numerum cooptatus, et paulo post consecratus episcopus, Capuanam archidioecesim triennium sanctissime rexit; quo munere deposito, integerrimus ac fidelissimus Summi Pontificis consiliarius in Urbe degit, usque dum, prope octogenarius, die decima septima septembris, anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo pie in Domino quievit. Praeter Controversiarum volumina multa alia praeclare scripsit, inter quae aureus catechesis libellus exstat insignis. Fortissimum hunc catholicae veritatis propugnatorem Pius undecimus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum rettulit atque universalis Ecclesiae Doctorem declaravit.

4. **24 ianuarii 1932.**

Summus Pontifex Societatem in Hispania, per decretum Gubernii pridie latum et eo ipso die vulgatum, dissolvi iussam laudat et solatur (1).

SERMO SUMMI PONTIFICIS.

Cum, post editum decretum de heroicis virtutibus Ven. Servi Dei Vincentii Pallotti, Sacerdotis Romani († 1850), Fundatoris Piae Societatis Missionum (*Pallottini* vulgo dicuntur), Summus Pontifex, uti mos est, adstantes alloqueretur, haec benevolentissima de Societate nostra verba fecit:

Parecchie, — notava Sua Santità, — sono le provvidenziali opportunità nelle quali si presentava a Lui quella festa dello spirito, quella grande consolazione, quella grande edificazione. Ma voleva cominciare con una dolorosa opportunità. Egli sentiva la consolazione sempre grande che solleva dalla terra al cielo, rende partecipi dei gaudi celesti e fa dimenticare per un momento le miserie di questa valle di lacrime (lacrime amarissime quelle che in quel giorno il Papa doveva versare e offriva

(1) Ex ephemeride *L'Osservatore Romano* diei 25-26 ian. 1931.

a Dio): sentiva quella grande consolazione di proclamare le virtù eroiche del Ven. Servo di Dio Vincenzo Pallotti, e ciò proprio nel momento stesso in cui riceveva sempre più tristi e nere le notizie della lontana Russia, sempre peggiori, purtroppo, le notizie del povero Messico, sempre particolarmente dolorose le notizie della non meno povera Spagna.

Al momento preciso, si può dire, di recarsi a quella cerimonia — continuava Sua Santità — aveva avuto informazioni dei provvedimenti che somigliano bene all'ostracismo quasi totale del sacerdozio dalle diocesi del Messico, con sommo danno del divino culto e dell'assistenza delle anime, divenuta quasi impossibile. E con essi la tristissima notizia del decreto che scioglie e proscrive la Compagnia di Gesù dalla Spagna e ne confisca i beni, con scempio vero, terribile (1). E' vero: c'è nella tristezza della circostanza qualche cosa di supremamente bello e glorioso per il Sommo Pontefice e per i Suoi buoni figli della Compagnia di Gesù: ed è quello stesso che faceva godere gli Apostoli quando se ne andavano « gaudentes... quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati ». E' proprio per questo che quei religiosi vengono espulsi, è proprio per questo che soffrono. E' la loro gloria e la loro consolazione, ed essi ben sanno che è anche glo-

---

(1) Iuvat in *Actis Romanis Societatis Iesu* initium huius decreti diligenter exscribere, cum insigne sit in laudem Societatis testimonium, ab eius quidem hostibus latum, sed tale quo melius ab amicissimo quoque vix proferri potuisset:

« El artículo 26 de la Constitución de la República Española de-
« clara disueltas aquellas Ordenes religiosas que estatutariamente
« impongan, además de los tres votos canónicos, otro especial de
« obediencia a autoridad distinta de la legítima del Estado, de-
« biendo ser nacionalizados sus bienes y afectados a fines benéficos
« y docentes.

« Es función del Gobierno ejecutar las decisiones que la po-
« testad legislativa hubiese adoptado en el ejercicio de la sobera-
« nía nacional, y, refiriéndose concretamente el precepto consti-
« tucional a la Compañía de Jesús, que se distingue de todas las
« demás Ordenes religiosas por la obediencia especial a la Santa
« Sede, como lo demuestran, entre innumerables documentos, la Bu-
« la de Paulo III, que sirve de fundamento canónico a la Institución

ria e consolazione del Padre di avere tali figli, tali difensori, giacchè proprio si possono chiamare (massime in questo momento) non solo confessori, ma martiri del Pontefice, martiri del Papa, martiri del Vicario di Cristo. E' infatti questa fedeltà che alla Santa Sede li avvince che non ha mancato di avere gran parte nella sorte che li colpisce. Sua Santità si diceva ben lieto di compiere il dovere di proclamare la Sua paterna riconoscenza, ponendo i religiosi della Compagnia di Gesù, dinanzi a quella eletta adunanza — che è quanto dire in faccia al mondo — *all'Ordine del Giorno* di tutta la Chiesa, di tutto il Regno di Cristo. Il Papa sa che essi sanno, e se lo ripetono con edificazione reciproca tra loro, che il Nome per cui soffrono dice anche tutta la loro forza, la loro fiducia, la loro speranza, la loro incrollabile sicurezza dell'avvenire, quale che questo possa essere; perchè veramente nel nome di Gesù è la salvezza: « Nomen eius Iesus, ipse enim salvum faciet populum suum ». Ed essi hanno ben ragione di dire a questo loro divino Signore: « Eris Salvator noster » (1).

« de la Compañía y las propias Constituciones de ésta, que de mo-
« do eminente la consagran al servicio de la Sede Apostólica, a
« propuesta del Ministro de Justicia y de acuerdo con el Consejo
« de Ministros,

«Vengo en disponer lo seguiente:

«Artículo primero. Queda disuelta en el territorio español la « Compañía de Jesús etc. etc. ».

Huic decreto subscripserunt, die 23 ianuarii 1932, D. Nicetus Alcalá-Zamora, Reipublicae Praeses, et D. Alvarus de Albornoz, Iustitiae Minister.

Versio latina praeambuli decreti et summa eius decem articulorum latine exhibetur in *Memorab. S. I.*, vol. IV, fasc. 31 maii 1932, pp. 247-248.

(1) Evidenter Summus Pontifex hic innuit ad preces a Patre Nostro pridie (23 ian. 1932) Sibi porrectas de oratione iaculatoria « *Cor Iesu, dic nobis*: *Salus vestra ego sum* » indulgentiis ditanda, quibus precibus paulo post (28 ian. 1932) satis factum est: cfr. hic infra, pp. 21-26.

Latina interpretatio (1):

Complures sunt, — ait Summus Pontifex, — complures sunt providentiales opportunitates, quibus hoc spirituale festum, hoc magnum solatium, haec magna aedificatio Nobis exhibetur. Sed a dolenda opportunitate initium sumemus. Magnum semper experimur solatium illud, quod e terris ad caelum Nos sustollit, quo caelestium gaudiorum participes efficimur, quo tantisper huius lacrimarum vallis eiusque miseriarum obliviscimur (et lacrimas quidem amarissimas hodie cogimur effundere easque Deo offerimus): magnum istud solatium sentimus decernendi Venerabilis Dei Servi Vincentii Pallotti virtutes fuisse heroicas, idque hoc ipso momento quo tristiores semper et obscuriores nuntios accipimus ex longinqua Russia, peiores semper eheu! nuntios ex misero Mexico, nuntios semper peculiari ratione acerbos ex haud minus misera Hispania.

Eo ipso enim momento, quo huc advenire parabamur, certiores facti sumus de praescriptis ostracismo vere similibus, quibus totum fere sacerdotium e dioecesibus Mexicanis excluditur, summo cum divini cultus et animarum discrimine. Et simul tristissimum nuntium accepimus decreti, quo Societas Iesu in Hispania dissolutione et bonorum exspoliatione multata est, crudeliter sane et impie (2). Est tamen in ipsis rerum adiunctis, est aliquid summopere pulchrum et gloriosum tam Nobis quam Nostris dilectis filiis de Societate Iesu: illud scilicet ipsum, quod solabatur Apostolos, quando « ibant gaudentes... quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati » (3). Hoc namque Nomen causa est, cur illi Religiosi expelluntur, hoc causa est eorum poenarum. At simul hoc est etiam eorum gloria eorumque solatium, atque ipsi probe sciunt gloriam quoque magnam esse ac solatium Parenti tales habere filios, tales habere defensores; siquidem iure possunt appellari (hoc maxime puncto temporis) non solum confessores, sed etiam Martyres Pontificis, Martyres Papae, Martyres Vicarii Christi. Haec enim fidelis observantia, qua cum Sancta Sede devinciuntur, maximam partem habuit profecto in sorte qua vexantur.

Laeti autem fungimur officio grati Nostri paterni animi exhi-

---

(1) Quae in textu italico ex ephemeride *L'Osservatore Romano* oratione obliqua referuntur, ea hic oratione recta, claritatis gratia, exhibentur. — Cfr. etiam *Memorab. S. I.*, vol. IV, fasc. V, 31 maii 1932, pag. 250-251.

(2) V. notam hic supra, pag. 17.

(3) *Act.*, V, 41.

bendi, atque Religiosos Societatis Iesu coram hoc egregio conventu, id est coram universo orbe, in laudationum albo referimus, seu (ut dici solet) *all'Ordine del Giorno* (1) totius Ecclesiae, totius Regni Iesu Christi. Novimus sane eos optime scire et secum invicem mutua cum aedificatione repetere solere in illo ipso Nomine pro quo patiuntur suam ipsorum inesse fortitudinem, inesse fiduciam, inesse spem, inesse securitatem de futuris, quaecumque tandem ea fuerint; in Nomine enim Iesu vere est salus: « Nomen eius Iesus, ...ipse enim salvum faciet populum suum ». Iure igitur divinum suum Dominum ita alloquuntur: « Eris Salvator noster » (2).

5. **25 ianuarii 1932.**

Renovatur ad aliud quinquennium facultas de praecepto paschali in sacris ad populum missionibus. — Rescript. S. Congr. Concil.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Cum P. Procurator Generalis renovandam curaverit facultatem die 27 ianuarii 1921 concessam, et iam bis prorogatam, de adimplendo praecepto annuae confessionis et Communionis in sacris ad populum missionibus vel Exercitiis spiritualibus (cfr. *Acta Rom.*, vol. III, 1921, pp. 299-300; vol. V, 1924, pp. 18-19; ibid., 1927, pp. 389-390), mandante Patre Nostro cum R. V. communico Rescriptum Sacrae Congregationis Concilii, quo eadem facultas ad aliud quinquennium prorogatur; idque R. V. iis quorum interest significare velit. Notandum tamen est, ut aperte dicitur in Rescripto, facultatem prorogari « in terminis et forma praecedentis Rescripti », ideoque eius usum ligari clausula in prima concessione apposita: « ... si in id Ordinarii locorum consenserint » (cfr. *Acta Rom.*, l. c.).

Commendo me ss. SS.

Romae, 30 ianuarii 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Iosephus Demaux-Lagrange
Secr. Soc. Iesu.

---

(1) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pag. 732.
(2) V. notam hic supra, pag. 18.

SACRA CONGREGATIO CONCILII.

Beatissime Pater,

Procurator Generalis Societatis Iesu, perdurantibus iisdem causis, a Sanctitate Vestra humiliter postulat ut sibi prorogetur indultum iampridem concessum per rescriptum S. Congregationis Concilii, diei 25 Ianuarii 1927, circa satisfactionem praecepti annuae confessionis et Communionis paschalis.

Sacra Congregatio Concilii, attentis expositis, petitam prorogationem, in terminis et forma praecedentis rescripti, benigne impertita est ad aliud quinquennium.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis Concilii, die 25 Ianuarii 1932.

I. Card. SERAFINI, *Praefectus.*
I. BRUNO, *Secretarius.*

6. **28 ianuarii 1932.**

Summus Pontifex, postulante Patre Nostro, peculiarem precem iaculatoriam ad SS. Cor Iesu pro Societatis aerumnis indulgentia CCC dierum ad triennium ditat. — Epist. Card. Secret. Stat. et Rescript. S. Poenit. Apost.

1.

EPISTOLA PATRIS NOSTRI AD SUMMUM PONTIFICEM.

BEATISSIMO PADRE,

Da quasi tutte le parti del mondo ricevo notizie che gli attacchi sistematici contro la Compagnia si vanno intensificando e moltiplicando. In tale condizione di cose cerchiamo il nostro rifugio e poniamo la nostra speranza nel Cuore SS. di Gesù, che già tante volte ha salvato la Compagnia in momenti non meno difficili. Ad infervorare sempre più tutti i figli di S. Ignazio a

questo fiducioso ricorso al Sacro Cuore, oso pregare umilmente la Santità Vostra che voglia degnarsi di concederci la grazia spirituale che nell'unita supplica esprimo più in particolare. Essa sarà di grande conforto e consolazione a tutti i membri della Compagnia.

Postrato al bacio del Sacro Piede, imploro per me e per la tribolata Compagnia l'Apostolica Benedizione.

Roma, 23 gennaio 1932.

Di Vostra Santità
ultimo figlio
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

Latina interpretatio:

BEATISSIME PATER,

Ex omnibus fere orbis terrarum plagis frequentes ad me perferuntur nuntii de augescentibus in dies et ingravescentibus contra Societatem impugnationibus. In tali rerum ratione constituti, refugium nostrum quaerimus nostramque spem collocamus in Corde Iesu Sacratissimo, quod Societatem haud minoribus difficultatibus implicatam toties olim incolumem servavit. Quo impensius autem vehementiusque Sancti Ignatii filii ad hanc erga Sacratissimum Cor fiduciam magis magisque fovendam impellantur, Sanctitatem Vestram humiliter orare audeo ut spiritualem gratiam, quam in adnexa pagina distincte postulo, nobis benigne concedere dignetur. Quae quidem gratia omnibus Societatis sodalibus magno sane solatio erit et spem adiiciet firmiorem.

Ad Sacri Pedis osculum provolutus, pro me et pro Societate tot tantisque aerumnis conflictata Apostolicam Benedictionem imploro.

Romae, die 23 ianuarii 1932.

Sanctitatis Vestrae infimus filius
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

II.

SUPPLICES PRECES.

Beatissime Pater,

Wlodimirus Ledóchowski, Praepositus Generalis Societatis Iesu in compluribus orbis terrarum regionibus acrius in dies impetitae, ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provolutus, demisse rogat ut omnibus eiusdem Societatis sodalibus concedatur ad triennium, ut quoties orationem iaculatoriam: « *Cor Iesu, dic nobis: Salus vestra ego sum* », corde contrito recitabunt, toties indulgentiam trecentorum dierum lucrari valeant.

Et Deus etc.

Romae, die 23 ianuarii 1932.

Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

III.

RESPONSUM SUMMI PONTIFICIS.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
Praepositum Generalem Societatis Iesu.

Dal Vaticano, 28 Gennaio 1932.

Reverendissimo Padre,

L'Augusto Pontefice ha con piacere rilevato dalla lettera della P. V. Rev.ma come quanto più accanita si sferra, nel mondo, la persecuzione contro cotesta benemerita Compagnia, tanto più tenera si faccia la confidenza che essa ripone nel Cuore SS.mo di Gesù, come nel suo più soave e più sicuro rifugio. Ben volentieri perciò il Santo Padre, nel duplice intento di favorire sempre maggiormente nei membri della stessa Compagnia tale santa devozione, e di dare ad essi una prova della Sua costante

benevolenza, che aumenta in proporzione delle loro amarezze per la causa della Chiesa, concede ai medesimi, per un triennio, l'implorata indulgenza di trecento giorni ogni volta che reciteranno, con cuore contrito, la giaculatoria: « *Cor Iesu, dic nobis*: *Salus vestra ego sum* ».

Sua Santità, nutrendo la speranza che il Divin Redentore voglia amorosamente accogliere le fidenti suppliche di coloro che combattono nel suo nome e per la sua gloria, al concesso favore aggiunge di cuore quello dell'Apostolica Benedizione per la P. V. e per tutti i membri della Compagnia di Gesù.

Io poi mi valgo volentieri dell'incontro per confermarmi con sensi di distinta e sincera stima.

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

Latina interpretatio:

Ex Aedibus Vaticanis, die 28 ianuarii 1932.

Reverendissime Pater,

Augustus Pontifex ex litteris Paternitatis Tuae Reverendissimae laetus accepit benemeritam istam Societatem in Corde Iesu Sacratissimo tamquam in suavissimo tutissimoque refugio eo teneriorem reponere fiduciam, quo acrior contra se per orbem saeviat persecutio. Itaque libentissime Beatissimus Pater, cum ad tam sanctam pietatis formam in eiusdem Societatis sodalibus magis magisque fovendam, tum ad Suam erga eos perseverantem benevolentiam testandam, quae, augescentibus eorum pro Ecclesia aerumnis poenisque, et ipsa augescit in dies, iisdem ad triennium concedit expetitam trecentorum dierum indulgentiam toties lucrandam, quoties corde contrito hanc iaculatoriam precem recitaverint: « *Cor Iesu, dic nobis*: *Salus vestra ego sum* ».

Sanctitas vero Sua, dum intimam fovet spem fore ut Divinus Redemptor fidentes supplicationes eorum qui in nomine Ipsius et pro Ipsius gloria praeliantur benigne excipere velit, huic gratiae alteram addit, Apostolicam Benedictionem Paternitati Tuae omnibusque Societatis Iesu sodalibus ex corde impertiens.

Libenter equidem hac utor occasione, ut sincerae meae peculiarisque existimationis sensus iterum exhibeam meque rursus profitear

Paternitati Tuae Rev.mae
addictissimum in Domino:
E. Card. PACELLI.

IV.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

OFFICIUM DE INDULGENTIIS.

BEATISSIME PATER,

Procurator Generalis Societatis Iesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter exponit: Cum Sanctitas Vestra, per Litteras a Secretaria Status sub n. 108559 d. d. 28 ianuarii h. a., ad triennium concesserit omnibus sodalibus praedictae Societatis Indulgentiam CCC dierum quoties recitaverint iaculatoriam precem: « *Cor Iesu, dic nobis*: *Salus vestra ego sum* », orator enixe postulat declarationem de fidelitate versionis praefatae precis in varias linguas, prouti sequitur, ut Indulgentiam acquirere possint etiam qui lingua latina non utuntur:

ANGLICE: *O Sacred Heart of Jesus, say unto us*: *I am your salvation.*
GALLICE: *Coeur de Jésus, dites-nous*: *Votre salut c'est moi.*
GERMANICE: *Herz Jesu, sage uns*: *Euer Heil bin ich.*
HISPANICE: *Corazón de Jesús, decidnos*: *Yo soy vuestra salvación.*
ITALICE: *Cuor di Gesù, diteci*: *Io sono la vostra salvezza.*
LUSITANE: *Coraçâo de Jesus, dizei-nos*: *Eu sou a vossa salvaçâo.*
NEERLANDICE: *Hart van Jesus, zeg ons*: *Ik ben uw heil.*
POLONICE: *Serce Jezusa, powiedz nam*: *Zbawieniem waszem jestem ja!*

Et Deus. etc.

Die 4 februarii 1932.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA, quum iaculatoria prex, de qua in precibus, a latino in varias, ut supra, linguas translata, cuius versionum authenticum exemplar in tabulario huius s. Tri-

bunalis Off. de Indulgentiis asservatur, eidem Tribunali porrecta sit ut, iuxta can. 934 § 2 C. I. C., de fidelitate versionum videat, postquam praefatas versiones ecclesiasticis viris, in iisdem linguis respective peritis, examinandas dederit, attento eorum testimonio, declarat constare de fidelitate versionum et typis imprimi ac publicari permittit.

L. ✠ S. S. Luzio, *S. P. Regens.*

S. De Angelis, *Subst.*

7. **29 ianuarii 1932.**

Summus Pontifex per Excellentissimum Nuntium Apostolicum in Hispania apud illius Reipublicae Gubernium contra decretum dissolutionis Societatis Iesu fortiter ex officio protestatur. — Ex ephem. « L'Osservatore Romano » diei 15 feb. 1932 [1].

LA PROTESTA DEL NUNZIO APOSTOLICO A MADRID
CONTRO
LO SCIOGLIMENTO DELLA COMPAGNIA DI GESU'.

S. E. Mons. Tedeschini, Nunzio Apostolico in Spagna, ha presentato, a nome della Santa Sede, al Presidente del Consiglio dei Ministri una Nota di protesta, in data 29 gennaio u. s., contro il decreto di scioglimento della Compagnia di Gesù.

Crediamo opportuno darne qui un largo sunto soffermandoci specialmente nella parte centrale e più importante di essa, dove è messa in rilievo la grave violazione dei diritti della Chiesa e si dimostra incontestabilmente l'anticostituzionalità e l'ingiustizia del provvedimento governativo.

---

[1] Cum textus hispanicus huius officialis protestationis publici iuris factus non sit, servandum tamen putavimus in nostris *Actis Romanis* hoc documentum ea forma, qua ab ephemeride Vaticana vulgatum est. — Eius *versio latina,* sin minus integra, at certe sufficiens ad sensum percipiendum, habetur in *Memorab. S. I.* vol. IV, fasc. V, 31 maii 1932, pp. 249-250.

* * *

Il Nunzio fa presente anzitutto il profondo dolore del Santo Padre Pio XI, della Santa Sede e di tutta la Chiesa Cattolica per il decreto pubblicato il 24 gennaio, contro il quale eleva energica protesta, secondo lo richiede la gravità eccezionale di tal provvedimento.

Dopo questa premessa e protesta generale, la Nota passa ad esaminare più in particolare la portata, i termini e il valore del decreto; nel che fare il Nunzio Apostolico, pur sapendo che alcune osservazioni sono già note a tutti, crede però opportuno e doveroso di farle sue e ripeterle in questo documento ufficiale.

IL QUARTO VOTO E L'OBBEDIENZA AL PAPA.

E primieramente, la Compagnia di Gesù, come l'ha dimostrato essa medesima per mezzo del ricorso legale redatto dai più insigni giuristi spagnoli e presentato al Governo, non può ritenersi compresa nel numero di quegli ipotetici Ordini religiosi, di cui l'art. 26 della Costituzione determina lo scioglimento, « i quali, secondo i loro statuti, oltre i voti canonici, ne impongono un altro speciale di obbedienza ad autorità distinta da quella legittima dello Stato ». Orbene, il quarto voto della Compagnia di Gesù non è che una ratifica più esplicita e una più solenne conferma dell'obbedienza che, nell'ordine spirituale, ogni Religioso, anzi ogni cattolico deve al Papa; non è quindi diverso, quanto alla essenza, dall'ordinario voto canonico di obbedienza, che è uno dei tre emessi da tutti i Religiosi e che la Costituzione spagnuola medesima implicitamente riconosce come compatibili coi doveri civili.

Inoltre, come è detto espressamente nella Bolla di Paolo III, citata nel preambolo del decreto di scioglimento, il succitato voto si riferisce a « quel che riguarda, il vantaggio delle anime e la propagazione della Fede e qualsiasi Missione dove (il Papa) voglia mandarci »: attività queste, che, lungi dal contrastare l'interesse dello Stato, lo favoriscono grandemente, dentro e fuori del territorio nazionale, come ne fa testimonianza la gloriosa storia della Spagna cattolica.

Parlando poi la Costituzione, nel menzionato articolo, di

« voto speciale di obbedienza ad autorità distinta da quella legittima dello Stato », è evidente che, o con tale clausola si considerano come illegali ed anticostituzionali la professione di fede cattolica e i voti canonici ordinari, che implicano l'obbedienza al Romano Pontefice, oppure che per « autorità distinta da quella legittima dello Stato » non deve intendersi l'autorità spirituale del Romano Pontefice, a cui si riferisce il quarto voto, ma un'altra autorità che, venendosi a trovare entro la stessa sfera dell'ordine temporale, potesse essere in contraddizione con quella legittima dello Stato.

VIOLAZIONE DEI DIRITTI DELLA CHIESA E DELLE PROMESSE FATTE.

Proseguendo, la Nota esamina il decreto in relazione alla Chiesa Cattolica, e ne rileva le gravi violazioni dei diritti della Chiesa stessa. Difatti, tale decreto è contrario al diritto che per divina istituzione le spetta, come a Società perfetta ed indipendente, nel suo campo, di istituire e conservare per se stessa Associazioni e Congregazioni religiose: diritto che, oltre ad essere originale e proprio della Chiesa, le è confermato dalla storia e le è riconosciuto da tutte le legislazioni del mondo, e da quelle stesse norme di diritto internazionale, di cui la Costituzione della Republica ha pur accettato e accolto le disposizioni e lo spirito. Perciò, non può lo Stato, senza invadere il campo altrui, legiferare in antitesi a questo diritto. E in quegli stessi aspetti della questione che hanno interferenza coi diritti civili dello Stato, l'armonia dei diritti esige che siano tutti e due i poteri a trattare, a conoscere e a decidere con mutuo accordo: ed è per questo che il Nunzio aveva più volte richiesto e pregato il Governo che, data la natura delle cose e poste le relazioni diplomatiche esistenti, volesse intendersi con la Santa Sede, la quale, salvi i sacri diritti della Chiesa e della giustizia, avrebbe usata tutta l'accondiscendenza possibile.

Invece, l'agire del Governo così unilaterale e così poco riguardoso per la Santa Sede riesce a questa tanto più doloroso ed offensivo, in quanto che il 15 aprile, proprio all'inizio della nascente Repubblica, la voce autorevole di un alto membro del

nuovo Governo aveva offerto alla Santa Sede, come base di ogni mutua relazione e fondamento di ogni azione, la sicurezza che la Repubblica avrebbe rispettato *le persone e le cose* della Chiesa: tutto quello cioè che circa la presente questione viene enumerato sotto i titoli: « *De Personis et de Rebus* » nel Codice di Diritto Canonico e nei relativi trattati giuridici.

La Santa Sede fece a sua volta le sue promesse, e, come è noto, mantiene fedelmente i suoi impegni. Ma con quale sentimento deve ora ricevere in una delle sua braccia, in quella forse più forte, un colpo che è in tanto contrasto con le incoraggianti assicurazioni di allora!

ANTICOSTITUZIONALITA' DEL DECRETO
DI SCIOGLIMENTO.

Addentrandosi poi ad esaminare il decreto in rapporto con la Costituzione stessa della Repubblica, la Nota osserva che esso, mentre si propone di eseguire la detta Costituzione, ne contraddice e ne infrange varie disposizioni, che sono insieme presupposti di diritto naturale e norme, certo le più importanti, in ordine alla salvaguardia dei diritti individuali. A prova di tale affermazione, che dovrebbe avere molta forza sull'animo di chi si professa tanto impegnato a far eseguire la Costituzione, il Nunzio adduce gli articoli 27, 33 e 39, che garantiscono la libertà di coscienza, la libertà di scegliersi una professione, la libertà di associazione, l'articolo 28 che nega gli effetti retroattivi alle leggi penali, e l'articolo 44 che esclude in ogni caso la pena della confisca dei beni.

Ora, il decreto di scioglimento della Compagnia di Gesù contraddice e viola queste precise e tassative norme contenute nella Costituzione. Infatti:

a) Viene violata « la libertà di coscienza e il diritto di professare qualsiasi religione » (art. 27) e la libertà « di scegliere una professione » (art. 33): poichè si nega ai Gesuiti la libera emissione di un voto, *coartando* così *la libertà* di cittadini spagnuoli in ciò che essa ha di più sacro, cioè *la coscienza,* e si impedisce ad essi l'esercizio della vita e professione religiosa.

b) Viene violata la libertà riconosciuta e garantita a tutti

gli Spagnuoli, di « associarsi o unirsi liberamente in sindacati per i distinti fini della vita umana » (articolo 39), negandosi ai Gesuiti non solo il diritto di associarsi, ma perfino quel modesto elementare diritto che la società civile, non foss'altro per far onore al suo nome di *società,* non può negare, di *convivere* cioè varie oneste persone *sotto lo stesso tetto.*

c) Si contraddice apertamente all'articolo 28 della Costituzione, con cui si determina che « saranno puniti soltanto i fatti dichiarati punibili da una legge anteriore alla loro perpetrazione ». Certamente lo scioglimento della Compagnia di Gesù e la confisca de' sui beni sono una pena gravissima; ma dove sono i fatti dichiarati punibili da una legge anteriore alla loro perpetrazione? Al quale proposito, il Nunzio si richiama alle sue ripetute e insistenti richieste che gli fossero segnalati i presunti delitti o fatti concreti, o almeno i reclami o osservazioni o desideri, su cui potesse basarsi il progettato scioglimento, secondo il principio giuridico: « *nemo praesumitur reus nisi probetur* »: richieste che rimasero sempre senza risposta specificata, poichè le risposte date, a parte gli elogi per i Padri della Compagnia, non erano dopo tutto che espressioni vaghe, rivelatrici non di colpe concrete e determinate, ma solo di stati d'animo di un certo settore dell'opinione pubblica. Ciò dimostra che col decreto, oltre le norme costituzionali, si offende pure la giustizia naturale, la quale esige che nessuno sia condannato senza prove nè senza essere ascoltato.

d) Finalmente, si contraddice al comma 6° dell'articolo 44 della Costituzione, il quale dice: « In nessun caso sarà imposta la pena della confisca dei beni ». Invece l'appropriazione dei beni della Compagnia di Gesù da parte dello Stato, qualunque sia la spiegazione che se ne voglia dare, non è altro che una vera e propria confisca, vietata (come si vede dal suddetto articolo) in modo assoluto e in qualunque caso: la quale confisca è anche in aperta antitesi collo stesso articolo 6, di cui il decreto vorrebbe essere l'applicazione; perchè ivi si parla di nazionalizzazione e destinazione a fini di beneficenza, nel decreto invece (anche prescindendo da altre considerazioni) la si estende e la si attua in modo che non è più neppure un'espropriazione forzata, non essendovi quell'« adeguata indennità » che pure è prevista e prescritta per tali casi dal comma secondo del citato articolo 44.

L'OFFESA ALLA SANTA SEDE E AL SOMMO PONTEFICE.

L'ultima parte della Nota del Nunzio Apostolico tocca un altro punto, il più grave forse e certo il più delicato della questione, ed è la motivazione che il preambolo del decreto adduce per giustificare il duro provvedimento. Mentre l'articolo 26 della Costituzione aveva usato un peregrino giro di parole, che per lo meno era un indizio di prudente riserva ispirata alla volontà di non inferire una gratuita offesa alla Suprema Potestà della Chiesa, ecco invece il decreto che, nello stabilire lo scioglimento e la confisca contro la Compagnia di Gesù, viene a dire apertamente e senza ambagi che il motivo di ciò non è altro che il seguente: « Perchè la Compagnia di Gesù si distingue da tutti gli altri Ordini *per l'obbedienza speciale alla Santa Sede,* e perchè le Costituzioni della Compagnia di Gesù *la consacrano in modo eminente al servizio della Sede Apostolica* ». E' dunque un delitto l'obbedienza alla Santa Sede?

Sua Eccellenza il Nunzio Apostolico trova questo tanto più inesplicabile, in quanto che il Governo della Repubblica mantiene e sembra voler mantenere le relazioni diplomatiche con la Santa Sede, ed è ancora recente la pubblica dichiarazione che fece il primo Presidente della Repubblica, in una memoranda circostanza (quella del suo insediamento nell'alta carica), del «suo profondo rispetto verso l'Augusto Sovrano della Chiesa».

No, il pericolo non sta nella Santa Sede nè nella fedele adesione ad essa: sarebbe ozioso e puerile l'indugiarsi a dimostrarlo. Dove esso stia, lo hanno ancora una volta dimostrato le tristi cose accadute nei giorni scorsi, quando un tutt'altro e troppo vero pericolo, secondo le parole del Governo stesso, ha minacciato il Paese.

E' ben vero però, che quello che costituisce delitto nelle parole del decreto, è il maggior titolo di gloria per la Compagnia di Gesù, consacrata in modo speciale a lavorare, secondo la citata Bolla di Paolo III, per gli altissimi interessi spirituali e morali delle anime, e a diffondere, con la luce della fede cristiana, il nome, l'idioma, la storia e la gloria della Spagna nelle più lontane regioni del mondo. Ed è pur vero che è un onore immenso

ed una sublime soddisfazione per la Chiesa il fatto, che nelle sue Istituzioni non si trovi altra colpa, per giustificare le più gravi punizioni, se non l'obbedienza al Papa, che è obbedienza a Cristo stesso.

La Nota si chiude rinnovando con serena calma ma energicamente la protesta della Santa Sede contro il decreto di scioglimento della Compagnia di Gesù.

8. **20 februarii 1932.**

Summus Pontifex Apostolatum Orationis laudat et commendat. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. IACOBUM ZEIJ

DIRECT. GEN. DELEG. APOST. ORAT.

Dal Vaticano, 20 februarii 1932.

REVERENDISSIME PATER,

Cum, ex S. Alfonsi sententia, nemo possit ad aeternam pervenire salutem, nisi orationi instet, cumque omnis christianorum hominum actuositas, nisi impensa prece ac spectabili pietate foveatur, in irritum procul dubio cedere sit necesse, rem animarum saluti perutilem, regnoque Christi inter homines constabiliendo maxime accommodatam ii omnes facere censendi sunt, qui non modo Christifideles ad precationem singulatim invitant, sed eos quoque inter se ita componunt, ut veluti orantium exercitum efformare videantur. Cuius quidem piissimi agminis vis atque potestas eo vel magis profecto augescit, quod Divini Redemptoris Cor ipsum habet precandi adiutorem, et ad caelestem ignem humanis pectoribus inserendum habet exemplar atque excitatorem.

Facile sit igitur intellectu quanti Augustus Pontifex studio prosequatur religiosam illam innumeramque phalangem, cui ipse moderaris, « Apostolatum Orationis » dico, cui qui nomen dederint, cotidie, ad Christi Vicarii nutum, precantur, operantur seseque, in commune Ecclesiae commodum, devovent.

Ex quo item facile perspicies quam vehementer Beatissimus Pater cupiat ut consociatio huiusmodi plures in dies conscribat fideles, quamque eis ex animo gratuletur, qui alacrem in hoc sedulamque operam impendunt. At tibi prae primis maximam habet gratiam qui, ut ex « Annuario Apostolatus Orationis », a te recens misso, luculenter apparet, piae de qua dicimus sodalitati tam multa affers incrementa.

Quam ob rem cum tibi, tum adiutoribus tuis, tum singulis, qui ad Apostolatum Orationis pertinent, Sanctitas Sua Apostolicam Benedictionem amantissime impertit.

Ego vero, haec tibi referens, de volumine mihi quoque misso gratias ago, meque libenter profiteor

Tibi
addictissimum
E. Card. PACELLI.

9. **2 martii 1932.**

Archiconfraternitati Doctrinae Christianae adscriptis indulgentia plenaria conceditur die festo S. Roberti Bellarmino lucranda. — Decret. S. Poenit. Apost. [1].

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA.

Die 2 Martii 1932.

Sacra Poenitentiaria Apostolica christifidelibus Archiconfraternitati Doctrinae Christianae, in ecclesia S. Mariae de Plantu Urbis canonice erectae, adscriptis benigne concedit *plenariam Indulgentiam* die festo S. Roberti Bellarmino lucrandam, si confessi sacra Synaxi refecti fuerint. Praesenti in perpetuum absque ulla Brevis expeditione valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. ✠ S. L. Card. LAURI, *Poenitentiarius Maior.*

I. TEODORI, *Secretarius.*

---

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXIV, 1932, pag. 249.

10. **18 martii 1932.**

Peculiaris facultas audiendi confessiones peregrinorum conceditur Nostris peregrinationes Romam comitantibus hoc anno. — Rescript. S. Poenit. Apost.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA.

Beatissime Pater,

Procurator Generalis Societatis Iesu ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, petit ut Sacerdotibus S. I. qui hoc anno 1932 comitabuntur nonnullas peregrinationes iuvenum, operariorum et aliarum personarum, ex variis nationibus Urbem petentes, facultas fiat confessiones peregrinorum excipiendi in quocumque loco, peregrinatione perdurante.

Et Deus etc.

Sacra Poenitentiaria, Apostolica Auctoritate benigne indulget pro gratia iuxta preces, dummodo praefati Sacerdotes fuerint ad excipiendas confessiones legitime adprobati. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria, die 18 Martii 1932.

L. ✠ S. S. Luzio, *S. P. Regens.*

A. Anelli, *S. P. Subst.*

11. **2 aprilis 1932.**

De Instituto scholastico in Bagdad. — Decr. S. C. pro Eccl. Orient.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI.

Decretum.

Sacra Congregatio Orientalis, ut vota Praesulum ac catholicorum regionis Iraq tandem exaudirentur, R.mum P. Wlodimirum Ledóchowski, Praepositum Generalem Societatis Iesu, in-

stanter rogavit, ut ipsa praeclara Societas munus acceptaret illic aperiendi scholam, quam vocant « secundariam », atque collegium pro iuventute instituenda.

Cum praefatus Rev.mus Pater rem propositam fidenter acceptaverit, atque nonnullos sodales Societatis Iesu ex provinciis Statuum Foederatorum Americae selegisset, quibus huiusmodi nova Missio concredita remaneret [1], eisdemque licentiam in Iraq in hunc finem adeundi dedisset; Sacra haec Congregatio, vigore specialium facultatum a SS.mo D. N. Pio, Div. Prov. PP. XI, sibi tributarum, RR. Patribus Societatis Iesu ad finem supra expositum facultatem tribuit deveniendi ad canonicam erectionem Domus religiosae, cum omnibus privilegiis et gratiis spiritualibus quibus legitime omnes aliae Domus memoratae Societatis fruuntur et gaudent.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Orientalis, die 2 Aprilis 1932.

A. Card. SINCERO, *a Secretis*.

H. I. CICOGNANI, *Adsessor*.

12. **20 aprilis 1932.**

Dismembrato territorio e Vicariatu Apostolico de Batavia [2], *erigitur Apostolica Praefectura de Bandoeng*. — Litt. Apost. [3].

PIUS PP. XI

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigia prementes, data opportunitate, ea quae ad spirituale Missionum regimen spectant, rei temporisque necessitatibus accommodanda attente in Domino curamus. Hoc ducti consilio, cum dilectus filius

---

[1] Peculiari ratione haec Missio Provinciae Novae Angliae commissa est, adiuvantibus tamen aliis Assistentiae Americae Provinciis.

[2] Provinciae Neerlandicae commisso.

[3] *Act. Ap. Sed.*, vol XXIV, 1932, pp. 388-389.

Minister generalis Ordinis Sanctae Crucis enixis demissisque verbis a Nobis expostulaverit, ut quaedam territoria e civili provincia Javae occidentalis, religiosis Ordinis praelaudati Sanctae Crucis iam ab anno MDCCCCXXVI sub iurisdictione tamen Apostolici de Batavia Vicarii (1) commissa, nunc a vicariatu praedicto canonice dismembrarentur atque in Missionem sui iuris erigerentur, Nos huiusmodi votis annuendum censemus.

Conlatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus qui negotiis Propagandae Fidei praepositi sunt, omnibus rei momentis sedulo studio perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, a vicariatu apostolico de Batavia seiungimus territorium quod, iuxta ordinationem administrativam die 1 mensis Novembris anno MDCCCCXXXI a Gubernio Neerlandico introductam, divisiones civiles, vulgo residentias, de *Priangan* et *Cheribon,* nec non subdivisionem civilem, vulgo *regentschap* de *Krawang,* civili residentiae de Batavia incorporatam, complectitur; atque idem territorium sic seiunctum et separatum eadem apostolica auctoritate Nostra in apostolicam praefecturam erigimus, quam a regionis principe civitate *de Bandoeng* nuncupandam decernimus. Eandem vero novam praefecturam apostolicam de Bandoeng, sic per Nos erectam, religiosorum Ordinis Sanctae Crucis curis, ad nostrum et Sanctae huius Sedis beneplacitum, committimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XX mensis Aprilis anno MDCCCCXXXII, Pontificatus Nostri undecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

---

(1) Is erat Exc. ac RR. DD. Antonius van Velsen, S. I. (Prov. Neerland.), Episc. tit. Aezanitan.

13. **25 aprilis 1932.**

Separato territorio e Vicariatu Apostolico de Batavia [1] *erigitur Praefectura Apostolica de Poerwokerto.* — Litt. Apost. [2].

PIUS PP. XI

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Magna animi Nostri voluptate compertum habemus, in territorio civilis provinciae Javae Centralis, Patribus e Congregatione Missionariorum Sanctissimi Cordis commisso, catholicae religionis propagationem laeta, Deo adiuvante, incrementa habuisse. Ipsum quidem territorium, quod, demptis subdivisionibus, vulgo *regentschap* de Tennangseng ac de Magalang constat, nunc e civilibus de Pekalongan, Banjoemas et Kedoe nuncupatis divisionibus vulgo residentiis, quas anno praeterito MDCCCCXXXI Gubernium Neerlandicum suis administrativis ordinibus introduxit, in regimine provinciae, concreditum est ab anno MDCCCCXXVI Congregationi memoratae Missionariorum, salva tamen iurisdictione Vicarii apostolici pro tempore Bataviae.

Nunc autem cum Moderator generalis Congregationis Missionariorum a Sacratissimo Corde Iesu Nos rogaverit, ut memoratum territorium ab apostolico vicariatu de Batavia canonice seiungeremus atque ex eodem novam erigeremus apostolicam praefecturam; Nos, re mature perpensa cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus qui negotiis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide praepositi sunt, eiusdem Moderatoris generalis votis benigne adnuendum censemus. Itaque motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, a vicariatu apostolico de Batavia territorium residentiarum de Pekalongan, Ban-

---

(1) Provinciae Neerlandicae commisso.
(2) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXIV, 1932, pp. 389-390.

joemas et Kedoe, exceptis subdivisionibus civilibus de Tennangseng et de Magalang, seiungimus, ipsumque territorium sic separatum sive seiunctum, eadem auctoritate Nostra apostolica, erigimus in novam apostolicam praefecturam, quam a civitate principe regionis *de Poerwokerto* ex nunc vocamus. Dictam vero praefecturam apostolicam de Poerwokerto, sic per nos erectam, ad Nostrum atque huius Sanctae Sedis beneplacitum, curis Patrum e Congregatione praelaudata Missionariorum a Sacratissimo Corde Iesu committimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXV mensis Aprilis anno MDCCCCXXXII, Pontificatus Nostri undecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

14. **26 aprilis 1932.**

Archisodalitati Urbanae a Doctrina Christiana omnibusque institutionis religiosae Operibus Praestites tutelares tribuuntur S. Carolus Borromaeus et S. Robertus Bellarmino. — Litt. Apost. [1].

PIUS PP. XI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Hac Alma in Urbe frugifera exstat canonice erecta in templo Sanctae Mariae a Lacrymis, vulgo *del Pianto,* Archisodalitas a Doctrina Christiana nuncupata. Nunc autem eiusdem Archi-

---

[1] *Act. Ap. Sed.,* vol. XXIV, 1932, pp. 196-197.

confraternitatis moderatores (1), Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Nostro in Urbe eiusque districtu Vicario in spiritualibus Generali amplissime suffragante (2), Nos enixe humiliterque rogant ut tamquam caelestes Patronos pio eidem instituto Sanctum Carolum Borromaeum, Episcopum Confessorem, et Sanctum Robertum Bellarminum, Episcopum Confessorem atque Ecclesiae Doctorem, concedere dignemur. Nil vero magis opportunum videtur quam ita sacerdotibus ceterisque omnibus qui in doctrinam christianam tradendam incumbunt, conspicua praebere exempla eorundem Sanctorum, quos in sacris explendis muneribus atque in populo christiano religiose edocendo insignes Ecclesia dilaudat. Sanctus enim Mediolanensium Praesul non modo utilissimum Parochorum Catechismum, qui etiam « Catechismus Romanus » appellari solet, conficiendum atque in lucem edendum curavit, sed illas quoque in dioecesi sua et finitimis in dioecesibus instituit atque opportunis statutis instruxit celeberrimas doctrinae christianae scholas, quae usque ad nostram vigent aetatem. Sanctus vero Controversiarum Magister, praeter ea praeclarae sapientiae documenta, quibus exstat insignis in Ecclesia Dei, aureum illum composuit Catechismum, qui Summorum Pontificum et plurimorum Episcoporum iudicio atque trium fere saeculorum usu ita est commendatus et comprobatus, ut catechesis exemplar recte habendus sit. Conlatis igitur consiliis cum dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto (3), motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum, Sanctum Carolum Borromaeum, Episcopum Confessorem, et Sanctum Robertum Bellarminum, Episcopum Confessorem atque Ecclesiae Doctorem, caelestes Patronos non modo memoratae Urbanae Archiconfraternitatis Doctrinae Christianae, sed omnium quoque ceterorum instructionis religiosae Operum ubique terrarum exsistentium, constituimus et declaramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

---

(1) Inter hos plurimum hoc negotium promovit Rev.mus D. Franciscus Pascucci, Vicariatus Urbis Secretarius.

(2) Is est Em. Card. Franciscus Marchetti-Selvaggiani.

(3) Is est Em. Card. Camillus Laurenti.

Haec, ad spirituale omnium tum catechesis magistrorum tum discipulorum bonum ubique terrarum provehendum concedentes, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Aprilis anno MCMXXXII, Pontificatus Nostri undecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

15. **12 maii 1932.**

Summus Pontifex Moderatores et alumnos Pontificiae Universitatis Gregorianae ac Pontificiorum Institutorum Biblici et Orientalis eidem consociatorum peramanter alloquitur (1).

SERMO SUMMI PONTIFICIS.

Belli e cari, dilettissimi figli, i filiali applausi con i quali voi avete accolto il Padre comune al Suo passaggio in mezzo a voi; bella, cara e sublime la vostra preghiera: magnifici i vostri canti, tutto un insieme di bellezza e di grandezza; ma c'è qualche cosa che per Noi tutto sorpassa ed è la presenza stessa di tanti carissimi figli.

Voi infatti non potevate portare al Papa un regalo più magnifico, più gradito e più caro per il Suo cuore paterno di questa stessa vostra visita così grandiosamente filiale. Costituisce essa

(1) Eo die, 12 maii, quo festum onomasticon Sanctitatis Suae (S. Achillei) occurrebat, Beatissimus Pater Universitatem Gregorianam cum duobus Institutis consociatis coram Se in sollemni « audientia » admittere dignatus est. Post quosdam alumnorum cantus et orationem R. P. Ferdinandi Willaert, Pontificiae Universitatis Gregorianae Rectoris, haec verba fecit, quae hic partim ex ephemeride *L'Osservatore Romano* partim ex notis accurate tunc ipsum conscriptis fideliter referimus.

infatti qualche cosa che sorpassa la parola e la capacità di espressione per i sentimenti che essa suscita nel cuore. Basta a dirlo la constatazione che gli intervenuti a questa udienza sono tanti carissimi figli della grande, mondiale famiglia cattolica: fiori eletti e scelti, convenuti da ogni parte del mondo a Roma per una così invidiabile formazione come quella che voi qui al centro dell'unità e della fede perseguite in vista del vostro futuro apostolato. Del resto il vostro stesso numero, le differenti provenienze, le opere varie a cui attendete parlano al Papa così altamente e così profondamente come ben rare volte può altrimenti avvenire; facendogli sentire, innanzi tutto e in modo più che mai profondo, quella universale paternità che il Cuore di Dio ha voluto affidare alle Sue povere forze: universalità di vera e reale cattolicità. Non solo: ma il vostro contegno, le vostre espressioni tanto filiali hanno suscitato nel cuore del Padre una tenerezza indicibile: voi l'avete letta nel Suo volto e l'avete certamente con Lui divisa, allorchè poco fa siamo passati in mezzo a voi tra manifestazioni di tanto viva pietà.

Se, come accennavamo, la presenza stessa di tanti dilettissimi giovani figli Ci fa sentire tutta l'altezza e la sublimità del Nostro apostolico pastorale ministero di universale paternità; essa Ci fa pure sentire la grandezza di quell'universale magistero che a Noi è stato affidato. Gli studi ai quali voi vi applicate, le guide che vi conducono, tutto quel lavoro di intelligenza e tutto quel fervore di applicazione che voi qui Ci rappresentate, costituiscono per Noi a tal proposito un oggetto di particolare considerazione e compiacenza. Tutto questo vi dice già a sufficienza con quale intimo godimento Noi Ci troviamo in mezzo a voi, pari a quella letizia con la quale poco prima vi abbiamo visti e salutati.

E dobbiamo aggiungere tutte quelle ammirabili coincidenze rilevate nell'indirizzo del vostro alto interprete [1]: questa vigilia

---

[1] R. P. Ferdinandus Willaert (Prov. Belg.), Rector Pont. Univ. Gregorianae, in sua oratione ad Summum Pontificem quasdam rerum occurrentias tetigerat, quas hic Sanctitas Sua item commemorat: primum festum liturgicum S. Roberti Bellarmino qua Doctoris Ecclesiae, festa nuper habita in Urbe de canonizatione aequipollenti et doctoratu S. Alberti Magni O. P., recentem Constitutionem apostolicam de studiis ecclesiasticis; de Suo tamen festo onomastico, cuius Pater Rector peculiari ratione meminerat, Beatissimus Pater silet omnino.

della prima celebrazione di S. Roberto Bellarmino, questo indomani delle feste Albertine, che è pure l'indomani della promulgazione di quella Costituzione Apostolica « Deus scientiarum Dominus », che così da vicino vi riguarda e che voi stessi, con tutti i vostri compagni e fratelli di sacri studi, avete svegliato nella mente Nostra e nel cuore; tutte queste magnifiche cose si aggiungono e si intrecciano alla per Noi precipua cosa centrale e dominante, la vostra visita filiale, e Ce la fanno più cara.

E' perfettamente vero ciò che testè fu detto dal vostro interprete: Noi amiamo in modo particolare la Gregoriana per quello che essa è da ormai più di tre secoli per il Papa e per la Chiesa: convegno e fulcro di speranze tanto elette e promettenti, di promesse tanto magnificamente mantenute, quanti sono stati anche solo i più illustri padri e figli, insegnanti e studenti, di questa vostra « Alma Mater » — come vi gloriate di chiamarla, e Noi stessi con voi — la Università Gregoriana. La Gregoriana è sempre per il Papa quello che fu per Gregorio XIII la « Gregoriana Universitas »; è sempre ciò che tutti sanno o possono sapere (anche l'Annuario Pontificio lo dice) la sua vera e propria Università: Pontificia in tutto il significato del nome. Di proposito Noi abbiamo consociati ad essa l'Istituto Biblico e l'Istituto Orientale, affinchè la sua pienezza ed universalità di studi si presentasse anche all'occhio del più superficiale osservatore, almeno in alcune grandi linee.

In questa Nostra Roma, centro dell'unità della Fede e della Religione, qui dove è tanta varietà di provenienze, di ingegni, di gusti, di tendenze, di bisogni ancora, qui sono provvidenziali tutti i vari istituti, collegi, seminari, atenei che vi fioriscono: tutti benvenuti e cari al cuore del Padre comune, e già fin d'ora anche quelli che vi si aggiungeranno, tanto più desiderati e più cari, quanto più completi nel loro assetto scientifico o risoluti ad asserlo nel più breve tempo secondo le prescrizioni della ricordata recentissima Nostra Costituzione, anche per poter fruire delle prerogative dalla stessa riconosciute e concesse; ma una è l'Università, la Università Gregoriana, come singolari sono i vincoli che stringono la Gregoriana alla Sede Apostolica; e basterebbe a dimostrarlo anche un semplice, fugace sguardo alla sua storia di ben oltre tre secoli e mezzo.

Fu detto bene, per quanto accennato con una sola parola,

che una tale condizione di cose non può andare esente dal peso di una grande responsabilità ed è con gioia indicibile del cuore che Noi vediamo lo slancio con cui è stata raccolta la nobile eredità più che trecentenaria e come sia altamente sentita una tale responsabilità. Abbiamo poc'anzi potuto osservare e vedere la magnifica produzione scientifica, che fa tanto onore alla Gregoriana, agli Istituti consociati e ai loro autori; libri che, nella maggior parte sono passati anche prima sotto i Nostri occhi e per le Nostre mani (1). E proprio quando Noi Ci accingevamo a questa udienza, tenevamo già sul Nostro tavolo, nuovissima aggiunta alle opere qui presentate, il primo numero della nuova rivista « Orientalia » (2), vari numeri di « Analecta Orientalia » (3) e un volume piccolo ma preziosissimo, contenente la edizione critica greca e latina dei primi tre Evangeli, con cui il buon P. Merk (4) Ci ha procurato una consolazione lungamente attesa: con intimo compiacimento ne abbiamo ricevuto le primizie nel decimo anno del Nostro Pontificato, con vivissimo desiderio ne aspettavamo il compimento.

Di tanta fattiva attività Noi Ci congratuliamo con gli autori di queste scientifiche produzioni, per l'onore che da esse deriva, come abbiamo accennato, sia all'Università Gregoriana e agli Istituti consociati, sia alla S. Sede Apostolica, alla Chiesa, a Dio stesso: giacchè tale attività è sempre espressione di apologetica vivente e vissuta, anche se gli argomenti non sono sempre apologetici, perchè una *vis apologetica* sta pure in questo solo che gli studi e le scienze sono coltivate in seno alla Chiesa con somma cura, appunto per l'intenzione sempre e tutto dominante di dare gloria a Dio e condurre le anime a Dio. Questa *vis apologetica* presenta a Noi anche il fatto della vostra vita quotidiana; Noi siamo sicuri, dilettissimi figli, che non perdete mai di vista tale pensiero, ben degno di essere e sprone alla vostra diligenza e ri-

---

(1) Hac occasione oblati sunt Summo Pontifici omnes libri et libelli (etiam periodici) a Professoribus proximo triennio editi, ingens sane voluminum series.

(2) Novum periodicum a Pontif. Instituto Biblico editum.

(3) Item a Pontif. Instituto Biblico edita.

(4) P. Augustinus Merk (Prov. Germ. Sup.), Professor in Instituto Biblico, qui aderat.

compensa ai generosi sacrifizi, che la perseverante diligenza nei vostri alti studi non può non richiedere.

Tante altre cose sentiamo destarsi in cuore e affollarsi alle labbra nel contemplare davanti a Noi questa magnifica adunanza. Ma non vogliamo più differire quello che dei figli son venuti a domandare nella casa paterna: la benedizione del Padre, ricompensa per il passato e promessa per il futuro. Tale vuole essere questa benedizione per ciascuno di voi e per tutti coloro che sono occupati intorno a voi: sia l'elogio del Padre per l'opera bella e santa compiuta dai figli, sia viatico per il cammino sempre più alto e divino in cui voi siete entrati con slancio così magnifico. Scenda dunque la Nostra benedizione sopra di voi e sopra i vostri studi: che essa accompagni e coroni la vostra opera e le vostre sante intenzioni, che danno la migliore sostanza alla vostra opera e senza cui tale opera non può portare quei frutti che la Chiesa si aspetta: è questo l'augurio del Padre: benedizione e santificazione delle intelligenze e delle volontà per sempre più largo acquisto della scienza e della santità. Benedizione per tutti i convenuti e anche per quelli che vi hanno preceduti nelle vie della scienza e della santità — visione di grandezza veramente apocalittica e mondiale — i « Gregoriani », quanti sono, dove sono, o meglio dove non sono? Tutti Noi li vediamo in questo momento, li contempliamo e li benediciamo insieme con voi. Benediciamo infine tutte le vostre famiglie disperse nel vasto mondo, e tutto quello che ciascuno di voi porta in questo momento nella mente e nel cuore e che desidera sia benedetto insieme con voi.

Latina interpretatio [1]**:**

Pulcri et grati Nobis exstiterunt, carissimi filii, plausus vestri filiorum, quibus excepistis communem Patrem cum per agmina vestra transiret; pulcra, grata et sublimis oratio vestra fuit: grandiloqui cantus vestri omniaque simul magnum quid et pulcrum praeseferentia; sed prae omnibus gratissima Nobis fuit ipsa praesentia tot carissimorum adolescentium filiorum.

---

[1] Videantur etiam notae superius textui italico appositae ad quaedam declaranda.

Donum scilicet afferre non poteratis Summo Pontifici, quod magis pretiosum sit magisque Eius cordi paterno gratum, quam ipsa visitatio vestra tam frequentium filiorum. Ea enim ob sensus quos in animo Nostro excitat satis exprimi a Nobis non potest, quippe quae huc adduxerit tot carissimos filios magnae, universalis familiae catholicae, flores electos undique Romam allatos ad praeclarissimam, intuitu sui futuri apostolatus, institutionem suscipiendam. Ceterum ipsa vestra frequentia, diversissima loca unde venitis, operaque varia quibus estis addicti, tam alte Patri loquuntur ut vix unquam alias, intimumque in Nobis sensum excitant universalis illius paternitatis quam Divinum Cor debilibus Nostris viribus committere voluit, quaeque, vere catholica, re et facto ad mundum totum se extendit. Nec sufficit, sed vester habitus vultus verbaque tam propria filiorum, indicibilem dilectionem in corde Patris excitarunt, quam et in Eius vultu legistis et cui simili affectu respondistis dum paulo ante per vos tam pie acclamantes transivimus.

Nec tantum, ut diximus, ipsa praesentia tot dilectissimorum adolescentium filiorum sentire Nobis facit altitudinem et sublimitatem Nostri apostolici pastoralis ministerii, universalem paternitatem complectentis, sed simul sensum excitant magnitudinis illius universalis magisterii quod Nobis commissum quoque est. Studia scilicet in quae incumbitis, viri qui vos dirigunt, mentis labores fervidique discendi conatus, haec omnia quae dum vos aspicimus menti obversantur, animum Nostrum sibi devinciunt grateque afficiunt. Magno ergo gaudio perfusi in medio vestri versamur, sicut magna cum laetitia antea vos intuiti sumus et salutavimus.

Hisce vero gaudii causis addere oportet admirabiles eae eventuum coniunctiones, quas tetigit paulo ante nobilis interpres vester; nam hae connectuntur et fere circumducuntur exornantes rem praecipuam, ipsam filialem visitationem vestram, gratioremque eam reddunt. Dicere nempe volumus de celebrando crastina die doctoratu Sancti Roberti Bellarmino, deque celebrato paulo ante doctoratu Sancti Alberti Magni, nec non de promulgata paulo ante Constitutione Apostolica « Deus scientiarum Dominus » quae tam proxime pertinet ad vos quamque vos ipsi simul cum omnibus vestris sacrorum studiorum sociis ac fratribus menti Nostrae ac cordi suggessistis.

Recte omnino dixit nuper interpres vester de Nostro singulari amore erga Universitatem Gregorianam. Utique, singulari Nos affectu Gregorianam Universitatem prosequimur, ob ea quae iam a tribus amplius saeculis praestitit pro Pontifice et Ecclesia. Ea enim dici potest iuventutis electissimae optimaeque spei congressio et fulcimen et uberrimorum fructuum parens, quales exstiterunt (ut de

clarissimis tantum loquamur) tot patres et filii, doctores et discipuli, huius vestrae « Almae Matris », quemadmodum vos vocatis et Nos vobiscum vocamus Universitatem Gregorianam. Haec semper est Summo Pontifici id quod fuit Gregorio XIII, scilicet « Gregoriana Universitas »; semper est idque omnes norunt vel nosse possunt (etiam Annuarium Pontificium hoc exprimit), semper est Ipsius vera et propria Universitas; *Universitas* nempe quam late patet hoc nomen, *Pontificia* cum tota huius nominis amplitudine. Consulto ei consociavimus Institutum Bliblicum et Institutum Orientale, ut eius plenitudo et universalitas, quod attinet ad studia, cuilibet vel obiter inspicienti statim pateret, saltem secundum lineas quasdam principaliores.

In hac Nostra Roma, in hoc centro unitatis Fidei et Religionis, in quo tanta habetur varietas originum, ingeniorum, inclinationum et etiam necessitatum, opportune admodum proculdubio et provide exstant omnia illa tam varia Urbis Instituta, Collegia, Seminaria, Athenea, eaque omnia communi Patri cara sunt, iis non exclusis quae in futurum erunt erigenda. Haec omnia eo ardentius idem communis Pater complectetur, quo plenius ea erunt scientifice instructa vel saltem id assequi studebunt brevissimo temporis intervallo, iuxta praescriptiones memoratae recentissimae Nostrae Constitutionis, eo etiam fine ut frui possint praerogativis ab ipsa hac Constitutione recognitis et concessis; sed una est Universitas, Universitas scilicet Gregoriana, sicut singularia sunt vincula quibus haec Apostolicae Sedi est adstricta; quod facile patebit cuilibet qui eius historiam trium saeculorum cum dimidio vel leviter consideraverit.

Optime dictum est, etsi uno tantum verbo adhibito, hanc rerum condicionem magnum officii pondus sibi adiunctum habere, sed indicibili cum animi gaudio videmus studium quo excepta est haec nobilis trium et amplius saeculorum hereditas et quantum huiusmodi officium aestimetur. Potuimus nimirum paulo ante inspicere magnificos scientiae fructus, qui summopere exornant Universitatem Gregorianam, Instituta ei consociata, nec non eorundem fructuum auctores; elucubrationes dicimus scientificas ab Universitate et Institutis memoratis editos, quarum complures non modo nuper aspeximus, sed iampridem consideraveramus et manibus Nostris contrectaveramus. In eo autem eramus ut ad hanc audientiam Nos pararemus cum recens allato super tabulam Nostram conspiciebamus primum fasciculum novi periodici cui nomen « Orientalia », nec non aliquot fasciculos alius periodici « Analecta Orientalia » et codicem, parvum quidem sed pretiosissimum, continentem tria priora Evangelia ad leges critices graece et latine edita ab optimo Patre

Merk, maximo cum Nostro gaudio. Hunc quippe codicem, cuius primordia ineunte decimo Pontificatus Nostri anno laeti conspeximus, iamdudum et ardentissimo desiderio absolutum exspectabamus.

Gratulamur ex animo auctoribus hos scientificos labores ob honorem qui inde fluit, ut innuimus, cum Universitati Gregorianae et Institutis eidem consociatis, tum Sedi Apostolicae et Ecclesiae, immo ipsi Deo: etenim labores huiusmodi vivens apologia vocari possunt, etsi non semper de re apologetica agant; siquidem vis quaedam apologetica in hoc inest quod studia scientiaeque in sinu Ecclesiae summa cura excolantur, idque intuitu assiduo gloriam comparandi Deo et animas ad Eum adducendi. Hanc vim apologeticam inesse quoque sentimus, dilectissimi filii, in ipsa vestra vita cotidiana, quam certo scimus ad Deum glorificandum et animas salvandas dirigi a vobis, rem sane dignam quae diligentiam vestram excitet quaeque compenset generosa ea sacrificia, quae ab excelsis studiis vestris digne colendis necessario vobis imponuntur.

Alia multa exsurgunt in animo et ad labia confluunt dum coram spectamus magnificam hanc congressionem, sed nolumus filiis longius id differre ad quod petendum in domum paternam advenerunt, benedictionem scilicet Patris, anteactorum praemium, auspicium futurorum. Siquidem huiusmodi volumus sit benedictio Nostra pro vobis singulis proque iis omnibus qui in bonum vestrum adlaborant: sit nempe laus quam Pater impertitur ob pulcra et sancta facinora filiorum, sit viaticum pro eo itinere quod tam generose ingressi estis, in dies altius et divinius implendo. Descendat ergo benedictio Nostra super vos et super studia vestra: comitetur et coronet labores vestros et sanctas intentiones vestras quae hos labores in primis extollunt et sine quibus hi labores iis fructibus destituuntur quos Ecclesia exspectat: hoc est Patris votum et auspicium, scilicet, ut benedictione donentur et sanctificentur mentes et voluntates ad largius in dies scientiam et sanctitatem hauriendas. Benedicimus omnibus qui huc convenistis et iis quoque qui vos praecesserunt in viis scientiae et sanctitatis (qualis quantaque visio!) scilicet « Gregorianis », quotquot hi sunt, ubicumque sunt, (ubinam vero non sunt?). Hoc temporis momento Nos eos omnes mente conspicimus et contemplamur et iis omnibus vobiscum benedicimus. Benedicimus tandem omnibus vestris familiis per vastum orbem dispersis, iisque omnibus personis et rebus quae in animis vestris nunc obversantur et quibus benedictionem apostolicam optatis.

16. **16 maii 1932.**

Summus Pontifex gratias agit Societati de thesauro spirituali Sibi oblato (1). — Epist. Card. Secret. Stat.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Dal Vaticano, 16 Maggio 1932.

REV.MO PADRE,

Il ricco tesoro spirituale umiliato al Santo Padre dai figli di Sant'Ignazio in occasione del suo giorno onomastico e la elegantissima pergamena di cui han voluto decorarlo i diletti perseguitati per la giustizia (2), furono per Sua Santità un doppio e assai eloquente testimonio di sentimenti e di propositi che il Padre comune ben conosce e che il Signore si compiace di benedire e di fecondare per la sua gloria.

Nell'esprimere a V. P. Rev.ma l'augusta riconoscenza, ho il piacere di aggiungere che il Santo Padre si degna ripetere in questa occasione i Suoi fervidi speciali voti per la spirituale prosperità della Compagnia e imparte di cuore a tutti i suoi membri, anzitutto alla P. V., la confortatrice Apostolica Benedizione.

Con sensi di sincera e distinta stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

---

(1) Cfr. infra, pag. 49, nota 1a.

(2) Nostri ex Hispania exsules vel in Hispania dispersi peculiarem florum spiritualium manipulum collegerunt eumque inscribendum curarunt pulcherrimae papyro, cuius imago photographica habetur in *Memorab. S. I.*, vol. IV, fasc. V (31 maii 1932), ante pag. 277.

Latina interpretatio:

Ex Aedibus Vaticanis, 16 maii 1932.

REVERENDISSIME PATER,

Ditissimus thesaurus spiritualis Beatissimo Patri occasione Ipsius diei onomastici a Sancti Ignatii filiis oblatus (1) et pergamena papyrus qua eundem thesaurum exornare voluerunt dilecti filii qui propter iustitiam persecutionem patiuntur (2), Sanctitati Suae duplex idemque eloquentissimum testimonium exstiterunt de iis animi sensibus consiliisque quae communis Pater optime novit quaeque Dominus benedicere et fecundare ad suam gloriam dignatur.

Dum Paternitati Tuae Reverendissimae hos augusti animi sensus exprimo, id etiam addere gaudeo, Beatissimum nempe Patrem hac quoque occasione peculiaria Sua fervida omina de spirituali Societatis prosperitate renovare velle, et omnibus eius sodalibus, in primis Paternitati Tuae, confortatricem Apostolicam Benedictionem ex corde impertire.

Sincerae singularisque meae existimationis sensus exprimens, me profiteor

Paternitati Tuae Reverendissimae
addictissimum in Domino
E. Card. PACELLI.

---

(1) Litteris die 27 aprilis 1932 datis (v. infra, inter *Acta Praep. Gen.*), Pater Noster indixerat in diem 12 maii, quo die festum S. Achillei Martyris celebratur, peculiares preces et oblationes pro Summo Pontifice praestandas occasione primi decennii pontificatus: quae omnes oblationes, praesertim Missae celebratae, simul cum thesauro spirituali a Nostris Hispanis collecto Beatissimo Patri eo Ipsius die onomastico exhibita sunt.

(2) Id est Nostri ex Hispania exsules vel in Hispania dispersi; cfr. supra, pag. 48, nota 2a.

17. **20 maii 1932.**

Decretum Tribunalis Ecclesiastici Urbis de inquisitione scriptorum Servi Dei P. Ioannis Roothaan. — Decr. E.mi Card. Vicarii [1].

FRANCISCUS

TITULI S. MARIAE NOVAE

S. R. E. PRESB. CARD. MARCHETTI SELVAGGIANI

SACROSANTAE PATRIARCALIS ARCHIBASILICAE LATERANENSIS

ARCHIPRESBYTER

SS. D. N. PAPAE VICARIUS GENERALIS

ROMANAE CURIAE EIUSQUE DISTRICTUS

IUDEX ORDINARIUS ETC.

Cum, incepto iam processu ordinario informativo super fama sanctitatis vitae Servi Dei P. Ioannis Philippi Roothaan, Praepositi Generalis Societatis Iesu, a Nobis colligenda sint, ad normam sacrorum Canonum, scripta omnia quae dicto Servo Dei tribuuntur, praesenti Decreto omnibus et singulis, qui scripta praefati Servi Dei retinent, sive inedita sive typis impressa, sermones, epistolas, diaria, autobiographias, quidquid denique vel ipse D. S. per se vel aliena manu exaraverit, praecipimus ut sub debitis poenis et etiam comminatione censurarum, Nobis ea tradere teneantur vel Sacro Tribunali a Nobis delegato (*Via della Pigna,* 13-A — Roma).

Insuper in mentem omnium revocamus Codicis Iuris Canonici canones 2023, 2025, 2026.

Praeterea omnes qui sciverint ea ipsa scripta ab aliis retineri, hos penes N. Tribunal denuncient.

Qui vero, pietatis gratia erga Dei Servum, autographa apud se retinere cupiant, horum exemplaria authentica poterunt exhibere.

Mandamus denique ut praesens Decretum in Domo Gene-

---

[1] Cfr. *Acta Rom.,* vol. VI, 1931, pp. 871-872.

ralitia et in aliis Europae domibus Societatis Iesu affixum maneat loco visibili, spatio duorum mensium a die receptionis computando.

Datum Romae, ex Aedibus Vicariatus, die 20 maii 1932.

L. ✠ S. F. Card. VICARIUS.

PETRUS MATTIOLI, *Cancellarius.*

18. **2 iulii 1932.**

Summus Pontifex gratulatur inceptum « Archivum Historicum Societatis Iesu » eique benedicit. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI

PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Dal Vaticano, die 2 iulii 1932.

REV.ME PATER,

Nuper inchoatus commentarius, cui titulus « Archivum Historicum Societatis Iesu » admodum placuit Augusto Pontifici, qui tam utili praestantique coepto gratulatus fausta vota ex animo solvit, ut idem prosperis incrementis vigeat ac fructuum splendore ditescat.

Omni sane dignum praeconio est vos Societatis vestrae, de re christiana praeclare usque meritae, rerum gestarum monumenta recensere et a primordiis peractos labores, ad historiae fidem revisere. Hoc enim efficiet, ut antiquorum facinorum laus splendidius eniteat, et, cum sit historia magistra vitae et egregiorum operum incitamentum, valide Christi milites in aciem impellat, alacriores ad maiorem Dei gloriam comparandam certaturos.

Quapropter Sanctitas Sua, enixe deprecans ut Deus praesidium luminis virtutisque, eis, qui ad id consilii operam navent, largius concedat, tibi sodalibusque tuis cunctis Apostolicam Benedictionem, amoris Sui testem, impertitur.

Haec tibi referens, qua par est observantia, me obsignare gaudeo

Tibi addictissimum
E. Card. PACELLI.

19. **13 iulii 1932.**

Decretum introductionis causae beatificationis seu declarationis martyrii Servorum Dei Rochi González et Sociorum e Societate Iesu. — Decr. S. C. Rit. [1].

BONAEREN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII

SERVORUM DEI

ROCHI GONZÁLEZ DE SANTA CRUZ
ALFONSI RODRÍGUEZ ET IOANNIS DEL CASTILLO

E SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO:

An sit signanda Commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter cetera praeclara opera, quibus inclita Societas Iesu, praeeunte conditore suo Ignatio, maiorem Dei gloriam iugiter promovit, accensendus prae primis est apostolicus labor, quem eius alumni ad christianam fidem late per orbem inter ethnicos populos proferendam, inde ab exordiis enascentis Ordinis exercuerunt. Sicut enim S. Franciscus Xaverius in orientalibus Indiis aliisque extremi Orientis oris innumeras Christi Ecclesiae animas adiunxit, ita et in occidentalibus, quas vocabant, Indiis alii non pauci, iidemque sanctitatis laude clari, Evangelium, effuso quoque sanguine, maximoque cum fructu, praedicavere, et ad

[1] *Act. Ap. Sed.*, vol. XXIV, 1932, pp. 346-349.

christianam et civilem vitam amplectendam silvicolas et nomades illas gentes feliciter adduxerunt.

Quos inter merito praestare dicuntur Rochus González, Alfonsus Rodríguez et Ioannes del Castillo.

Rochus González, Assumptione, in Paraquariensi ditione, anno 1576 ex Bartholomaeo et Maria de Santa Cruz ortus est. Ab ipsa iam infantia pietati fuit addictissimus; perfectioris autem vitae amore, 14 annorum adolescens, una cum nonnullis coaetaneis suis in desertum locum secessit, ut poenitentiae et orationi impensius se traderet.

Sacerdotio ab Episcopo de Trejo anno circiter 1599 auctus ad Maracaynensem provinciam se contulit, ut eam gentem christianam catechesim doceret. Episcopus idem paulo post eum cathedralis ecclesiae parochum elegit. Quum vero anno 1609 Episcopus de Lizarraga O. P. eum ad Provisoris et Vicarii generalis officium promovere vellet, humilis sacerdos, honorifico munere recusato, atque illico saeculo valedicens, Societatem Iesu est ingressus. Insequenti anno ad evangelizandos silvicolas Guaycuruenses, qui inter Indos ferocissimi habebantur, missus fuit. Barbarorum vero moribus ad humanitatem simul atque ad christianam disciplinam componendis ut solidum strueretur fundamentum, Societatis Iesu sodales, ut primum inter eos advenerunt, nullam aptiorem esse rationem existimavere, quam illos in aliquem determinatum locum stabiliter ad communem socialem vitam ineundam hortando *reducere.* Unde *reductionum* nomen oppidis ad hoc fundatis fuit impositum. Sapientissimis legibus indigenarum indoli maxime accommodatis ita prudenter simul ac humaniter haec regebantur, ut brevi temporis spatio *reductiones* hae miram animorum transformationem operarentur et perfectae christianae vitae consuetudinis exemplum evaserint. Quanta ad eas condendas et constabiliendas priores apostoli illi fuerint passi, difficile dictu est: at vero quo durior exstitit labor, eo uberiores fructus promanarunt atque eorum nomina in benedictione per saecula permanserunt. P. Marcellus de Lorenzana priorem constituit *reductionem.* Postea vero Pater Rochus González ab anno 1615 ad annum 1628, undecim hac illac novas fundavit, quas saepe visitabat, ut in eis omnia secundum statutas leges servarentur.

Sed caelo maturus, iam ad optatum finem properabat, san-

guinem vitamque pro Christo effundere paratus. Dum in *reductione*, quae sub Omnium Sanctorum titulo ad « Caaró », prope flumen Yjuí die 1 Novembris 1628 fundaverat, versaretur, celebrata Missa, a quibusdam impii venefici Niezú satellitibus die 15 eiusdem mensis, lapideae clavae ictibus capite fractus, occisus est, et corpus igni traditum. Ex necati incombusto corde, ipsis testantibus Indis, haec vox indica lingua erupisse dicitur: « Corpus occiditis, non animam: ego a vobis non recedam et redibo: sed ultio non cunctabitur ». Cum ipso necatus quoque fuit P. Alfonsus Rodríguez, eiusque corpus pariter igni traditus.

P. Alfonsus Rodríguez, Zamorae in Hispania die 1 Martii a. 1598 e Gundisalvo et Maria Obnel natus, anno 1614 Societatem Iesu ingressus est. Paucos post annos Cordubam in Argentina missus fuit ubi summa cum laude philosophiae et theologiae disciplinis incubuit et sacerdotio est auctus. Anno 1625 ad Guaycuruensem missionem destinatur. Huc illuc alacer discurrit sacro ministerio fungens, magnam fructuum copiam reportans. Patiendi desiderio motus ad difficillimas Uruquarienses missiones mitti expetiit, et cum P. Rocho González Omnium Sanctorum *reductionem* constituit, et quindecim post dies effuso sanguine, una cum suo sodali optatam mortem oppetiit.

Veneficus Niezú omnes quoque Patres qui in ceteris *reductionibus* erant, ut posset suis incantationibus miseras illas gentes satanico iugo iterum subiicere, moliebatur occidere. Sed tantum facinus Deus non permisit: mortem tamen P. Ioanni del Castillo datum est ei inferre.

Hic ex Alfonso et Maria Rodríguez in loco vulgo dicto *Belmonte* intra Conchensis dioecesis fines in Hispania die 14 Septembris anno 1596 natus est. Anno 1614 in Societatem Iesu Matriti admissus fuit: duos post annos Cordubam in America mittitur, ubi philosophicae disciplinae incumbit; dein in collegio Conceptionis in ditione Chilensi magisterium agit. Anno 1621 Cordubam redit, et post navatam ibi operam sacrae theologiae, sacros Ordines anno 1625 suscepit. Sequenti anno ad S. Nicolai *reductionem* nuper a P. González fundatam mittitur, et ardenti animarum zelo motus, infirma licet valetudine Indis evangelizandis strenue laborat.

Eodem anno ad novam Assumptionis *reductionem* transfer-

tur. Impius Niezú notitia habita mortis P. Rochi González et Alfonsi Rodríguez, iussit *caciquis* sibi subditis ut statim et P. Ioannem del Castillo interficerent. Dum pacifice hic cum suis Indis sermonem habebat proditorie captus et vestibus exutus, funibus ligatus, per aspera pertractus, demum clava percussus, numquam tamen ab oratione intermittens, crudelissime occisus est. Corpus eius igne fuit combustum. Ultrix manus Domini, uti demortui Patris Rochi vox prophetaverat, super occisores aggravata est. Ab Hispanis et a pluribus Indis hi sunt puniti, verum antea sua facinora sunt confessi, Patris Rochi prophetiae confirmationem agnoverunt, omnesque praeter unum baptizati sunt, mortemque in suorum criminum expiationem acceptaverunt.

Duorum priorum reliquiae reverenter a christianis Indis, illae autem P. Ioannis a fratre Bernardo, collectae sunt, et prius Candelariam, Conceptionem postea translatae sunt.

Horum trium occisio in ipsa dioecesi Assumptionis ubi evenit, habita est uti verum martyrium, adeo ut sollemnis Missa et hymnus *Te Deum* fuerint in gratiarum actionem decantata. Quae fama numquam deferbuit. Quare mature de iuridicis inquisitionibus instituendis fuit cogitatum. Hispanorum dux Cabral, qui expeditioni contra rebelles Indos praefuerat, priusquam occisores morte mulctaret, eos eorumque socios interrogari curaverat, ut ab iisdem causae et mortis adiuncta cognoscerentur.

Ordinaria auctoritate in Curia Bonaëren. anno 1629 processus est institutus, qui sequenti anno apud Corrientes, et anno 1631 apud Candelariam continuatus est, Urbemque transmissus. Verum quum in processu super non cultu, tum primum Urbanianis decretis praescripto, servanda forma nondum satis innotesceret, Bonaërenses iudices eum condere omiserunt; ideoque causa ulterius non est progressa. Plurimae tamen postulatoriae litterae ad Sanctam Sedem fuerunt missae. Societatis Iesu saeculo decimoctavo suppressio, aliaeque politicae vicissitudines novum detrimentum causae attulerunt. Postremo hoc tempore novi Processus Ordinarii anno 1929 constructi sunt in Curiis Bonaërensi, Corrientensi et Montisvidei.

Processus quoque super obedientia praestita decretis Urbani Pp. VIII de publico cultu Servis Dei non praestando, nec non *diligentiarum* quem dicunt super scriptis fuit pariter confectus.

Quum vero nihil obstaret quominus ad ulteriora posset pro-

cedi, instante R. P. Carolo Miccinelli, Postulatore generali S. I., attentis et veteribus et recentibus Postulatoriis litteris sive Archiepiscoporum et Episcoporum Americae Latinae, sive insignium virorum qui vel summa civili auctoritate potiuntur, Reipublicae praesertim Paraquariensis, die 5 Iulii anni huius in Ordinario Sacrae Rituum Congregationis Coetu ab E.mo ac R.mo D. Cardinali Alexandro Verde, causae huius Ponente seu Relatore, propositum fuit dubium: *An sit signanda Commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.* E.mi ac R.mi Patres, audita E.mi Ponentis relatione, audito quoque officialium Praelatorum voto, scripto lato, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, omnibus perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem introductionis Causae Servorum Dei Rochi González de Santa Cruz, Alfonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ss. D. N. Pio Papae XI relatione ab infrascripto S. R. C. Praefecto, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, Commissionem introductionis causae Rochi González, Alfonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo propria manu signare dignata est.

Die 13 Iulii anno Domini 1932.

L. ✠ S. CAMILLUS Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

ALFONSUS CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

20. **21 iunii 1932.**

Pontificiae Universitati Gregorianae de Urbe Magnus Cancellarius attribuitur Em. Cardinalis Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus pro tempore Praefectus. — Litt. Apost. [1].

PIUS PP. XI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Gregorianam Studiorum Universitatem de Urbe quanti continenter fecerint Romani Pontifices Decessores Nostri omnibus sane compertum est. Nos vero, qui illius Nostrorum iuvenilium studiorum palaestrae saepe saepius libenter meminimus, ex quo Ecclesiae gubernacula tractanda suscepimus ad ipsius Gregorianae Universitatis res magis magisque provehendas semper sollicitas impendimus curas, ut illa praeclarius in dies evaderet seminarium, quod, iuxta sibi praestitutum finem, continenter electam suppeditaret Ecclesiae ex omnibus nationibus Doctorum copiam, qui Iesu Christi doctrinam, hac Alma in Urbe haustam, una cum reverentia, amore et fidelitate erga Sancti Petri Cathedram, ubique terrarum propagandam ac diffundendam curarent. Huc etiam vergit quod Litteris Apostolicis *Quod maxime,* die XXX mensis Sept. an. MDCCCCXXVIII datis, statuimus ut Universitas Nostra Gregoriana consociatis Pontificiis Biblico atque Orientali Institutis opportune ampliata, tot inter Athenaea in hoc christiani orbis centro feliciter erecta vel auspicato erigenda, una proprii ac veri nominis Universitas seu omnium sacrarum disciplinarum studium generale et plenius fieret et apertius appareret. Nunc autem, post editam Constitutionem apostolicam Nostram *Deus scientiarum Dominus,* Universitas ipsa Gregoriana, iugiter Pontificalium exsequendarum ordinationum studiosissima, a Nobis expostulat, ut sibi Magnum Cancellarium ad normam art. 14 memoratae Constitutionis tribuere velimus. Quibus votis Nos, singularibus prorsus peculiaris subiectionis ac vigilantiae nexibus attentis, quibus Gregoriana Universitas Apostolicae huic Sedi

[1] *Act. Ap. Sed.,* vol. XXIV, 1932, pp. 267-268.

ita iugiter devincta est, atque etiam nunc, si unquam alias, devincitur, ut Universitatem plenissimo iure ac nomine Pontificiam compellandam esse palam dixerimus, eandemque cum Institutis consociatis in Lateranensibus quoque Pactionibus cum Regno Italico initis qua Pontificiam rem agnitam peculiaribusque iuribus ornatam voluerimus, libenti quidem animo annuendum censemus.

Nos igitur, praesentium Litterarum tenore, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, decernimus ut Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus pro tempore Praefectus (1), praedictae Pontificiae Universitati Gregorianae ac Pontificiis Biblico atque Orientali Institutis cum eadem, uti diximus, consociatis, Magnus Cancellarius iam nunc atque in posterum sit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Iunii anno MDCCCCXXXII, Pontificatus Nostri undecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

21. **6 augusti 1932.**

Cruciata Eucharistica Apostolatus Orationis ad gradum Sodalitatis Primariae ad honorem evehitur. — Litt. Apost.

PIUS PP. XI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Apostolatus Orationis seu Sodalicium, quod Patribus e bene merita Societate Iesu curatoribus, hac Alma in Urbe suam principem habet Sedem apud eiusdem Societatis Praepositum Generalem, qui Generalis etiam Moderator est Apostolatus ipsius, continentes uberesque ab initiis suis fructus protulit spiritualis boni omnibus cuiusvis generis condicionisve fidelibus, frugifero ipsi Operi, qua Sodalibus, adscriptis. Cum autem Apostolicum mu-

(1) Is nunc est Em. Card. Caietanus Bisleti.

nus, quod in terris gerimus, Nos instanter admoneat ut illis institutis, quae res christianas provehant, iugiter in Domino prospiciamus, eundem quoque Apostolatum Orationis peculiari benevolentia Nostra iure meritoque prosecuti sumus. At praesertim in « *Cruciatam* » quam nuncupant « *Eucharisticam* » quae ex eodem orta Orationis Apostolatu, ipsius spiritu reapse imbuta studioque religionis accensa, ipsum plane repraesentat, oculos Nostros convertimus. E Sociis enim Apostolatus Orationis, veluti e selectis quidem militibus efformata, Eucharistica eadem Cruciata in Regnum Iesu Christi dilatandum alacri opera incumbit; militesque iidem efficaciter muniuntur Eucharistica Dape, quam plena fide adorant, ac fervida caritate sumunt. Libenti propterea animo compertum habemus huiusmodi Cruciatae Eucharisticae magis magisque in dies Sodalium numerum mirabiliter succrescere; adeo ut iam nunc quinquies et vicies centena millia Sociorum ubique terrarum Cruciata eadem numeret. Nil mirum itaque si praeteritis, quibus iam eandem Sodalitatem cohonestavimus, novam nunc conspicuamque voluntatis Nostrae significationem velimus adiicere, memoratamque Eucharisticam Cruciatam denuo qua Sectionem Eucharisticam praelaudati Operis Apostolatus Orationis ita firmare, ut privilegiis donisque spiritualibus Pio Operi seu Sodalitio Apostolatus Orationis concessis simul cum ceteris peculiaribus gratiis sibi tributis eadem Cruciata uti, frui possit ac valeat.

Vota igitur benigne excipientes Praepositi Generalis Societatis Iesu, qui Nos modo rogavit ut Cruciata Eucharistica Apostolatus Orationis praedicta ad gradum Primariae, honoris tamen tantum causa, eveheretur, Nos, conlatis consiliis cum dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Concilii Congregationis Praefecto [1], omnibusque rei momentis attento seduloque studio perpensis, Cruciatam eandem Eucharisticam Apostolatus Orationis, hac Alma in Urbe apud Praepositum Generalem Societatis Iesu canonice constitutam, hisce Litteris Apostolicis Nostraque auctoritate, gradu Sodalitatis Primariae ad honorem ex nunc de benignitate Nostra decoramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

---

[1] Is est Em. Card. Iulius Serafini.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VI m. Augusti, an. MCMXXXII, Pontificatus Nostri undecimo.

L. ✠ S. E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

22. **7 augusti 1932.**

In Pontificia Universitate Gregoriana Facultas Historiae Ecclesiasticae et Facultas Missiologica canonice eriguntur et erectae declarantur. — Decr. S. C. de Semin. et Stud. Univ.

SACRA CONGREGATIO
DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS.

DECRETUM.

Historicarum disciplinarum cultores et magistros aptius parandi gratia, nec non ad eos qui de re missionaria agunt et ipsos divini verbi praecones qui ad gentes mittuntur plenius instituendos, Pontificiae Universitatis Gregorianae Moderatores suppliciter postulaverunt, ut in eadem Studiorum Universitate Facultas Historiae Ecclesiasticae et Facultas Missiologica erigerentur.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, infrascripto Cardinali Sacrae huic Congregationi Praefecto in audientia diei 26 iulii referente, omnibus rei momentis mature perpensis, benigne petitioni annuere dignatus est.

Haec itaque Sacra Congregatio, mandato et auctoritate Sanctissimi Domini Nostri Papae, in Pontificia Universitate Gregoriana Facultatem Historiae Ecclesiasticae et Facultatem Missiologicam praesenti decreto canonice erigit et erectas declarat, cum potestate conferendi gradus academicos secundum Statuta ab hac Sacra Congregatione approbata.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, die VII mensis augusti, anno Domini MCMXXXII.

L. ✠ S. CAIETANUS Card. BISLETI, *Praefectus.*

ERNESTUS RUFFINI, *Secretarius.*

23. **7 augusti 1932.**

In Pontificio Instituto Biblico Facultas Studiorum Orientis Antiqui canonice erigitur et erecta declaratur. — Decr. S. C. de Semin. et Stud. Univ.

SACRA CONGREGATIO
DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS.

DECRETUM.

Cum Orientis Antiqui studia, quae in Pontificio Instituto Biblico haberi coepta sunt, maxime provehenda censeantur, quo validius biblicis scientiis adiumentum afferant, Moderatores Pontificii Instituti Biblici suppliciter postulaverunt ut in eodem Instituto Facultas Studiorum Antiqui Orientis erigeretur.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, infrascripto Cardinali Sacrae huic Congregationi Praefecto in audientia diei 26 mensis iulii referente, benigne petitioni annuere dignatus est.

Itaque, mandato et auctoritate Sanctissimi Domini Nostri Papae, haec Sacra Congregatio in Pontificio Instituto Biblico Facultatem Studiorum Orientis Antiqui praesenti decreto canonice erigit et erectam declarat, cum potestate gradus academicos conferendi, secundum Statuta ab hac Sacra Congregatione approbata.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, die VII mensis augusti, anno Domini MCMXXXII.

L. ✠ S. CAIETANUS Card. BISLETI, *Praefectus.*

ERNESTUS RUFFINI, ***Secretarius.***

24. **8 septembris 1932.**

Compluribus Collegiis Nostrorum conceditur facultas conferendi gradus academicos secundum Constitutionem Apostolicam « Deus scientiarum Dominus » et secundum peculiaria Statuta, quae interim approbantur. — Epist. Card. Praef. S. C. de Semin. et Stud. Univ.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI

PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Roma, 8 settembre 1932.

REVERENDISSIMO PADRE,

Con la presente notifico alla P. V. Rev.ma che, da un primo sommario esame degli Statuti delle Facoltà di Studi ecclesiastici esistenti nei Collegi della Compagnia di Gesù, risulta la sostanziale conformità dei medesimi Statuti con le prescrizioni della Costituzione Apostolica *Deus scientiarum Dominus* e delle relative *Ordinationes*.

Questo Sacro Dicastero permette di conseguenza che l'applicazione dei detti Statuti (con la relativa facoltà di concedere i gradi accademici) venga provvisoriamente iniziata fin d'ora in quei Collegi della Compagnia che si trovano elencati nel foglio allegato alla presente, salve sempre le modifiche che, dopo ulteriore particolareggiato esame, verranno prescritte.

Approfitto dell'occasione per confermarle i sensi del mio ossequio, con cui mi professo

della P. V. Rev.ma
dev.mo per servirla
GAETANO Card. BISLETI, *Prefetto.*
FRANCESCO ROBERTI, *Sottosegretario.*

Latina interpretatio:

Romae, 8 septembris 1932.

Reverendissime Pater,

His litteris Paternitatem Tuam Reverendissimam certiorem facio Statuta Facultatum Studiorum ecclesiasticorum in Collegiis Societatis Iesu exsistentium, ex primo quodam brevi examine, congruentia quod ad substantiam inventa sunt cum praescriptis Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus* et *Ordinationum* ei adnexarum.

Haec igitur Sacra Congregatio permittit ut illa Statuta (una cum consequenti facultate conferendi gradus academicos) iam nunc ad tempus applicari incipiant iis in Societatis Collegiis quae in folio huic epistolae adnexo nominatim recensentur, salvis semper mutationibus quae, post accuratum examen postea instituendum, praescribendae videantur.

Hac utens occasione meae observantiae sensus confirmo meque profiteor Paternitatis Tuae Reverendissimae addictissimum:

Caietanus Card. Bisleti, *Praefectus.*

Franciscus Roberti, *Subsecretarius.*

Nota. — Similem epistolam eadem Sacra Congregatio ad Patrem Nostrum paulo ante dederat (6 septembris 1932) pro Statutis Pontificiae Universitatis Gregorianae eique consociatorum Institutorum Biblici et Orientalis; itemque pro Statutis Pontificiorum Seminariorum Societati commissorum Kularitani, Neapolitani, Bonaërensis, Comillensis, Kandyensis, Instituti philosophici Oenipontani, Facultatis theologicae Berythensis, necnon Collegii Woodstockiensis, quod postremum, utpote quod Facultates ecclesiasticas Universitatis Georgiopolitanae iam a Gregorio XVI approbatas continuare iure aestimetur, non cum aliis Collegiis Nostrorum, sed separatim sua Statuta approbanda proposuerat.

ELENCHUS

Collegiorum Societatis Iesu, quibus conceditur facultas confeferendi gradus academicos secundum Statuta Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus die 30 iunii 1932 exhibita (1).

Chieri (Italia)	- Licenza in Filosofia, Laurea in Teologia.
Napoli (»)	- Laurea in Teologia.
Jersey (Francia)	- Laurea in Filosofia.
Enghien (»)	- Laurea in Teologia.
Vals (»)	- Laurea in Filosofia.
Lyon (»)	- Laurea in Teologia.
Sarriá (Spagna)	- Laurea in Filosofia, Laurea in Teologia.
Oña (»)	- Laurea in Filosofia, Laurea in Teologia.
Granada (»)	- Laurea in Filosofia.
Valkenburg (Germania)	- Laurea in Filosofia, Laurea in Teologia.
Pullach (»)	- Laurea in Filosofia.
Heythrop (Inghilterra)	- Licenza in Filosofia, Laurea in Teologia.
Eegenhoeven (Belgio)	- Laurea in Filosofia.
Louvain (»)	- Laurea in Teologia.
Nijmegen (Olanda)	- Laurea in Filosofia.
Maastricht (»)	- Laurea in Teologia.
Kraków (Polonia)	- Licenza in Filosofia.
Lublin (»)	- Laurea in Teologia.
Dublin (Irlanda)	- Licenza in Teologia.
Shembaganur (India In.)	- Licenza in Filosofia.
Kurseong (»)	- Laurea in Teologia.
Zikawei (Cina)	- Licenza in Teologia.
Montréal (Canadà)	- Licenza in Filosofia, Laurea in Teologia.
Mount St. Michael (St. Un.)	- Licenza in Filosofia.
St. Louis (»)	- Laurea in Filosofia, Laurea in Teologia.
Weston (»)	- Licenza in Filosofia, Laurea in Teologia.
Ysleta (Messico)	- Licenza in Filosofia.
San Miguel (Argentina)	- Laurea in Filosofia, Laurea in Teologia.

(1) Elenchus ipse italica lingua a Sacra Congregatione confectus tam facile ubique intelligi potest, ut eius latina interpretatio omnino supervacanea videatur. — Collegia non adamussim secundum regiones recensentur sed potius secundum Societatis Provincias, v. gr. *Valkenburg* Germaniae tribuitur, quamquam est in Neerlandia; Collegia vero Hispaniae, etsi nunc in externis regionibus inveniantur, hic sub pristina ac propria cuiusque sede ponuntur. — De *Collegio Woodstockiensi* cfr. nota in pag. praeced.

25. **12 septembris 1932.**

Approbatur versio palaeoslavica formulae benedictionis aquae Sancti Ignatii. — Decr. S. C. pro Eccl. Orient.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI.

DECRETUM.

SS.mus Dominus Noster Pius, Div. Prov. PP. XI, in Audientia subsignatae diei, referente infrascripto Sacrae Congregationis Orientalis Adsessore, postulationibus Rev.mi P. Procuratoris Generalis S. I., benigne annuens, dignatus est approbare adnexam versionem in linguam palaeoslavicam, byzantino ritui accommodatam, formulae a S. Rituum Congregatione, die 30 Augusti 1866, approbatae ad conficiendam Aquam sub invocatione S. Ignatii [1], Rev.mo Patri Praeposito Generali S. I. potestatem tribuens impertiendi sacerdotibus, lingua palaeoslavica in ritu suo utentibus, respectivi Ordinarii consensu munitis, facultatem benedicendi praedictam Aquam, secundum eandem versionem.

Eadem Sanctitas Sua praefatam versionem condecorare dignata est iisdem omnibus Indulgentiis ac privilegiis, vi formulae latinae praedictae Christifidelibus concessis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Orientalis, die 12 Septembris 1932.

Pro E.mo Domino Card. Secretario:
H. I. Cicognani, *Adsessor.*
Sac. Ioseph Moioli, *Officialis.*

Nota. — *His litteris haec ad modum declarationis addebatur epistola:*

Rev.mo Padre,

Ho il piacere di rimettere alla P. V. Rev.ma il Decreto con cui: 1) si approva la versione in lingua paleoslavica della formola latina della benedizione dell'Acqua di S. Ignazio, formola che è stata adat-

[1] Ipsam formulam palaeoslavice exaratam hic exscribere supervacaneum visum est.

tata alle esigenze liturgiche del rito bizantino-slavo; 2) si mantengono o piuttosto si estendono a questa formola paleoslava i privilegi e le indulgenze annesse alla latina; 3) si concede al Rev.mo Padre Preposito Generale della Compagnia di Gesù la facoltà di concederne l'uso ai sacerdoti di rito bizantino-slavo, che ne domandano il privilegio.

Sarà bene che questi sacerdoti siano muniti del consenso del loro Ordinario nell'avanzare la loro istanza, consenso che, in tanti casi in cui non è possibile o non è comodo averlo espresso, basterà che sia *presunto*, a giudizio del Rev.mo P. Generale.

Per maggior utilità, si accludono alcune copie stampate del testo approvato.

Intanto con sensi di profondo ossequio mi professo

della P. V. Rev.ma
dev.mo
A. G. Cicognani, *Assessore.*
Sac. Giuseppe Moioli, *Off.*

Rev.mo Padre
P. Agostino Tesio, S. I.
Proc. Gen. della Comp. di Gesù.

26. **28 octobris 1932.**

Templum S. Antonio Eremitae in Exquiliis dicatum catholicis slavici ritus addicitur eiusque cura committitur Rectori Pontificii Collegii Russici. — Motu Proprio [1].

PIUS PP. XI.

Nostra animarum a Christo Redemptore Nobis concreditarum sollicitudo, Nostraque erga omnes paternitas, qua pro cunctis divino munere fungimur, Nos movent ut ii etiam catholici Orientalium rituum fideles, qui Romae degunt vel ad Urbem peregrinantur, proprium templum habeant, in quo Deum, ad legitima suorum maiorum instituta, orare possint; quod iam a Decessoribus Nostris Armeni, Syri, Maronitae, Graeci quoque et Rutheni Rumenique obtinuerunt. Russis etiam Decessor Noster

[1] *Act. Ap. Sed.*, vol. XXIV, 1932, pag. 353-354.

s. m. Pius PP. X sacras sancti Laurentii ad Montes aedes attribuerat, quae funditus nuperrime disiectae sunt.

Quapropter de Nostrae plenitudine auctoritatis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, haec, quae sequuntur, motu proprio decernimus ac statuimus:

I. - Templum in Exquiliis, prope Liberianam Basilicam, sancto Antonio Eremitae dicatum, quod plusquam sexaginta annos fuit profano usui addictum, ac feliciter in praesens Nostris sumptibus restauratum est, divino cultui reddatur, et, sub cura ac regimine Commissionis Nostrae Pontificiae pro Russia, omnibus slavici ritus catholicis, qui ab eadem pendent, destinetur et reservetur, integra tamen manente iurisdictione ordinaria dilecto filio Nostro Cardinali in Urbe Vicario, eiusque cura Rectori commissa, qui pro tempore Nostrum Collegium Russicum moderatur.

II. - Hoc in templo, qualibet feria sexta, sollemnius vero prima feria sexta singulorum mensium, peculiaris supplicatio celebretur ad normam antiqui officii slavici, quemadmodum apud Ruthenos Nostros et apud ipsos ab Apostolica Sede dissidentes fieri solet, quaeque inscribitur *Dulcissimi Iesu;* cui quidem supplicationi invocationes addantur ad Beatissimam Dei Genitricem Virginem Mariam et ad caelestes illos Patronos, quibus Russiae populos specialiter commisimus et committimus, sanctum videlicet Nicolaum thaumaturgum Myrensem et sanctam Theresiam a Iesu Infante.

III. - Singulis annis sollemnior supplicatio pro iisdem populis cum liturgico eodem officio *Dulcissimi Iesu* celebretur feria sexta, quae secundam Dominicam post Pentecosten sequitur, ut, *qui mitis est et humilis Corde,* Christus Salvator et Rex mundi, Russiae populos ad seipsum et ad suam Ecclesiam reducere dignetur, eisque demum veram domi forisque pacem cum christiana animarum laetitia ipsaque rerum temporalium prosperitate benignissime concedat.

IV. - Ut vero omnes slavici ritus filii Nostri ad easdem gratias implorandas magis magisque excitentur, praecipimus ut qui Consociationi praesunt, quam *Apostolatum Orationis* vocant, peculiarem eiusdem generis coetum in hoc templo instituant, qui de reparatione et expiatione pro nefandis « atheorum militantium » sceleribus maxime sit sollicitus.

V. - Festum autem sanctae Theresiae ab Infante Iesu, ut Patronae eiusdem templi secundariae, ibidem anniversario die canonizationis eius, die scilicet XVII mensis Maii, singulis annis ritu slavico celebretur.

Quae omnia decernimus ac statuimus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXVIII mensis Octobris, XIII Episcopatus Nostri natali, anno MDCCCCXXXII, Pontificatus nostri undecimo.

PIUS PP. XI.

27. **17 novembris 1932.**

Summus Pontifex gratias agit pro 62° volumine collectionis « Monumenta Historica Societatis Iesu » (« Litterae Quadrimestres » tom. VII) Sibi oblato. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Dal Vaticano, 17 Novembre 1932.

REV.MO PADRE,

Mi è grato assicurare la P. V. Rev.ma che il Santo Padre ha accolto con viva soddisfazione il 62° volume dei « Monumenta Historica Societatis Iesu », tomo VII delle «*Litterae Quadrimestres*» recentemente umiliatoGli dalla P. V. quale devoto omaggio.

Sua Santità non solo si compiace dell'importante pubblicazione, destinata come le precedenti, a dare copiosissime documentazioni, preziose ad ogni classe di studiosi, ma si degna altresì aggiungere una lode particolare per il fatto che l'opera finora edita in Spagna, non ostante la prova subita dalla Compagnia di Gesù in quella nazione, è potuta con pari successo uscire in Roma.

Con i migliori voti perchè Iddio ricompensi con l'abbondanza delle sue grazie quanti attendono a studi così utili alla Chiesa e

alla scienza, l'Augusto Pontefice invia ben di cuore a Lei, Rev.mo Padre, e all'intera Compagnia di Gesù con affetto la Benedizione Apostolica.

Io poi profitto volentieri dell'opportunità per confermarmi con sensi di sincera e distinta stima

della P. V. Rev.ma
dev.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

Latina interpretatio:

Ex Aedibus Vaticanis, 17 novembris 1932.

Reverendissime Pater,

Gaudens Paternitatem Tuam Reverendissimam certiorem facio Beatissimum Patrem magna cum satisfactione excepisse 62m volumen ex « Monumentis Historicis Societatis Iesu » (tomum VII ex « *Litteris Quadrimestribus* »), quod recens ut devotum obsequium Paternitas Tua Ei demisse obtulit.

Sanctitas autem Sua non modo hanc tam magni momenti elucubrationem gratulatur, quae, ut praecedentes, uberrima documenta praebere nata est, quibuslibet studiorum cultoribus pretiosissima; verum etiam id peculiari laude prosequi dignatur, quod hoc opus, hactenus in Hispania editum, non obstantibus lugendis casibus qui Societati in illa natione obvenerunt, pari alacritate Romae feliciter edi potuerit.

Augustus Pontifex, dum Deum adprecatur ut gratiarum suarum copia locupletet quotquot in haec studia Ecclesiae scientiaeque tantopere utilia incumbunt, Tibi, Reverendissime Pater, atque Societati Iesu universae apostolicam Benedictionem peramanter ex corde mittit.

Egomet vero hac libenter utor opportunitate ut sincerae singularisque meae existimationis sensus confirmem meque profitear

Paternitati Tuae addictissimum in Domino:
E. Card. Pacelli.

28. **Annis 1931-1932.**

In quibusdam aliis « Actis Apostolicae Sedis » anno 1932 editis de Societate Iesu eiusve Sanctis aut Sodalibus aut Operibus honorifica fit mentio.

I.

(*16 decembris 1931*).

In decreto introductionis Causae beatificationis Servi Dei Ianuarii De Rosa, sacerdotis, Canonici Poenitentiarii Maioris Metropolitanae Ecclesiae Neapolitanae († 1905):

« ... Patrum *Societatis Iesu,* scholas postea celebravit, in quibus non solum humanioribus litteris, sed et philosophiae ac theologiae sedulam navavit operam. Miros interea in virtutibus excolendis progressus fecit .... » (1).

II.

(*3 aprilis 1932*).

In decreto de heroicis virtutibus Ven. Mariae Teresiae a Iesu, in saeculo Alexiae Le Clerc, Fundatricis Canonissarum Regularium S. Augustini Congregationis Nostrae Dominae († 1622):

« ... Sic multis praeparatus laboribus atque impetratus precibus Ordo Canonissarum Regularium a S. Augustino Congregationis Nostrae Dominae creatus est in Ecclesia, qui a S. Petro Fourier, cooperantibus nonnullis *e Societate Iesu* sodalibus, sapientissimis communitus constitutionibus, late etiamnunc in Ecclesia viget ad sancte iuventutem instituendam, Deoque laudes, persolutis horis canonicis, concinendas ... » (2).

---

(1) *Act. Ap. Sed.,* vol. XXIV, 1932, pag. 82.
(2) *Act. Ap. Sed.,* vol. XXIV, 1932, pag. 203.

III.

(18 maii 1932).

In Litteris Apostolicis, quibus « titulo privilegiisque minoris Basilicae insignitur templum Conlegiale B. M. V. in civitate Friburgensi Helvetiorum »:

« . . . Eodem vero in templo *a Sancto Petro Canisio* confessore atque Ecclesiae Doctore primae erectae sunt in Helvetia *Consociationes Mariales,* quae tantopere catholicae Fidei incrementum ac tuitionem iuvarunt. At simul cum Marialibus iisdem sodalitatibus nunc ipsa in sacra aede aliae quoque florent piae sodalitates atque artificum coetus, quae pietati religionique Christifidelium fovendis sese ostendunt aptissima: adeo ut ex ipso Friburgensi templo erga Deiparam Virginem cultus et devotio in universam Helvetiam mirabiliter ac fructuose propagata sint... » [1].

---

[1] *Act. Ap. Sed.,* vol. XXIV, 1932, pag. 364.

II. — PRO PROVINCIIS, DOMIBUS, SODALIBUS.

29. **12 ianuarii 1932.**

Indulgentiae quaedam ad septennium conceduntur piae Unioni Devotorum Sancti Ignatii in urbe Manresa erectae. — Rescript. S. Poenit. Apost.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA.

OFFICIUM DE INDULGENTIIS.

Beatissime Pater,

Director piae Unionis Devotorum sancti Ignatii de Loyola, canonice erectae in ecclesia Societatis Iesu eidem dicata in civitate *Manresa,* intra fines dioecesis Vicensis, in Hispania, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit pro christifidelibus, memoratae piae Unioni adscriptis, sequentes Indulgentias:

I. *Plenariam,* suetis conditionibus lucrandam, 1. die festo Titularis sodalitatis; 2. Dominica prima cuiuslibet mensis, si peculiaribus piis exercitiis ab Unione habitis interfuerint; 3. perdurantibus tum functionibus novendialium supplicationum ante festum Titularis, tum functionibus sacri octavarii ad honorem eiusdem S. Titularis, semel, respective, si relativis functionibus saltem quinquies, similiter, respective, adstiterint;

II. *Plenariam in mortis articulo,* acquirendam, si, confessi ac sacra Synaxi refecti vel saltem contriti, Ss.mum Iesu Nomen ore, quatenus potuerint, sin minus corde, devote invocaverint et mortem de manu Domini, tamquam peccati stipendium, patienter susceperint;

III. *Partialem,* saltem corde contrito lucrandam, 1. *Septem annorum totidemque quadragenarum,* si praefatis novendialium supplicationum et sacri octavarii functionibus interfuerint aut, si sint legitime impediti, privatim ea peregerint; 2. *Trecentorum dierum,* si invocationem « S. Ignati, ora pro nobis », recitaverint. Et Deus, etc.

Die 12 Ianuarii 1932.

Sacra Poenitentiaria Apostolica benigne annuit pro gratia iuxta preces ad septennium. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. ✠ S. S. Luzio, *S. P. Regens.*

S. De Angelis, *Substitutus.*

30. **13 ianuarii 1932.**

Festum S. Roberti Bellarmino ad ritum dupl. I^{ae} classis pro templo S. Ignatii de Urbe et pro Universitate Gregoriana elevatur. — Decr. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

R. P. Augustinus Tesio, Procurator Generalis Societatis Iesu, a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI humillime petiit ut pro Ecclesia S. Ignatii de Urbe festum S. Roberti Bellarmini Episcopi Confessoris et Ecclesiae Doctoris, cuius sacrum corpus ibidem magna cum veneratione asservatur, ad gradum duplicis primae classis sine octava elevare dignaretur, ad hoc ut, sub tali gradu, praefatus Sanctus colatur a Pontificia Universitate Gregoriana, quae praedictae Ecclesiae Kalendarium sequitur. Vehemens enim desiderium fovetur a Patribus Societatis Iesu Pontificiae Universitati Gregorianae addictis, atque dignum et aequum ipsis videtur, ampliori cultu celebrari festum et memoriam S. Roberti Bellarmini, qui in eodem Athenaeo scientiae et sanctitatis in pluribus muneribus clarissime micuit, cuiusque maximum decus est in aevum, et praedictae Universitatis peculiaris patronus sibi constitutus. Sanctitas porro Sua precibus Re.mi P. Oratoris ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatis clementer indulgens, attentis expositis peculiaribus adiunctis, benigne annuere dignata est, servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 13 Ianuarii anni 1932.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

31. **27 ianuarii 1932.**

Festum SS. MM. Ioannis de Brébeuf et Sociorum ad ritum dupl. II^{ae} classis evehitur pro tota ditione Canadensi. — Decr. S. C. Rit.

QUEBECEN.

Sollemni Canonizatione die 29 Iunii 1930 a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI feliciter peracta Sanctorum Martyrum Ioannis de Brébeuf et Isaaci Jogues et Sociorum Martyrum e Societate Iesu, qui primi sanguine suo fidem catholicam confirmarunt in regione Canadensi, R. P. Carolus Miccinelli supradictae Societatis postulator generalis, ex commissione sibi facta ab E.mo ac Rev.mo D. Cardinali Raymundo Rouleau, Archiep. Quebecen., et Episcopis omnibus eiusdem ditionis, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro humiliter postulavit approbationem Missae propriae et officii necnon Elogii in Martyrologio Romano inserendi eorumdem novensilium Sanctorum in eorum festo a clero universae Canadensis ditionis quotannis die 26 Septembris celebrando. Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI Eminentissimi ac Reverendissimi Archiepiscopi Quebecen. et aliorum Episcoporum Canadensis ditionis supra expositis precibus ab infrascripto E.mo Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto relatis clementer deferens, benigne indulsit ut in festo Sanctorum Martyrum Ioannis de Brébeuf, Isaaci Jogues et Sociorum Martyrum recolendo ab omnibus dioecesibus ditionis die 26 Septembris sub ritu duplici secundae classis, praedictum Officium proprium cum Missa et cum Elogio pro Martyrologio Romano a Sacra Rituum Congregatione iam revisum et approbatum, ab universo clero adhiberetur.

Servatis Rubricis: contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 27 Ianuarii 1932.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

32. **27 ianuarii 1932**

Festum SS. MM. Isaaci Jogues et Sociorum ad ritum dupl. II^{ae} classis pro omnibus Dioecesibus Statuum Foederatorum Americae Septemtrionalis. — Decr. S. C. Rit.

DIOECESIUM AMERICAE SEPTEMTRIONALIS.

Sollemni Canonizatione die 29 Iunii 1930 a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI feliciter peracta Sanctorum Martyrum Isaaci Jogues et Ioannis de Brébeuf et Sociorum Martyrum e Societate Iesu, qui primi sanguine suo fidem catholicam confirmarunt in Americanis ditionibus, R. P. Carolus Miccinelli supradictae Societatis postulator generalis, ex commissione sibi facta ab E.mo Cardinali Patritio Hayes Archiepiscopo Neoeboracensi, nomine etiam reliquorum Excellentissimorum Ordinariorum totius Reipublicae Statuum Foederatorum Americae Septemtrionalis, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro humillime postulavit approbationem Missae propriae et Officii nec non Elogii in Martyrologio Romano inserendi eorumdem novensilium Sanctorum in eorum festo a clero omnium dioecesium Statuum Foederatorum Americae Septemtrionalis quotannis die 26 Septembris celebrando. Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, his per Reverendissimum Patrem Postulatorem Generalem Societatis Iesu supra delatis precibus, tum E.mi ac Rev.mi D.ni Cardinalis Archiepiscopi Neoeboracen., tum reliquorum Excellentissimorum Ordinariorum omnium dioecesium Americae Septemtrionalis, et ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto relatis clementer deferens, benigne indulsit ut in festo Sanctorum Martyrum Isaaci Jogues et Ioannis de Brébeuf et Sociorum recolendo ab omnibus dioecesibus Foederatorum Statuum die 26 Septembris sub ritu duplici secundae classis, praedictum Officium proprium cum Missa et Elogium pro Martyrologio Romano a Sacra Rituum Congregatione iam revisum et approbatum ab universo clero adhiberetur, servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 27 Ianuarii 1932.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

33. **18 februarii 1932.**

Patri Nostro facultas conceditur communicandi Apostolicam Benedictionem cum omnibus benefactoribus Societatis in Hispania. — Epist. Substit. Secret. Stat.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI

PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Dal Vaticano, 18 Febbraio 1932.

REV.MO PADRE,

Mi sono recato a gradita premura di riferire subito al Santo Padre la devota supplica della P. V. Rev.ma relativa alla facoltà di poter trasmettere le Benedizione Apostolica a nome della Santità Sua alle pie e generose persone che nelle presenti difficili circostanze sono di aiuto e di benevola assistenza per la Compagnia.

Le manifestazioni di pia solidarietà e di generosità caritatevole onde son fatti segno i cari profughi, han commosso il cuore paterno dell'Augusto Pontefice, il Quale ama far Suo il motto evangelico: « Qui vos recipit me recipit, et qui me recipit recipit eum qui me misit... et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae... non perdet mercedem suam ».

Con tali sentimenti il Santo Padre mi dà il gradito incarico di significare alla P. V. Rev.ma che ben volentieri accorda la facoltà implorata; e, mentre supplica la Misericordia del Signore a voler accogliere l'eroismo dei suoi Figli, prediletti perchè perseguitati, in olocausto per l'avvento del suo Regno nel mondo e particolarmente perchè ritorni nella Spagna travagliata la pace religiosa, imparte alla P. V. ed a tutti i Figli di S. Ignazio una speciale Benedizione Apostolica.

Mi valgo volentieri dell'opportunità per confermarmi con sensi di distinto ossequio

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
A. OTTAVIANI, *Sostituto.*

34. **24 februarii 1932.**

Festum BB. MM. Hieronymi De Angelis et Simonis Jempo (d. 4 dec.) in Universitate Catholica Tokiensi in Iaponia (Prov. Germ. Inf.) ad ritum dupl. II class. evehitur (1). — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, precibus Rectoris Collegii Societatis Iesu Universitatis Catholicae Tokiensis in Iaponia (2), Rev.mi P. Procuratoris Generalis eiusdem Societatis commendationis officio communitis et ab infrascripto Cardinali Camillo Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, relatis, benigne indulgens, festum Beatorum Martyrum Hieronymi De Angelis et Simonis Jempo ad ritum duplicem II classis evehere dignatus est pro eodem Collegio; servatis de cetero servandis. Quibuscumque contrariis non obstantibus.

Die 24 Februarii 1932.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

35. **2 aprilis 1932.**

Festum SS. MM. Canado-Americanorum pro domibus in Dioecesibus Mantuana, Parmensi et Placentina (Prov. Ven.) in diem 28 sept. perpetuo transfertur. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Hodiernus Praepositus Provinciae Venetae Societatis Iesu (3) a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI humillime imploravit pro

(1) *In libello supplici haec afferebatur petitionis ratio*: BB. MM. Hieronymus De Angelis et Simon Jempo, in urbe Yedo olim pro fide concremati, ex compluribus Beatis Martyribus Iaponiae S. I. soli sunt qui in urbe Tokio martyrium fecerint, cum haec urbs Iaponiae princeps eadem sit atque antiqua urbs Yedo, mutato tantum nomine.

(2) Is est R. P. Maximilianus Ios. von Küenburg (Prov. Austr.).

(3) R. P. Iosephus Rosi.

omnibus domibus Societatis in dioecesibus Mantuana, Parmensi, et Placentina nunc exsistentibus vel in futurum erigendis, ut festum Sanctorum Martyrum Canado-Americanorum e Societate Iesu diei 26 Septembris assignatum in Kalendario eiusdem Societatis, ad diem 28 eiusdem mensis Septembris transferri queat, quum die 26 praedictis dioecesibus festum celebrandum sit sub ritu duplici primae classis Dedicationis Ecclesiae Cathedralis. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab ipso Sanctissimo Domino Nostro tributis, attentis superius expositis Re.mi P. Procuratoris Generalis Societatis Iesu commendationis officio communitis, benigne annuit pro gratia iuxta preces, servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 2 Aprilis 1932.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

36. **2 aprilis 1932.**

Missa votiva quotidiana in Sanctuario SS. MM. Americanorum apud « Auriesville » celebranda conceditur ad quinquennium servatis servandis. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Rector Santuarii Sanctorum Martyrum Americanorum Isaaci Jogues et Sociorum e Societate Iesu, in loco « Auriesville » in America Septemtrionali [1], a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI humillime petiit celebrationem Missarum de iisdem Sanctis omnibus anni diebus, ex eo quod praedictum Sanctuarium situm est in loco ubi praedicti Martyres mortem pro Christo passi sunt, et a frequentibus fidelium peregrinationibus celebratur, qui illuc cum sacerdotibus et Praesulibus accedunt. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributis, attentis expositis et Rev.mi Patris Procuratoris Generalis Societatis Iesu commendationis officio, ita benigne indulsit, ut ad proximum quinquennium in Sanctuario Sanctorum Martyrum loci « Auriesville » Americae Septemtrionalis singulis per annum

---

[1] P. Petrus F. Cusick (Prov. Maryl. - N. E.).

diebus Missae propriae de iisdem Martyribus celebrari valeant a sacerdotibus peregrinis et ducibus peregrinorum, exceptis festis duplicibus primae et secundae classis, Dominicis, feriis, vigiliis, et octavis privilegiatis. Servatis Rubricis: contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 2 Aprilis 1932.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

37. 13 maii 1932.

Missa votiva quotidiana de S. Roberto Bellarmino in Ecclesia S. Ignatii de Urbe, servatis servandis, ad quinquennium conceditur. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Humillimis precibus Rev.mi Rectoris Ecclesiae S. Ignatii de Urbe (1), Societatis Iesu, Rev.mi Procuratoris Generalis commendationis officio suffultis, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum, benigne indulsit, ut, ad proximum quinquennium, sacerdotes peregrini et duces peregrinorum in altari eiusdem Ecclesiae ubi corpus Sancti Roberti Bellarmino, Confessoris et Ecclesiae Doctoris, conditum est, celebrantes, quotidie legere valeant Missam propriam eiusdem Sancti; dummodo tamen non occurrat aliquod duplex I. vel II. classis festum de praecepto etiam suppresso et Dominica, nec non Feria, Octava et Vigilia quae sint ex privilegiatis; servatis de cetero Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 13 Maii 1932.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

---

(1) P. Nicolaus Risi (Prov. Rom.).

38. **3 augusti 1932.**

Translatio festi S. Petri Claver in quibusdam domibus Prov. Lusitanae. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Quum in domibus Societatis Iesu intra Dioeceseos Portugallensis fines exstantibus, festum Sancti Petri Claver impediatur a festo Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, Rev.mus P. Praepositus Provinciae Lusitanae Societatis Iesu (1), a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI facultatem humillime petiit, qua festum praedicti Sancti Petri Claver, in praefatis domibus Dioeceseos Portugallensis, a die 9 transferatur ad diem 13 Septembris, eodem ritu eodemque Officio et Missa. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab Ipso Sanctissimo Domino Nostro tributarum, attentis expositis peculiaribus adiunctis et Rev.mi P. Procuratoris Generalis commendationis officio, petitam facultatem benigne concedere dignata est; servatis de cetero Rubricis. Quibuscumque contrariis non obstantibus. Die 3 Augusti 1932.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*
A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

39. **3 augusti 1932.**

Festum S. Margaritae M. Alacoque in diem 23 octobris pro tota Prov. Lusitana transferendum edicitur. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Quum in Kalendario Provinciae Lusitanae Societatis Iesu, festum Sanctae Margaritae Mariae Alacoque prohibeatur a die octava Sancti Francisci Borgia, Patroni principalis Lusitaniae, Rev.mus Praepositus eiusdem Provinciae (1) Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XI enixe rogavit, ut Kalendario Provinciae Lusitanae Societatis Iesu, festum Sanctae Margaritae Mariae Alacoque inscribatur diei 23 Octobris, eodem ritu, eodemque Officio et Missa

(1) R. P. Candidus Mendes.

adprobatis pro die 17 eiusdem mensis. Sacra porro Rituum Congregatio vigore facultatum sibi specialiter ab Ipso Sanctissimo Domino Nostro tributarum, attentis expositis peculiaribus adiunctis et Rev.mi P. Procuratoris Generalis commendationis officio, benigne annuere dignata est pro gratia iuxta preces; servatis de cetero Rubricis. Quibuscumque contrariis non obstantibus. Die 3 Augusti 1932.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

40. **12 novembris 1932.**

Missa votiva de SS. Corde Iesu quotidie celebranda, exceptis paucis diebus, conceditur ad quinquennium in temploArediensi (Prov. Lugdun.), ubi asservatur corpus B. Claudii de la Colombière. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributis, attentis expositis peculiaribus adiunctis Rev.mi P. Procuratoris Generalis Societatis Iesu commendationis officio communitis, benigne indulsit ad proximum quinquennium, ut in ecclesia Societatis Iesu in civitate Paray-le-Monial, ubi corpus Beati Claudii de la Colombière asservatur, sacerdotes peregrini et duces peregrinorum ad ipsam ecclesiam confluentium celebrare valeant Missam de Sacro Corde Iesu singulis per annum diebus, exceptis festis dupl. I et II cl., festis Domini, dominicis aliisque festis de praecepto, necnon feriis, vigiliis atque octavis quae sint ex privilegiatis: servatis Rubricis: contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 12 Novembris 1932.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

41. **18 novembris 1932.**

Curante pia Sodalitate « Santa Lega pro Clero » (Apostolatui Orationis in Italia adnexa), indulgentiis ditantur quaedam orationes pro Papa. — Rescript. S. Poenit. Apost.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA.

Beatissime Pater,

Moderator [1] piae Sodalitatis, « Santa Lega pro Clero » nuncupata, cuius praecipua sedes in Urbe exstat, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit pro christifidelibus, memoratae Sodalitati adscriptis, sequentes indulgentias:

I. *Partialem septem annorum,* pro recitatione cuiuslibet ex annexis orationibus, saltem corde contrito peracta.

II. *Plenariam,* suetis conditionibus lucrandam, Quatuor Temporum diebus, et prima feria sexta singulorum mensium, si praefatam recitationem quotidie peregerint. Et Deus, etc.

Die 18 novembris 1932.

SS.mus D. N. D. Pius div. Prov. Pp. XI, in Audientia infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori concessa, benigne annuit pro gratia iuxta preces in perpetuum absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

LAURENTIUS Card. LAURI, *Poenitentiarius Maior.*

IOANNES TEODORI, *S. Poenit. Secretarius.*

PREGHIERE PER IL SOMMO PONTEFICE
FORMULATE SULLE SETTE PAROLE
PRONUNZIATE DA N. S. G. C. IN CROCE.

Lunedì.

« Padre, perdona »! perdona a tutti coloro che recano al cuore del Sommo Pontefice i grandi, i profondi dolori. Perdona a chi Lo insulta, Lo disobbedisce, Lo rinnega, Gli vuol male! — Usa ad essi la misericordia più grande che loro si possa implorare, facendo loro comprendere la grave

[1] P. Paschalis Aloisi-Masella (Prov. Rom.).

colpa che commettono, « perchè non sanno quello che si fanno ». Padre, alla soave indulgenza del Tuo divin Figliuolo crocifisso, Ti domando per quei poveretti si accoppii quella del Sommo Pontefice, il quale le molte, le troppe volte crocifisso in cuore, è così propenso a perdonare instancabilmente, generosamente, come Gesù! E se nello strazio indicibile del Suo cuore sarà costretto, per la Tua gloria e per il dovere, ad usare talvolta severità con quanti in Lui offendono Te, buon Dio, fa che si ravvedano prima che il « dolce Cristo in terra » debba suo malgrado condannarli!

Per la prima Parola pronunziata in Croce da Gesù agonizzante, Ti supplico, Eterno Padre, di concedere larghi risultati di bene all'apostolato di misericordia e di perdono del Sommo Pontefice! — Così sia.

Martedì.

« Oggi sarai meco in Paradiso », dice al buon ladrone il Tuo Gesù crocifisso, o gran Dio! — E il Sommo Pontefice con le sollecitudini apostoliche, con le indulgenze, i favori spirituali, le dispense, con l'assidua vigilanza, con i paterni avvisi, le opportune riprensioni, le energiche proteste, adempie il mandato affidatoGli dal Tuo Gesù di guidare gli uomini per la via del Cielo.

Fa dunque, Eterno Padre, che quanti adesso viviamo, siamo d'ora innanzi figliuoli devoti e obbedienti ai suggerimenti, agli avvisi, agli insegnamenti del Sommo Pontefice; fa che ci stringiamo a Lui fiduciosi e riverenti, lasciandoci guidare nel tempo e per essere insieme nella gloria in Paradiso per adorarti, benedirti e ringraziarti senza interruzione e senza fine.

Eterno Padre, per la seconda Parola di Gesù agonizzante, concedi al Suo Vicario in terra quel continuo soccorso di cui abbisogna per essere teco e teco ricongiungere tutti in Paradiso! — Così sia.

Mercoledì.

« Donna, ecco Tuo Figlio! » — Sì, Vergine santa, ecco il Tuo dolce figliuolo prediletto quaggiù, perchè è Colui che si ebbe da Cristo la facoltà di sciogliere e di legare, di pascere le pecorelle e gli agnelli, di portare dovunque la luce del vero, di riscaldare i cuori di tutti con l'ardore della carità del Tuo divino Figliuolo! Guardalo, pietosa Madre, prendilo accanto a Te così, come ti tenesti vicino San Giovanni sul monte Calvario. Anch'Egli sta le molte volte sul monte Calvario ed abbisogna di tanti aiuti, di validissimo sostegno, di grandi conforti!

Ricordati, o Madre, delle glorificazioni che Egli ti porge e ti ha procurato nei secoli con i Suoi insegnamenti, le Sue definizioni, le Sue esortazioni, nonchè con i Suoi edificanti esempi. Sorridigli adunque maternamente, porgi pietosa l'orecchio alle suppliche di quel gran Figlio, che innanzi a Te riverente s'inchina e chiede protezione particolare. O Madre, divina Madre di Cristo crocifisso, divina Madre, per volere di Cristo,

del dolce Cristo in terra, implora dall'Eterno per Lui quel validissimo aiuto di cui continuamente abbisogna.

Eterno Padre, per la terza Parola di Gesù agonizzante, guarda con occhio di speciale predilezione il Sommo Pontefice! — Così sia.

Giovedì.

« Ho sete! ». — Gesù, qualcuno ha raccolto il Tuo grido appassionato e lo ha fatto sua divisa e suo motto. Il primo Papa ha pianto, oh quanto! di pentimento e di amore, ancor prima che Tu fossi spirato e per il rimanente di sua vita; e da allora in poi tutti i Papi hanno pianto, piangono di amore per Te e di dolore nel vederti tanto sconosciuto e così tremendamente offeso e bestemmiato! — E le loro lacrime hanno dissetato, dissetano il Tuo Cuore che chiede riparazione ed amore. Ma Tu, o Signore, muoviti a compassione della loro sete, della sete del Pontefice che oggi regge la Chiesa, sete di anime da Te ereditata; e nelle continue brame del Suo cuore, nelle responsabilità, nelle preoccupazioni che pesano su di Lui per la Tua maggiore gloria, concedi al Suo pensiero, alle Sue azioni, al Suo apostolato, il Tuo valido aiuto. Ch'Egli possa in fine di Sua vita sentirsi pago della Sua sublime ardentissima sete di aver dissetato Te, Signore, per la conquista di molte, moltissime anime.

Eterno Padre, per la quarta Parola di Gesù agonizzante, sazia il Sommo Pontefice nella Sua sete di anime! — Così sia.

Venerdì.

« Dio mio, Dio mio... », non abbandonare mai mai il Sommo Pontefice, che, fissando lo sguardo sugli uomini tutti, da Gesù particolarmente affidatigli, leva a Te le mani congiunte e ardentemente Ti supplica di poter riuscire finalmente, col Tuo valido aiuto, a vederli prostrati in commossa adorazione ai Piedi Tuoi! Esaudisci, Padre, le Sue preghiere, appaga i Suoi santi desideri, consola il Suo cuore, rendi efficaci le Sue incessanti fatiche, fa che raccolga sempre rose di sante soddisfazioni, giacchè infine queste rose sono per Te, ed Egli le presenta sempre a Te, all'altare di Gesù Eucaristico, con le mani insanguinate dalle inevitabili spine. Nel momento dell'oscurità e delle tenebre, ascolta il Suo appello; non lo abbandonare, ma mostragli il Tuo volto divino, sorridente e consolatore.

Eterno Padre, per la quinta Parola di Gesù agonizzante, conforta e reggi continuamente il Sommo Pontefice! — Così sia.

Sabato.

« E' tutto compiuto » dice Gesù nudo sulla croce, trafitto nelle mani e nei piedi, tutto una piaga, coronato di spine, estenuato, consunto, abbandonato persino dal Padre; e il Suo Vicario quaggiù è anch'Egli estenuato, consunto dai dolori che gli procura il grande compito di ridurre

gli uomini ad « un solo ovile sotto un solo Pastore ». — E' estenuato, consunto dalle lotte sostenute coi lupi rapaci, che tentano di strappargli gli agnelli e le pecorelle che sono Sue perchè sono di Cristo. E nel paterno cuore agonizza, pensando alle diserzioni che si rinnovano, pensando alle eresie che strisciano nel mondo, pensando alle lontane regioni ancora avvolte fra le tenebre dell'infedeltà e del paganesimo. « Quale utilità? », a Lui sembra di udire dalle labbra del Maestro divino; e prova lo strazio vivissimo e tormentosissimo dell'impotenza di agire energicamente, sollecitamente, così come vorrebbe. Che smania ha di raccogliere nel Getsemani, sul Golgota, le gocce del prezioso Sangue da Gesù sudato nel momento della suprema tristezza, versato tra gli spasimi della sua straziante agonia, e affidarlo ai missionari, perchè lo portino lontano! Sospirata propagazione di Fede ai barbari, a quanti ancora non credono, a quanti sono ancora sconosciute le spirituali bellezze di Betlemme, del Getsemani, del Golgota!

Eterno Padre, per la sesta Parola di Gesù agonizzante, aiuta il Sommo Pontefice nel Suo sublime apostolato di bene e concedigli ottimi Sacerdoti, volenterosi, coraggiosi, che per Lui giungano ovunque vi è un cuore da convertire, una mente da illuminare, un'anima da salvare! — Così sia.

Domenica.

« Nelle Tue mani, Padre », il Sommo Pontefice rimette il buon esito della Sua instancabile missione di salute, e nelle Tue mani, Padre, io rimetto la venerata Persona del Sommo Pontefice. Lo raccomando particolarissimamente a Te: a Te che lo vedi insignito dei pieni poteri di sciogliere e di legare, e ammantato della dignità di Cristo; a Te, che conosci le pene del Suo grande cuore, che comprendi la Sua sete di anime, il Suo desiderio di lodare anzichè minacciare, di perdonare anzichè castigare, di benedire anzichè maledire, di avvicinare anzichè respingere. Ti sono note le Sue smanie cocenti di raccogliere sotto il vessillo del Nazareno gli uomini tutti, di avvolgerli tutti sotto il manto dell'Immacolata, fatti degni di Lei nell'obbedienza alla divina legge; di accertarti che neppure uno sia abbandonato da Te per l'ostinazione nel peccato; anzi tutti siano consumati d'amore per Te, per il divino Figliuolo, per lo Spirito Santo, e completamente sottomessi alla Tua incensurabile volontà!

Eterno Padre, per la settima Parola di Gesù agonizzante, per le Sue ultime gocce di Sangue misto ad acqua, uscito dal Costato del divino Martire, Ti prego, Ti supplico di guardare le secrete lacrime del « dolce Cristo in terra », lacrime piante sulle miserie del mondo, sulle continue discordie tra i fratelli, sui peccati di tutti gli uomini, sulle sventure che da essi derivano e gravano continuamente sopra di loro. Abbi pietà di Lui ed abbi pietà di noi! — Così sia.

42. **22 novembris 1932.**

Summus Pontifex normas statuit, quibus regi deinceps debent mutuae relationes inter Congregationes Marianas aliasque similes Sodalitates et Actionem Catholicam in Italia. — Epist. Praesidis Foeder. Univ. Cath. Ital.

AD P. AUGUSTINUM GARAGNANI

E PROV. VENETA

DIRECTOREM CONGREGATIONIS PRIMAE-PRIMARIAE

IN URBE.

Roma, 22 Novembre 1932.

Ill.mo e Venerato Padre,

La P. V. è a conoscenza delle discussioni svoltesi in questi ultimi tempi sull'argomento dei rapporti tra le nostre Associazioni Universitarie e le opere di formazione religiosa esistenti fuori dei quadri e dell'organizzazione ufficiali dell'A. C.

Ora sull'argomento il Comm. Augusto Ciriaci [1], dopo averne riferito direttamente al S. Padre, mi rimette il testo delle norme che per l'innanzi dovranno regolare tali rapporti di collaborazione e m'incarica di portarle a conoscenza degli interessati. Mi affretto pertanto a trasmettere il testo di tali norme alla P. V. e per Suo mezzo ai dirigenti delle Congregazioni Mariane dirette dai Rev.mi Padri della Compagnia di Gesù, che V. P. ebbe mandato di rappresentare nelle conversazioni svoltesi due anni or sono sul medesimo argomento.

Per la Diocesi di Roma, il Comm. Ciriaci mi comunica, e a mia volta comunico a V. P., che il S. Padre desidera che i Corsi dei SS. Esercizi Spirituali per gli Studenti Universitari siano promossi d'intesa tra la nostra Associazione e la Congregazione Mariana, e che la nostra Associazione collabori, quanto più efficacemente le è possibile, all'incremento della Scuola Superiore di Coltura Religiosa, istituita presso la Pontificia Università Gregoriana.

Nella certezza che tale direttiva possa trovare larga e facile applicazione e dare un impulso di nuovi estendimenti all'opera di educazione cristiana tra gli studenti universitari svolti dalla Chiesa, prego la P. V. di gradire la espressione della più rispettosa simpatia per l'apostolato di

---

[1] Praeses Generalis Actionis Catholicae in Italia.

carità intellettuale promosso dai Rev.mi Padri Gesuiti, e in particolare per quella dovuta alla Sua instancabile e feconda operosità.

Con devozione profonda, ossequio e mi segno di Vostra Paternità Reverendissima

devotissimo e obbligatissimo
IGINO RIGHETTI [1].

RAPPORTI DELL'AZIONE CATTOLICA UNIVERSITARIA CON LE OPERE DI FORMAZIONE RELIGIOSA IN ITALIA.

I. — Tutti gli studenti universitari provenienti da opere di formazione religiosa, che domandano di far parte dell'Azione Cattolica Universitaria, sono in questa iscritti al pari degli altri come soci *attivi*.

II. — Gli studenti così iscritti sono dispensati dal dovere di seguire nell'Associazione quelle iniziative di pietà, di carità o di istruzione religiosa che sono promosse dall'opera di cui fanno parte, purchè tale opera svolga un'assistenza equipollente a quella dell'Associazione Universitaria come ad es. le Congregazioni Mariane, e questi soci continuino a seguire presso di essa le iniziative in parola.

III. — Il problema di una più stretta collaborazione tra i sacerdoti che nelle varie opere si occupano dell'educazione della gioventù universitaria, la quale trova un indirizzo al suo ulteriore sviluppo dall'accordo suesposto, va in pratica studiato e risolto, Diocesi per Diocesi, in conformità alle diverse condizioni dei singoli ambienti e ai desideri degli Ecc.mi Vescovi.

---

[1] Praeses Foederationis Universitariae Catholicae Italicae, quae breviato nomine F.U.C.I. vocari solet.

43. **7 decembris 1932.**

Conceditur Provinciae Romanae indulgentia 300 dierum pro oratione iaculatoria « Mater Pietatis, ora pro nobis ». — Rescript. S. Poenit. Apost.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA.

BEATISSIME PATER,

Praepositus Provinciae Romanae Societatis Iesu [1], ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit ut omnes Religiosi memoratae Societatis et Provinciae, qui invocationem: « Mater pietatis, ora pro nobis » saltem corde contrito recitaverint, Indulgentiam partialem tercentorum dierum lucrari valeant.

Et Deus etc.

Die 7 Decembris 1932.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA benigne annuit pro gratia iuxta preces ad septennium. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. ✠ S. S. LUZIO, *S. Poenit. Regens.*

S. DE ANGELIS, *Substitutus.*

NOTA. — Hoc Rescriptum, ut declararunt periti Canonistae, intelligendum est ad mentem canonis 927; nam quae in illo canone statuuntur de indulgentiis ab Episcopo concessis, a fortiori valere dicenda sunt de concessionibus a Sancta Sede factis. Itaque indulgentiam hoc Rescripto concessam lucrari possunt etiam alii omnes de Societate dum in territorio Provinciae Romanae, quacumque de causa, degunt.

---

(1) R. P. Adulfus Mariotti.

Epistolae quaedam officiosae et gratulatoriae.

44. **3 ianuarii 1932.**

De titulo «Praesidis honorarii Pontificii Instituti Orientalis» Excell.mo ac RR. DD. Michaeli d'Herbigny S. I. (Prov. Camp.) collato. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD EXCELL.mum AC RR. DD. MICHAELEM D'HERBIGNY
EPISC. TIT. ILIEN.
PRAESIDEM PONTIF. COMMISS. PRO RUSSIA.

Dal Vaticano, 3 Gennaio 1932.

ECCELLENZA REV.MA,

Mi è dato assicurare a Vostra Eccellenza Rev.ma che il Santo Padre, rendendosi conto delle legittime ragioni da Lei adotte, ha accettato — sebbene col più vivo rincrescimento — le sue dimissioni da Presidente del Pontificio Istituto per gli studi orientali e si è degnato nominare a tale ufficio il Rev.mo Padre Emilio Herman [1].

Devo tuttavia aggiungere che non è intenzione della Santità Sua sottrarre alla attività dell'importante Istituto la vasta coltura e la preziosa esperienza della E. V.; ed è altresì per tale motivo — e non soltanto per testimoniarle il riconoscimento dei numerosi passati meriti — che ha voluto conferire a V. E. il titolo di Presidente onorario.

Nella piena fiducia che ai desideri del Santo Padre Ella vorrà soddisfare coll'abituale solerzia, nell'interesse dell'Istituto, Sua Santità forma per Lei paterni voti e Le imparte con affetto l'Apostolica Benedizione.

Con sensi di sincera e distinta stima mi confermo

dell'Eccellenza Vostra Rev.ma Servitore
E. Card. PACELLI.

---

[1] E Prov. Germ. Infer.

45. **14 ianuarii 1932.**

De precibus ad mentem Summi Pontificis fusis a Sodalibus Congregationis Marianae in Universitate Omahensi (*Prov. Missour.*). — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. FRANCISCUM G. DEGLMAN

CONGREGATIONIS MARIANAE UNIVERSITATIS CREIGHTONENSIS MODERATOREM.

REV.ME PATER,

Nihil Augusto Pontifici evenire poterat iucundius quam quod ab adolescentibus istius Studiorum Universitatis initum est consilium, Deo nempe enixas preces admovendi, ut angustiis levamentum denique afferatur, quas ipse Christi Vicarius in Encyclicis Litteris « *Nova impendet* » vehementer complorat.

Quod sane multas sive moderatorum sive iuvenum ipsorum ex ista Universitate continet laudes: nam eorum erga Beatissimum Patrem observantiam simul cum miserationis affectu erga egenos plane commonstrat.

Hac igitur spe laetissima permulsus Augustus Pontifex, fore ut caelestis Pater istorum puerorum supplices voces exaudiat, iisdem Universitatis moderatoribus alumnisque, benevolentiae Suae testem auxiliorumque divinorum conciliatricem, Apostolicam Benedictionem amanter impertit.

Ego vero haec tibi renuntians, ea qua par est observantia, me libenter profiteor

Tibi
addictissimum
E. Card. PACELLI.

46. **19 ianuarii 1932.**

De quinquagesimo anno periodici missionarii polonici « Misje Katolickie ». — Epist. Card. Praef. S. C. de Propag. Fide.

AD R. P. AUGUSTINUM TESIO

PROCURATOREM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Roma, 19 Gennaio 1932.

Reverendissimo Padre,

Mi è pervenuta l'annata 1931 del periodico missionario « *Misje Katolickie* » unitamente alla domanda rivoltami da V. P. Rev.ma di voler benedire la Redazione a coronamento del cinquantennio di vita del periodico stesso.

Ben conoscendo quale contributo abbia recato alla santa causa delle nostre care Missioni codesto periodico, anche in tempi meno propizi ad una vasta propaganda missionaria in Polonia, ben volentieri aderisco alla domanda, con cui la Paternità Vostra si è resa interprete della Direzione del benemerito periodico.

Prego pertanto l'Altissimo di benedire l'attività passata e futura del « Misje Katolickie », dal quale è lecito sperare uno slancio sempre più fervoroso nella propaganda missionaria, anche in favore delle Opere Pontificie Missionarie conformemente alle direttive della Santa Sede, e mi è più caro il porgere i più caldi ringraziamenti al R. P. Giuseppe Krzyszkowski S. I. (1), Direttore, come pure ai Reverendi Padri, redattori e collaboratori del periodico.

Colgo volentieri il presente incontro per raffermarmi con sensi di profondo ossequio

di Vostra Paternità Rev.ma
devotissimo servo
G. M. Card. Van Rossum
Prefetto della S. C. de Propag. Fide.

(1) E. Prov. Poloniae Minoris.

47. **26 ianuarii 1932.**

De centenario Universitatis Berytensis in Missione Syriae (Prov. Lugdun.). — Epist. Card Secret. Stat.

AD R. P. IOANNEM COSTA DE BEAUREGARD
BERYTENSIS UNIVERSITATIS S. IOSEPH RECTOREM.

Dal Vaticano, le 26 Janvier 1932.

Mon Rév. Père,

Il m'est bien agréable de vous faire savoir que le Saint Père a vivement agréé l'hommage des douze plaquettes reliées, et vous remercie vivement de l'occasion que vous Lui offrez, de constater l'activité féconde de votre Institut pendant ce premier siècle de son existence.

En vous remerciant de ces beaux volumes, dont le décor extérieur a été si bien soigné par vos bons frères coadjuteurs, le Saint-Père vous renouvelle Ses augustes félicitations et vous envoie de coeur à tous, comme gage de Sa bienveillance, la Bénédiction Apostolique.

Je saisis volontiers cette occasion pour vous réitérer, mon Rév. Père, l'assurance de mes sentiments tout dévoués en Notre Seigneur.

E. Card. Pacelli.

48. **15 februarii 1932.**

De periodico « Le Missioni della Compagnia di Gesù » (an. 1931) *Venetiis edito.* — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. AUGUSTINUM TESIO
PROCURATOREM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Dal Vaticano, 15 Febbraio 1932.

Rev.mo Padre,

Il Periodico « Le Missioni della Compagnia di Gesù » (1931), di cui i Padri della Redazione hanno fatto omaggio al Santo Padre, rende ottima testimonianza alla perseverante solerzia con la quale essi

attendono all'importante iniziativa e ai frutti di apostolato che al loro zelo è dato raccogliere.

Nel compiacersi vivamente dell'una e dell'altra cosa, l'Augusto Pontefice è assai lieto d'invocare la divina assistenza sui redattori stessi e sul loro lavoro e ben di cuore invia ad essi e ai lettori tutti del bel Periodico la confortatrice paterna Benedizione.

Con sensi di sincera e distinta stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

49. **24 februarii 1932.**

De libro « P. Giovanni Roothaan, XXI Generale d. C. d. G. » Summo Pontifici oblato. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Dal Vaticano, 14 Febbraio 1932.

REV.MO PADRE,

Particolarmente compiacendosi della interessante pubblicazione, destinata a illustrare la nobile mistica figura del P. Giovanni Roothaan [1], l'Augusto Pontefice esprime alla P. V. Rev.ma il Suo animo grato per il devoto omaggio del libro, ed è lieto della nuova luce che esso riflette sull'insigne figlio di S. Ignazio e sulla sua molteplice benefica attività.

Grato del dono e del devoto pensiero che lo ha ispirato, Sua Santità approfitta volentieri della favorevole occasione per rinnovare alla P. V. Rev.ma il Suoi più fervidi auguri, e imparte di cuore alla stessa P. V. come altresì alla intera Compagnia e a tutte le sue opere l'Apostolica Benedizione.

Con sensi di sincera e distinta stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

---

[1] Agitur de libro « *P. Giovanni Roothaan, XXI Generale d. C. d. G.* », a P. Petro Pirri (Prov. Rom.) conscripto.

50. **28 februarii 1932.**

De Domibus Exercitiorum Częstochowae in Polonia erigendis. — Epist. Card. Secr. Stat.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Dal Vaticano, 28 Febbraio 1932.

Rev.mo Padre,

Sono onorato di dover partecipare alla P. V. Rev.ma che il Santo Padre ha preso visione con piacere dei progetti delle nuove Case per Esercizi Spirituali, che devono sorgere a Częstochowa in Polonia.

Duplice motivo di soddisfazione è per Sua Santità il vedere quale volenteroso concorso vogliano prestare al buon esito dei progetti le Congregazioni Mariane Polacche e quale pia intenzione abbiano di giovare con questa iniziativa alla formazione di anime fedeli alla Chiesa, militanti nell'Azione Cattolica.

L'Augusto Pontefice ringrazia pertanto del devoto pensiero di voler associare il Suo nome ad opera di così importante e provvida beneficenza spirituale, ed affinchè copiose divine grazie favoriscano il compimento della santa impresa e ne preparino frutti copiosi per il bene delle anime e la gloria di Dio, invia ai promotori del progetto la Sua Apostolica Benedizione.

Con sensi di distinta e sincera stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

51. **15 martii 1932.**

De operibus et periodicis a Pontif. Instituto Biblico editis. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. AUGUSTINUM BEA

PONTIF. INSTITUTI BIBLICI RECTOREM AC PRAESIDEM.

Dal Vaticano, 15 Marzo 1932.

REV.MO PADRE,

Ho il piacere di far consapevole la P. V. Rev.ma che il Santo Padre ha esaminato con viva compiacenza — per quanto rapidamente — le ultime pubblicazioni dell'Istituto, da Lei umiliate nelle sue mani, in filiale omaggio.

Tanto più gradita poi quanto più lungamente attesa, è stata per Sua Santità la puntata del « *Novum Testamentum graece et latine* » con opportuno apparato critico del P. Agostino Merk (1).

Con l'augurio che la completa pubblicazione di questo lavoro venga sollecitamente ad appagare il comune e così legittimo desiderio, l'Augusto Pontefice invia ringraziamenti e rinnova auguri al diletto Istituto, mentre con paterno affetto imparte a Lei e ai singoli suoi confratelli la confortatrice Apostolica Benedizione.

Con sensi di sincera e distinta stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

---

(1) V. supra, pag. 43.

52. **23 martii 1932.**

De obsequiis a Pontif. Universitate Gregoriana et Institutis ei consociatis Summo Pontifici exhibitis. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. FERDINANDUM WILLAERT
PONTIF. UNIVERSITATIS GREGORIANAE RECTOREM.

Dal Vaticano, 23 Marzo 1932.

Rev.mo Padre,

L'Augusto Pontefice mentre ringrazia la P. V. Rev.ma, e tutti i membri di cotesta Pontificia Università per le augurali espressioni recentemente inviateGli, è lieto di vedere con quale riconoscenza siano accolte le Sue paterne disposizioni in favore della stessa Università Gregoriana e degli Istituti ad essa consociati. Sua Santità rileva pure con immenso piacere che le ripetute prove della Sua benevolenza verso cotesto Ateneo, sono per esso altrettanti vincoli di attaccamento alla Santa Sede, e potenti stimoli ad una sempre più feconda ed illuminata attività nel campo degli studi ecclesiastici e religiosi.

Il Sommo Pontefice quindi profitta volentieri di questa nuova circostanza per ridire il Suo particolare affetto verso cotesta Università e gli Istituti dipendenti, e verso coloro che lavorano allo sviluppo scientifico dei medesimi; ed in auspicio dei divini favori imparte a tutti l'Apostolica Benedizione.

Io poi profitto volentieri dell'incontro per confermarmi con sensi di sincera e distinta stima

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

53. **23 martii 1932.**

De Petriana Stipe in Domo Exercitiorum Romana inter Sacerdotes collecta. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. OCTAVIUM MARCHETTI

ROMANAE DOMUS EXERCITIORUM SUPERIOREM.

Dal Vaticano, 23 Marzo 1932.

REV.MO PADRE,

Come ogni dolorosa necessità che affligge i fedeli, a qualunque parte del mondo essi appartengano, ha un'eco penosa nel cuore dell'Augusto Pontefice, così la caritatevole generosità di quei Suoi figli che, col loro devoto obolo, contribuiscono al soccorso degli indigenti, Gli reca un graditissimo conforto.

Può quindi la P. V. Rev.ma facilmente comprendere con quanta sentita compiacenza l'Augusto Pontefice abbia accolto l'obolo (Lire 1400) che Ella Gli ha recentemente inviato a nome dei Sacerdoti raccolti in santi spirituali Esercizi in cotesta Casa del S. Cuore.

Ed io ho appunto l'incarico di significare alla P. V. e, per di Lei mezzo, a tutti i buoni sacerdoti oblatori la paterna gratitudine di Sua Santità, che imparte, con effusione di cuore, l'Apostolica Benedizione pegno delle divine rimunerazioni.

Valendomi ben volentieri dell'incontro, mi confermo con sensi di sincera e distinta stima

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

54. **5 aprilis 1932.**

De magno opere « Martyrologium Hieronymianum » a Bollandistis edito. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. HIPPOLYTUM DELEHAYE

E PROV. BELGICA.

Dal Vaticano, 5 Aprile 1932.

REVERENDISSIMO PADRE,

Il volume del « *Martyrologium Hieronymianum* » che la P. V.

Rev.ma, in unione col Rev.mo P. Quentin O. S. B. [1], ha nuovamente edito ed arricchito di un pregievolissimo commentario, è stato per il Santo Padre un dono quanto altro mai gradito.

Questo volume infatti che, sotto la sua magnifica veste tipografica, racchiude veri tesori scientifici, è un insigne contributo agli studi storici e critici, nel campo dell'antica letteratura agiografica cristiana; e rivela negli egregi editori una particolare competenza in questa materia.

Compiacendosi pertanto di tale utile lavoro, l'Augusto Pontefice imparte di cuore alla P. V. ed al P. Quentin l'Apostolica Benedizione, auspicio di una perenne amorosa assistenza divina.

Io poi profitto volentieri dell'incontro per confermarmi con sensi di sincera e distinta stima

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

55. **7 aprilis 1932.**

De Petriana Stipe ab alumnis Pontif. Seminarii Kularitani in Sardinia (Prov. Taurin.) collocata. - Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. ALFONSUM M. MARTIN

PONTIF. SEMINARII KULARITANI RECTOREM.

Dal Vaticano, 7 aprile 1932.

REV.MO SIGNORE,

Il devoto omaggio fatto al Santo Padre da codesti buoni Seminaristi con l'offerta (L. 1000) recentemente inviataGli a mezzo dell'E.mo Card. Bisleti, Prefetto della S. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi, è stato da Lui accolto con particolare compiacimento.

Questo dono infatti, rimesso nelle auguste mani del Vicario di Cristo, mentre Gli dimostra i sentimenti di filiale devozione di codesti allievi del Santuario verso la Sede Apostolica, Gli è pure di

---

(1) Rev.mus P. Dom. Henricus Quentin, O. S. B., Relator generalis Sectionis historicae Sacrae Congregationis Rituum.

sentito conforto, perchè L'aiuta nell'esercizio del Suo caritatevole ministero.

Alla S. V. quindi ed ai cari alunni giunga l'espressione della paterna riconoscenza di Sua Santità, che ben di cuore, in auspicio dell'abbondanza dei divini favori, imparte a Lei e all'intero Seminario l'Apostolica Benedizione.

Nel compiere il venerato incarico, mi valgo volentieri dell'incontro per confermarmi con sensi di sincera e distinta stima

della S. V. Rev.ma
aff.mo nel Sgnore
E. Card. PACELLI.

56. **11 aprilis 1932.**

De Schola Sociologiae Neo-Eboraci in Universitate Fordhamensi (Prov. Maryl. - N. E.) erecta. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. ALOISIUM I. HOGAN

FORDHAMENSIS UNIVERSITATIS RECTOREM.

Dal Vaticano, April 11, 1932.

DEAR FATHER HOGAN,

His Holiness is pleased to commend the work of the School of Sociology and Social Service attached to Fordham University. His Holiness notes that this School was instituted at the request of and has continued to exist under the patronage of His Eminence Cardinal Hayes.

The Holy Father is aware from what His Eminence has said about the School and from other sources that the School of Sociology and Social Service is making excellent progress. Surely the School has a most noble purpose, and it rightly deserves to prosper. It aims to provide professional education including field work training for those who are planning to work with private social agencies or to enter public welfare services, and to prepare these workers in such a way that they will be actuated in carrying on their labors by proper Christian principles.

The schedule of the courses of studies followed and the fact that the Encyclical letters *Rerum Novarum, Divini illius Magistri, Casti connubii, Quadragesimo anno, Nova impendet,* are the norms

guiding the teaching, constitute a consoling guarantee that social problems and social activities connected with these problems will be treated in the proper manner.

His Holiness is pleased to know that schools of Sociology and Social Service like this one attached to Fordham University and like the one composing a department of the Catholic University in Washington give not only the consolation of present efficiency and present service, but also give promise of future development. As His Eminence Cardinal Hayes states very well, « the poor of God's Church have need of graduates from these institutions ».

His Holiness willingly bestows the Apostolic Blessing on the School of Sociology and Social Service, a department of Fordham University.

Very sincerely yours in Christ
E. Card. PACELLI.

57. **14 aprilis 1932.**

De Apostolatu Orationis in Polonia deque Nuntio SS. Cordis Iesu Cracoviae (Prov. Polon. Min.) edito. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. IOSEPHUM ANDRASZ

NUNTII POLONICI SS. CORDIS IESU MODERATOREM.

Dal Vaticano, 14 aprilis 1932.

REVERENDISSIME PATER,

Quae Reverendissimus Praepositus Generalis Societatis Iesu de benemerito periodico « Poslianec Serca Jezusowego » (Nuntius SS. Cordis Iesu), a te sedulo redacto, deque magno incremento, quod istic per idem potissimum periodicum suscipit in dies Apostolatus Orationis, nuper rettulit, ea paterno Augusti Pontificis animo gratissima exstiterunt. Nam quanti faciat Beatissimus Pater ingentem hunc et pacificum precantium exercitum luculentissime pluries testatus est: intime enim persuasum habet Apostolatum Orationis inter omnia christiani apostolatus genera esse facillimum simul et validissimum, quippe cui prae ceteris Omnipotens Deus tam magnificas, tam late patentes, tam infinitas promissiones sollemniter adnexuerit.

Vehementer igitur gratulatur Augustus Pontifex quod tam salutare opus in carissima Sibi Polonia, cuius eximiam erga SS. Cor

Iesu pietatem oculis Ipse Suis olim vidit, altas radices figit et caelestem ignem non modo custodit diligenter vividumque servat, sed fovet semper et excitat magis ac circumquaque diffundit.

Et cum huiusmodi bonum magna ex parte huic profecto debeatur, cui moderaris, libello periodico, quippe qui per annorum seriem iam bene longam singulis mensibus popularem pietatem tam scite apteque nutriat promoveatque, ut ad quadringenties centena milia numerentur eius exemplaria huc usque vulgata et quaquaversus diffusa, atque etiam nunc libentissime ac spirituali quadam cum aviditate per totam Poloniam legatur, Tibi, Reverendissime Pater, tuisque adiutoribus Sanctitas Sua gratulatur quam maxime. Illud autem praeterire non vult Beatissimus Pater quin peculiari prosequatur laude, quod assidue incumbitis in familias Sacratissimo Cordi Iesu dicandas, et quamquam de ingenti earum numero quae id iam praestiterunt laetatur ex animo et vobiscum amplissimas Deo gratias agit quod inter catholicas nationes Polonia hac in re iam primas fere obtinet partes, exoptat tamen ut magis magisque multiplicentur familiae Cordi Iesu devotae, quo citius illud adveniat Regnum Christi in quo firmando et promovendo tota est ratio et scopus tam foederis Apostolatus Orationis quam vestri assidui impigrique laboris. Atque ita etiam fiet, ut votivum templum SS. Cordi Iesu Cracoviae non ita pridem dicatum, centrum sit et quasi cor omnium familiarum Poloniae, indeque copiosiores fluant gratiarum thesauri ad veram carissimae Patriae vestrae prosperitatem tutandam provehendamque.

Paterni huius ominis auspicium sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Reverendissime Pater, tuisque sociis et adiutoribus atque optimi vestri libelli fautoribus ac lectoribus cunctis Sanctitas Sua peramanter in Domino impertit.

Dum hos Beatissimi Patris sensus tecum communico, meas quoque gratulationes libenter addo meque gaudeo profiteri

Tibi
addictissimum
E. Card. PACELLI.

58. **4 maii 1932.**

De libro « Das Christliche Altargerat ». - Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. IOSEPHUM BRAUN

E PROV. GERMAN. SUP.

Dal Vaticano, 4 Maii 1932.

Reverendissime Pater,

Libenti sane animo Augustus Pontifex librum accepit, a te confectum cuique titulum indidisti « *Das Christliche Altargerat* ». Miram eruditionem ita cum pietatis laude sociasti ut plane doctum excultumque opus istud evadat atque omni praeconio dignissimum.

Sanctitas Sua tibi de huiusmodi obsequio quam plurimas solvit gratias ac simul ex corde ominatur ut, volumine isto late diffuso, de SS.mae Eucharistiae adauctis religione artisque christianae studio laetam promeritorum colligas segetem. Horum votorum munimentum ac peculiaris benevolentiae testis sit Benedictio Apostolica, quam Beatissimus Pater effusa caritate tibi impertit.

Quam tibi dum refero, qua par est observantia me profiteri gaudeo

Tibi
addictissimum
E. Card. Pacelli.

59. **14 iunii 1932.**

De pietate studiose promota erga D. N. I. Chr. Adolescentem. - Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. GULIELMUM H. WALSH

E PROV. MARYLAND. - N. E.

Dal Vaticano, 11 Giugno 1932.

Rev.mo Padre,

Con molto gradimento ha ricevuto il Santo Padre l'opuscolo di V. P. Rev.ma « *Un paterno invito del Supremo Pastore alla Gioventù del gregge* », con le traduzioni in varie lingue, destinato a diffondere tra i giovani l'amore e la devozione fedele a Gesù Cristo Signor No-

stro Fanciullo e Adolescente, « modello universale ed accessibile a tutte le condizioni dell'umana progenie, con il suo esempio, particolarmente alla gioventù, nel periodo della sua vita nascosta, laboriosa, ubbidiente, adorna di tutte le virtù, individuali, domestiche e sociali, innanzi a Dio e innanzi agli uomini », secondo le parole dello stesso Santo Padre nella Sua Enciclica sull'Educazione.

E' noto al Santo Padre quanto la P. V. si è adoperata e si adopera a propagare tra la gioventù questa cara e fruttuosa devozione al suo Divino Modello, tanto più opportuna ai nostri tempi, nei quali la educazione dei giovani è esposta a più gravi pericoli, e si tenta perfino in qualche paese di avvelenare diabolicamente le loro anime con l'odio a Dio stesso ed a Gesù Cristo Signor Nostro.

Pertanto il Santo Padre, che tanto ama la gioventù, esprime a V. P. tutto il Suo augusto compiacimento, ed imparte di gran cuore a Lei, Rev.mo Padre, alla sua cara opera tra i giovani, ed a tutti i suoi cooperatori l'Apostolica Benedizione.

Con sensi di sincera e distinta stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

60. **30 iunii 1932.**

De libris P. Petri Lhande deque eius apostolatu in suburbiis Parisiensibus. - Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. PETRUM LHANDE

E PROV. TOLOSANA.

Dal Vaticano, le 30 Juin 1932.

Mon Rév. Père,

Le filial hommage que vous avez fait de vos livres au Pasteur Suprême de l'Eglise, qui ne cesse d'accompagner de toutes Ses bénédictions votre apostolat de la *Banlieue,* Lui fournit l'occasione très heureuse de vous féliciter de vos labeurs et de vous assurer de tous Ses augustes encouragements.

Puissiez-vous, mon Révérend Père, moissonner abondamment de cet apostolat les fruits de salut dont vous avez déjà pu recueillir de si consolantes prémices.

Dans ce but le Saint Père vous envoie de tout coeur une toute

spéciale Bénédiction Apostolique et forme pour vos différentes initiatives ainsi que pour vous-même les meilleurs voeux de prospérité.

Je saisis volontiers cette occasion pour vous assurer, mon Rév. Père, de mes religieux sentiments.

E. Card. PACELLI.

61. **30 iunii 1932.**

De conventibus antiquorum alumnorum Collegii Trichinopolitani Sancti Ioseph in Viceprov. Madurensi (*Prov. Tolos.*). - Epist. Substit. Secret. Stat.

AD R. P. ALFREDUM BONHOURE

TRICHINOPOLITANI COLLEGII S. IOSEPH RECTOREM.

Dal Vaticano, le 30 Juin 1932.

TRÈS-RÉV. PÈRE RECTEUR,

Le Saint-Père a agréé avec une spéciale bienveillance l'hommage des sentiments de piété toute filiale que les Anciens Elèves catholiques du Collège Saint Joseph de Trichinopoly Lui ont fait parvenir, par votre intermédiaire, à l'occasion de leur 44.me assemblée générale.

Sa Sainteté les remercie avec une vive reconnaissance de ce témoignage de vénération dévouée sans réserve envers Son Auguste Personne et les félicite avec effusion de coeur de la décision qu'ils ont prise de fonder un journal hebdomadaire en langue tamoule pour combattre les calomnies lancées contre l'Eglise et propager les enseignements contenus dans les Encycliques.

Les félicitations et les remerciements du Saint-Père vont d'une manière spéciale à Mr. l'Avocat Hirudayaswamy, Maître-ès-Arts de l'Université de Madras, qui a le mérite de cette initiative et qui a si bien démontré la nécessité de prévenir le retour d'un paganisme pire que celui qui a précédé l'ère chrétienne.

Heureux de savoir que le comité directeur de ce nouveau journal est déjà formé et que tout se fera avec l'approbation de l'évêque diocésain, le Souverain Pontife implore sur ces nouveaux ouvriers de la bonne cause l'abondance des faveurs divines et leur envoie la plus ample Bénédiction Apostolique.

Veuillez agréer, mon très-Rév. Père Recteur, l'assurance de mon religieux dévouement.

A. OTTAVIANI.

62. **7 iulii 1932.**

De obsequio a quibusdam pueris Aegyptiis Summo Pontifici exhibito. - Epist. Substit. Secret. Stat.

AD R. P. AUGUSTINUM TESIO

PROCURATOREM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Dal Vaticano, 7 Luglio 1932.

REV.MO PADRE,

Dell'indirizzo di omaggio che la P. V. Rev.ma mandava, in data 20 Giugno u. s., da parte dei fanciulli di Koulali nel Cairo è stato assai grato al Santo Padre, Che a mio mezzo esprime a V. P. ed ai Missionari che assistono quei fanciulli la Sua sincera riconoscenza.

Volentieri poi Sua Santità ricambia questo filiale tributo di devozione con la Sua Benedizione Apostolica, propiziatrice di quella celeste.

Ella avrà potuto rilevare dall'« Osservatore Romano » (2 luglio) che del suddetto omaggio è stata data pubblica notizia.

Con sensi di sincera e distinta stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
A. OTTAVIANI.

63. **8 iulii 1932.**

De libro P. Leonis Derville « Ils ne sont que quarante » circa Missionem Fianarantsoanam (Prov. Camp.), - Epist. Secret. S. C. de Propag. Fide.

AD P. BERNARDUM JANNET [1]

E PROV. CAMPANIAE.

Rome, le 8 Juillet 1932.

TRÈS RÉV. PÈRE,

J'ai reçu la brochure du Père Léon Derville, S. J. « *Ils ne sont que quarante* », que Vous m'avez aimablement offerte comme gage

[1] Est Director libelli periodici Missionum Provinciae Campaniae, cui titulus « *Chine, Ceylon, Madagascar* ».

de gratitude de l'auteur même envers les Oeuvres missionnaires pontificales.

Si de graves et toujours pressantes occupations ne m'ont pas permis jusqu'ici de parcourir entièrement les pages très attachantes de cette belle monographie, néanmoins je peux Vous assurer qu'aucun témoignage de dévotion n'aurait pu être mieux agréé et apprécié par le Président des Oeuvres pontificales de la Propagation de la foi et de Saint-Pierre Apôtre.

En cette qualité je m'empresse donc de Vous remercier, T. R. Père, en Vous priant de faire parvenir à votre digne confrère, le rév. Père Derville, mes félicitations très sincères ainsi que mon admiration envers les vaillants « Quarante » de la Mission Madagascar-Betsiléo, à laquelle je suis heureux d'assurer, autant que possible, l'assistance maternelle des Oeuvres Pontificales.

Avec mon religieux respect

très dévoué en J.-C.
† CHARLES SALOTTI
Archêv. tit. de Philippop.

64. **10 iulii 1932.**

De primis decem voluminibus collectionis « Spicilegium Lovaniense ». - Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. IOSEPHUM DE GHELLINCK

E PROV. BELGICA.

Dal Vaticano, le 10 Juillet 1932.

MON RÉV. PÈRE,

Je dois encore à la Direction du « *Spicilegium* » l'expression des sentiments reconnaissants de Sa Sainteté pour les dix premiers volumes, dont on Lui a fait un si filial hommage.

En m'acquittant de cet agréable devoir, je suis heureux d'ajouter que la Saint Père félicite les trois Corps enseignants de l'oeuvre qu'ils ont entreprise en commun et bénit de tout coeur leurs généreux efforts non moins que leurs personnes.

Veuillez agréer, mon Révérend Père, l'assurance de mes religieux sentiments.

E. Card. PACELLI.

65. **20 iulii 1932.**

De nova editione libri « Explanatio in Psalmos » S. Roberti Bellarmino. - Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. AUGUSTINUM TESIO

PROCURATOREM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Dal Vaticano, 20 Iulii 1932.

REVERENDISSIME PATER,

Bina, quae misisti, volumina quibus « *Explanatio in Psalmos* » a S. Roberto Bellarmino concinnata continetur, Augustus Pontifex grato admodum animo accepit. Eos qui tam praeclarum tamque utile opus iterum typis imprimendum curaverunt ([1]) Sanctitas Sua debita cumulat laude, atque hoc vehementer cupit ut edita volumina multorum sacerdotum in manus deveniant, quibus cotidie Domino est sapienter psallendum.

Divinorum munerum auspicem paternaeque benevolentiae Suae testem Beatissimus Pater tum tibi tum iis qui operi vulgando allaboraverunt, Apostolicam Benedictionem amanter largitur.

Ego vero haec tibi referens ea qua par est observantia, me libenter profiteor

Tibi
addictissimum
E. Card. PACELLI.

([1]) Nova haec editio, a P. Romualdo Galdos (Prov. Castell.) parata et notis illustrata, curis Pontificiae Universitatis Gregorianae prodiit.

66. **21 iulii 1932.**

De novis quibusdam publicationibus Pontif. Instituti Biblici. - Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. AUGUSTINUM BEA

PONTIF. INSTITUTI BIBLICI RECTOREM AC PRAESIDEM.

Dal Vaticano, 21 Luglio 1932.

Rev.mo Padre,

Sono lieto di partecipare alla P. V. Rev.ma che il Santo Padre si è degnato di benevolmente accogliere il cortese omaggio della prima parte dell'edizione critica del P. Merk contenente i quattro Vangeli e gli Atti [1], nonchè del recentissimo fascicolo di *Biblica* e del 2° fascicolo di *Orientalia.*

L'Augusto Pontefice ha preso vivo interesse a tali pubblicazioni e si è paternamente compiaciuto, specialmente dell'Opera dell'ottimo P. Merk, che, oltre all'intrinseco valore scientifico, reca alla Chiesa il grande beneficio dell'indipendenza, in tale materia, dagli studi pubblicati nel campo acattolico. Sua Santità mi ha perciò incaricato di esprimere alla P. V. e agli autori delle pubblicazioni su menzionate i sensi della Sua paterna soddisfazione e del Suo sovrano incoraggiamento a perseverare sulla buona via verso nuove mète gloriose.

Nell'adempiere il ben gradito incarico, profitto volentieri dell'incontro per riaffermarmi con sensi di distinto ossequio

di V. P. Rev.ma
Dev.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

---

[1] Cfr. supra, pp. 43 et 96.

67. **19 augusti 1932.**

De opere « Katolikus Lexikon » nuper in Hungaria edito. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. ADALBERTUM BANGHA

E PROV. HUNGARIAE

BUDAPESTINENSIS RESIDENTIAE SUPERIOREM.

Dal Vaticano, die 19 Augusti 1932.

Reverendissime Pater,

Augustus Pontifex debito cum munere laudis prospera et fausta adprecatus praeclaro illi ac operoso abs te aliisque multis doctis viris adsumpto labori, ad exarandum atque edendum pro Hungarica gente « *Katolikus Lexikon* », cuius primus fuerunt fructus ac veluti exquisitum libamentum quattuor volumina perstudiose Sanctitati Suae nuper oblata.

Exinde enim Beatissimus Pater exploratam habuit atque perspectam voluntatem, praeconio quidem dignissimam, qua calentes et moti artes disciplinasque universas simul nectitis et sociatis, ita sane ut Dei concinant gloriam et ad Illud agant totius veritatis principium, per quod omnia consistunt. Nihil insuper ambigendum est, quin id haud parvo cedat emolumento Ecclesiae, cuius profectui ignoratio semper offecit rectaeque lumen scientiae confirmavit sanctissima scita.

Idcirco Summus Pontifex tibi sociisque operis Apostolicam Benedictionem impertit, quae praesidia coelestis virtutis et luminis vobis conciliet, ut scilicet, Deo auctore et adiutore, bona optata vestra felici ac frugifero exitu perficiatis.

Hanc libenter occasionem nanciscor, ut qua par est observantia me profitear

Tibi
addictissimum
E. Card. Pacelli.

68. **12 septembris 1932.**

De Cruciata Eucharistica pro caecis. - Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. YVONEM MOLLAT

E PROV. FRANCIAE

CRUCIATAE EUCHARISTICAE PRO CAECIS MODERATOREM.

Dal Vaticano, le 12 Sept. 1932.

MON RÉV. PÈRE,

Le Souverain Pontife, qui embrasse d'un paternel amour toute sa grande famille, s'incline avec une particulière affection vers ceux de ses fils qui souffrent dans leur âme ou dans leur corps; mais quand il voit à Ses genoux ses enfants aveugles, c'est avec une émotion paternelle qu'Il les bénit et les presse sur Son coeur, se rappelant que Celui dont Il est le Vicaire, ému lui aussi devant tant de souffrances, se penchait sur eux jadis pour les consoler et les guérir.

Aussi est-ce avec une spéciale bienveillance que Sa Sainteté a daigné agréer la splendide offrande de plus de 10.000 messes ou communions, 47.000 sacrifices, 143.000 prières et bonnes oeuvres à Ses Augustes intentions, et Il a particulièrement remarqué le précieux et riche trésor de la Section des enfants, dont la générosité a presque atteint leurs aînés, avec leurs 9.000 communions, 44.000 sacrifices et 133.000 prières et bonnes oeuvres.

En retour, le Souverain Pontife vous félicite, mon Révérend Père, d'avoir aidé ses chers aveugles à se grouper en « Croisade » dans l'Apostolat de la Prière. Il se rejouit de voir qu'en seulement trois années, trois mille membres sont déjà unis, et Il les invite à persévérer dans cette Association si bienfaisante où ils trouveront de plus en plus la force de la surnaturelle résignation, la lumineuse joie intérieure des âmes qui ont appris à souffrir avec la divine Victime, l'entraide fraternelle de la prière et du sacrifice offerts les uns pour les autre, suivant l'esprit de l'Apostolat de la Prière, dans ces pieuses et touchantes formules qu'ils ont coutume de réciter. Il leur demande même d'aller plus loin, et de faire rayonner autour d'eux l'influence vraiment sociale que peut avoir leur grand exemple de force chrétienne.

C'est en demandant à Dieu, Père des lumières, ses grâces de choix pour vous tous, que Sa Sainteté vous envoie très paternellement la Bénédiction Apostolique, à vous, mon Rév. Père, aux chers Prê-

tres et Religieux aveugles, aux enfants qu'Il aime avec prédilection, enfin à chacun des membres de la Croisade des Aveugles.

Veuillez agréer, mon Rév. Père, l'assurance de mon entier dévouement en Notre Seigneur.

E. Card. PACELLI.

69. **18 octobris 1932.**

De duplici iubilaeo, sacerdotali et episcopali, Excell.mi ac RR. DD. Archiepiscopi Henrici Doering S. I. (Prov. German. Inf.), Episcopi Poonensis. - Litt. Apost.

VENERABILI FRATRI

HENRICO DOERING

ARCHIEPISCOPO - EPISCOPO POONENSI

PIUS PP. XI.

Venerabilis Frater,
Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Duplicem laetandi causam, uti libenter didicimus, mensis decembris proximus tibi est allaturus, alteram ex quinquagesimo anno sacerdotii tui feliciter pleno, alteram ex natali honoris tui episcopalis quinto ac vicesimo. Quae quidem geminata laetitia eos profecto pietatis sensus eamque animi commotionem tibi renovabit, quam primum expertus es sacerdotium ineundo, deinde plenitudines eiusdem consequendo. Ex quo enim ipse, a Deo vocatus, Societati Iesu nomen dedisti, in qua quidem pluribus etiam muneribus functus es, quum praesertim in dissita missionum loca, inter Indos aut Iapones, transmisisti, in divina gloria amplificanda animarumque salute quaerenda summa constantia perseverasti; neque officiorum curae et sollicitudines, neque difficultates itinerum ac labores, neque ipsae belli vicissitudines a proposito tuo sancto te removere potuerunt. Illa autem laus inter ceteras tibi merito tribuenda, quod gregem tibi commissum in dioecesi ista Poonensi firma ac paterna dilexisti caritate, neque eundem, quum impedimento detentus aegre diutius abesses, umquam animo deseruisti. Quare optimo iure et Societatis Iesu sodales, et fideles tuae curae demandati, socii aut

pastoris benevolentiam sollertiamque tam diu experti, proxima sollemnia tua maxima celebrabunt iucunditate. Nos autem, qui Antistites sacros peculiari quadam aestimatione et amore prosequimur, eosque potissimum qui in sacris expeditionibus procul a Nobis magno labore versantur, tuam tuorumque laetitiam participare et adaugere exoptamus: tibi igitur per hasce litteras Nostras vehementer gratulamur, eidemque facultatem ultro concedimus, ut die pro sollemnibus statuta Apostolicam Benedictionem nomine et auctoritate Nostra adstanti populo impertias, plena admissorum venia eidem proposita, consuetis Ecclesiae condicionibus lucranda. Denique muneri tuo pastorali felicissima quaeque a Deo ex corde ominantes, auspicem caelestium donorum praecipuaeque dilectionis Nostrae teste, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, sodalibus tuis cunctisque dioecesis tuae fidelibus peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVIII mensis Octobris, in festo Sancti Lucae Evangelistae, anno MDCCCCXXXII, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. XI.

70. **9 novembris 1932.**

De Instituto Culturae religiosae superioris in Pontif. Universitate Gregoriana optime florente. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. FERDINANDUM WILLAERT

PONTIF. UNIVERSITATIS GREGORIANAE RECTOREM.

Dal Vaticano, 9 Novembre 1932.

REV.MO PADRE,

Dalla breve e bella relazione presentata dalla P. V. Rev.ma il Santo Padre ha appreso con vivo compiacimento non solo il nobile e santo lavoro compiuto nello scorso anno da codesto Istituto di cultura religiosa superiore, ma altresì gli opportuni e generosi propositi con cui Professori ed alunni iniziano il programma del nuovo anno scolastico. Invero uno dei mezzi più efficaci per ricondurre gli individui, le famiglie e la società stessa ad una vita sinceramente cristiana è la diffusione di una cultura religiosa che sia — per quanto ciò riesce possibile fuori di un vero e proprio corso filosofico e teologico — organica e completa, ben proporzionata alla capacità ed alla preparazione degli uditori. In tal modo lo studio della reli-

gione, mentre procura alle intelligenze una più adeguata cognizione delle cose divine, eleva e rafforza la volontà, indirizzandola e guidandola nel sentiero della virtù. Questo nobilissimo fine tanto più facilmente viene raggiunto in codesto benemerito Istituto, dove all'insegnamento si congiungono belle pratiche di intensa pietà cristiana e si addestrano gli alunni ad essere, con la parola, con l'esempio, con l'opera, apostoli di quella verità che nella scuola hanno meglio conosciuto ed amato.

Il Santo Padre pertanto ben di cuore formula l'augurio che molti, specialmente fra i giovani, approfittino della provvida istituzione, sicchè il nuovo anno apporti abbondanti i frutti desiderati non solo per le sollecitudini di coloro che insegnano o comunque attendono a quest'opera santa, ma ancora per il numero accresciuto e per la sempre maggiore corrispondenza degli iscritti.

E perchè il sovrano auspicio abbia il suo perfetto compimento, il Santo Padre con grande affetto imparte all'Istituto, ai Dirigenti, Professori e uditori la Sua Apostolica Benedizione, auspice dei celesti favori.

Profitto volentieri dell'incontro per raffermarmi con sensi di distinta e sincera stima

di V. P. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

71. **3 decembris 1932.**

De Conferentiis a P. Henrico Pinard de la Boullaye Parisiis habitis. - Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. HENRICUM PINARD DE LA BOULLAYE

E PROV. CAMPANIAE.

Dal Vaticano, le 3 décembre 1932.

MON TRÈS RÉV. PÈRE,

Les trois volumes: I. « *Jésus, Fils de Dieu* », II. « *Les Joies du mal* », III. « *Marie chef-d'oeuvre de Dieu* », que vous avez offerts en hommage au Vicaire de Jésus-Christ, Lui ont apporté le vibrant écho des Conférences prêchées à Notre Dame pendant le Carême et la Retraite pascale de cette année et pendant la Semaine Sainte de 1931.

En vous félicitant vivement d'un ministère qui est certainement destiné à faire mûrir des nombreux fruits de salut, Sa Sainteté aime à renouveler à cette fin Ses meilleurs voeux et vous envoie de tout coeur, comme gage de Sa paternelle bienveillance et des plus abondantes faveurs divines, la Bénédiction Apostolique implorée.

Je suis heureux d'ajouter l'expression de ma reconnaissance pour les exemplaires que vous m'avez destinés, et je m'empresse de profiter de cette nouvelle occasion pour vous assurer, mon Rév. Père, de mes sentiments particulièrement dévoués en Notre Seigneur.

E. Card. PACELLI.

72. **12 decembris 1932.**

De novis statisticis Missionum a P. Bernardo Arens (Prov. German. Inf.) editis. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. BERNARDUM ARENS

DOMUS SCRIPTORUM BONNENSIS SUPERIOREM.

Dal Vaticano, le 12 Décembre 1932.

MON TRÈS RÉV. PERE,

J'ai le plaisir de vous exprimer la vive gratitude du Souverain Pontife pour l'envoi du très-intéressant travail que vous avez consacré à l' « Etat actuel des Missions Catholiques ».

En vous remerciant de coeur du filial hommage, le Saint Père est heureux de vous féliciter du zèle et de la précision avec lesquels vous avez préparé cette vue d'ensemble sur les travaux des Missionnaires et Il ne doute pas que les nombreux tableaux formant un des plus grands mérites de ce livre ne rendent les plus précieux services d'information à tous ceux qui s'intéressent aux progrès de l'Evangile dans les pays infidèles.

Comme gage de sa paternelle bienveillance pour l'auteur et pour son oeuvre en faveur des Missions, le Souverain Pontife envoie de tout coeur, pour lui-même et pour son ministère, une particulière Bénédiction Apostolique.

En vous disant toute ma reconnaissance pour l'exemplaire qui m'a été si gracieusement destiné, je profite de la rencontre pour vous donner, mon très-Révérend Père, l'assurance de mon religieux dévouement.

E. Card. PACELLI.

73. **22 decembris 1932.**

De obsequio Summo Pontifici a Congregationibus Marianis Italiae exhibito. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. AMBROSIUM M. FIOCCHI

E PROV. VENETA

SECRET. NATION. ITAL. CONGREGATIONUM MARIANARUM.

Dal Vaticano, 22 Dicembre 1932.

REV.MO PADRE,

L'omaggio della artistica pergamena, con cui le Congregazioni Mariane d'Italia, oltre a umiliare al Santo Padre gli auguri natalizi, Gli segnalavano la ricca messe di preghiere e opere buone offerte al Signore secondo le Sue auguste intenzioni nell'anno sociale decorso, ha portato al cuore del Sommo Pontefice un vero soave conforto.

Da tale ossequio si è rivelato operoso e vivo lo spirito di pietà che anima codeste fiorenti schiere giovanili, caro auspicio alla Chiesa di un più lieto avvenire, e ha avuto novella riconferma la devozione che le stringe intorno al glorioso Soglio di S. Pietro.

La Santità Sua pertanto esprime a Lei e a tutti gli appartenenti all'Associazione i sensi di riconoscenza e di compiacimento, e, impartendo la Benedizione Apostolica, invoca copiosa e vivificatrice la grazia celeste che, fecondando il lavoro degli educatori, rechi loro l'auspicata ricompensa di una generosa corrispondenza nella gioventù che è oggetto delle loro cure.

Mi valgo volentieri dell'occasione per confermarmi con sensi di sincera stima

di V. P. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

74. **22 decembris 1932.**

De obsequio Summo Pontifici a Congregationibus Marianis Hungariae exhibito. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. LADISLAUM JAMBOR

E PROV. HUNGARIAE.

Dal Vaticano, die 27 Decembris 1932.

Rev.me Pater,

Magno mihi oblectamento est tibi Beatissimi Patris gratias referre, qui spirituale munus a Congregationibus Marialibus istis per te oblatum, iucunde affectus est.

Benignissime Deus gratiae Suae dono concedat, ut piae Sodalitates huiusmodi, quae christianis institutis et moribus fingunt iuventam, florentius ac uberius vigere ac Ecclesiae exspectationi splendidius usque congruere contendant.

Huius auspicii pignus sit Apostolica Benedictio quam Augustus Pontifex tibi, moderatoribus, adolescentibus cunctis ultro impertit.

Interea qua par est observantia me profiteor

Tibi
addictissimum
E. Card. Pacelli.

ACTA PRAEPOSITI GENERALIS

ACTA PRAEPOSITI GENERALIS

I. — PRO SOCIETATE.

75. **5 februarii 1932**

De quibusdam nostrorum Servorum Dei causis commendandis et promovendis.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum in diem 5 proximi mensis aprilis indicta sit Sacrorum Rituum Congregatio *antepraeparatoria* de duobus miraculis, quae a Deo patrata dicuntur intercedente Ven. P. Iosepho M. Pignatelli quaeque pro eius beatificatione proponuntur, curet R. V. ut optatus huius Congregationis exitus omnium Nostrorum precibus sanctisque Sacrificiis impense commendetur.

Hac utor occasione, ut quod meis litteris die 11 decembris 1931 datis pro causa beatificationis R. P. Ioannis Roothaan nuper inchoata praestiti, idem nunc, ad normam canonis 2043 Cod. I. Can., pro aliis duabus causis item feliciter inchoatis exhibeam, id est pro causis Servorum Dei P. Adulphi Petit e Provincia Belgica († 1914) et P. Richardi Friedl e Provincia Veneta († 1917), quorum alter diu fuit Instructor Patrum tertiae probationis et notissimus Exercitiorum spiritualium praesertim sacer-

dotum director ac promotor atque clarus rei asceticae scriptor; alter, post multos annos in instituendos Novitios ac dein in Provinciarum Venetae et Taurinensis regimen impensos, item Instructor Patrum tertiae probationis Assistentiae Italiae ad mortem usque fuit. Si quis igitur habeat apud se eorumdem Servorum Dei scripta quaelibet, sciant ea, sive autographa sive saltem eorum apographa authentica, ad respectivum tribunal ecclesiasticum (pro Patre Petit: *Evêché de* Gand, *Belgique;* — pro Patre Friedl: *Arcivescovado di* Firenze, *Italia*), aut directe aut per nostrum Postulatorem generalem (P. Carlo Miccinelli, *Borgo S. Spirito 5*, Roma 113), esse transmittenda. Omnes denique, ad quos spectare prudenter putetur, de iis moneantur quae in canonibus 2023 et 2025 praescribuntur: id est, ut si quid habeant quod contra virtutem aut miracula illorum Servorum Dei facere ipsis videatur, sciant se teneri, licet non sint vocati, illud in Ecclesiae notitiam perferre; idque vel clausas litteras immediate et directe ad Ordinarios praedictos aut ad respectivum Promotorem Fidei (*ibid.*) transmittendo vel proprio confessario eas tradendo, qui ad eosdem deferendas curabit.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 5 februarii 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

76. **6 februarii 1932.**

De peculiari quadam prece iaculatoria ad SS. Cor Iesu pro Societate nuper indulgentiis ditata.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Mandante Patre Nostro, R.ae V.ae transmitto epistolam Eminentissimi Cardinalis Secretarii Status die 28 ianuarii datam,

qua paterna Summi Pontificis erga Societatem perseverans benevolentia iterum exhibetur, simul cum litteris Patris Nostri ad Sanctitatem Suam et supplicibus precibus ad optatam indulgentiam obtinendam (1).

Quoniam vero, secundum canonem 934 § 2, ad lucrandas indulgentias alicui orationi adnexas requiritur ad validitatem ut, si oratio recitetur idiomate alio ab eo quo est approbata, de fidelitate versionis constet « ex declaratione vel Sacrae Poenitentiariae vel unius ex Ordinariis loci ubi vulgaris est lingua in quam vertitur oratio », ad rem citius, quantum fieri potuit, componendam, Pater Noster ipsi Sacrae Poenitentiariae subiiciendas curavit versiones in octo ex linguis, quae non ad unam Societatis Provinciam sese extendunt et quarum apti hic praesto erant interpretes. Documentum Sacrae Poenitentiariae quo hae octo versiones approbantur, hic item simul transmittitur (2). De reliquis vero versionibus, ab uno ex Ordinariis loci cuiusque linguae approbandis, pro locorum adiunctis, Praepositi illarum Provinciarum aut Viceprovinciarum vel Superiores regulares illarum Missionum curam suscipiant.

Velit R. V. haec documenta quamprimum cum omnibus Nostris communicare.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 6 februarii 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Iosephus Demaux-Lagrange
Secr. Soc. Iesu.

---

(1) V. supra, pp. 21-25.
(2) V. supra, pag. 25.

77. **22 februarii 1932.**

De Societate in Hispania iniqua lege impetita quaedam narrantur illique Socii precibus Nostrorum commendantur.

AD UNIVERSAM SOCIETATEM.

Reverendi Patres Fratresque in Xto. carissimi:
P. Xti.

Pro insigni fraterna caritate, qua, Deo favente, omnes Societatis filii invicem devincimur, non dubito quin studiose optetis, Reverendi Patres Fratresque carissimi, aliquid pressius scire de ratione qua decreta Societatis in Hispania dissolutio ad exitum deducta est et quid de Nostris evenerit. Cui quidem iustissimo desiderio ut faciam satis, utque mira divinae Providentiae consilia in tot tantisque bonis ex tanto malo colligendis mecum admiremini atque etiam ferventius in dies pro vexatis fratribus orare pergatis, brevem hic quorundam factorum synopsim vobis proponam, compluribus aliis ad pleniorem relationem postea conficiendam reiectis (1).

Quod in primis omnium oculos perculit, id fuit universalis prorsus veri populi hispani contra iniquum decretum indignatio, quam ne graves quidem severae cuiusdam legis ad defensionem reipublicae, ut dicunt, excogitatae sanctiones compescere nec continere potuerunt, quin variis industriisque modis sese proderet. Innumerabiles omnino reclamationes undique ad Reipublicae Praesidem et ad Gubernium missae; pluries centena millia libellorum ac foliorum ad Societatem defendendam eiusque opera illustranda et extollenda in vulgus diffusa; ephemerides, non modo catholicae (paucae eae quidem) quas Gubernii vexatio adhuc vivere sinit, sed aliae quoque complures quotidie civium reclamationibus refertae et, quantum salvo capite licebat, vocem extollentes; Episcoporum sive communes sive singulares litterae hac de re ad Christifideles datae, inter quas eminent epistolae E.mi Card. Vidal y Barraquer, Archiepiscopi Tarraconensis, et Episcoporum Barcinonensis ac Victoriensis (hic autem ex ipso exsilio scribebat); pacificae sed ingentes populi catervae nostras domos nostrasque ecclesias, ut suam erga Societa-

(1) Cfr. *Memorab. S. I.*, vol. IV, fasc. V, 31 maii 1932, pp. 245-340.

tem aestimationem testarentur et contra eius dissolutionem pro viribus adversarentur, per illos dies pompae instar adeuntes; invicta Societatis defensio in ipsa Legumlatorum aula a deputatis catholicis suscepta; insigniorum iurisperitorum sententia ad supremum tribunal ex officio delata; sollemnis ac strenua Excellentissimi Nuntii Apostolici reclamatio nomine Sanctae Sedis ad hispanicum Gubernium item ex officio exhibita [1]; paterna Christi in terris Vicarii vox ipso die 24 ianuarii, quo decretum in vulgus est editum, apostolica libertate elata [2]; haec omnia, quamquam dissolutionis decretum nec retardare nec infirmare valuerunt, praeclarissima tamen et nobis carissima sunt omnium ordinum benevolentiae testimonia, quae nunquam nobis erunt oblivione tegenda.

Et sane quid Societati gratius accidere potuisset, quam ut audiret Summum Pontificem Sancti Ignatii filios non modo confessores sed etiam martyres pontificios, martyres Vicarii Christi palam proclamantem eosque apostolicis verbis beatos praedicantem « quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati »? [3]. Quid honorabilius pro Societate quam impiorum odium subire hac una de causa in ipso decreti limine apertis vocibus allata, quod « inter omnes religiosos Ordines excellat ob peculiarem obedientiam erga Sanctam Sedem »? [4]. Nunquam profecto amicissimus quisque tam amplam tamque eximiam laudem Societati tribuit quantam continet hoc proscriptionis decretum.

Id autem optime persenserunt quotquot benevolentissimos suos animi sensus sive coram sive scripto mihi et Societati exhibere voluerunt. Centena enim telegrammata, litterae, obsequia cum ex Hispania, tum ex aliis orbis terrarum partibus ad nos missa sunt, quae in hoc unum conveniebant quod nescirent utrum Societati magis condolendum an gratulandum esset. Idem profitebantur complures illi iique amplissimi Viri, qui me per

---

(1) V. supra, pp. 26-32.

(2) V. supra, pp. 16-21.

(3) In allocutione Summi Pontificis habita die 24 ianuarii post editum decretum de virtutibus heroicis Ven. Vincentii Pallotti, sacerdotis romani; cfr. *Osservatore Romano*, 25-26 ian. 1932. — V. supra, pp. 16-21.

(4) V. supra, pag. 17.

hos dies invisere dignati sunt, quorum primus fuit Eminentissimus Cardinalis Petrus Segura y Sáenz, nobilissimus ille Hispaniae exsul, qui antireligiosae huius persecutionis iram item primus expertus erat. Nec silentio praetermittenda mira omnium aliarum Religiosorum familiarum consensio, quarum moderatores non modo aestimationis et doloris sensus nobis exhibere festinati sunt, sed eximia cum caritate fraternum auxilium spoponderunt, sive Nostros per Hispaniam dispersos hospitio recipere, sive alia quacumque ratione libentissime nos adiuvare parati; quod et magna cum liberalitate nonnulli revera praestiterunt et praestant.

Interea a Praepositis Provinciarum et Superioribus omnia praevidebantur et parabantur, ut Nostri, post decem dies a decreto praescriptos, aut per Hispaniae urbes convenienter distribui possent, aut ad exteras regiones sese reciperent: prima quidem illa dispersionis ratio Patribus ac Fratribus praesertim ad Collegia externorum et Residentias pertinentibus applicata est; haec altera pro Novitiis et Scholasticis eorumque Superioribus ac Magistris est adhibita. Nostrorum profectio ubique magnam civium commotionem excitavit: singulis illis diebus, sed potissimum diebus dominicis 24 et 31 ianuarii, in omnibus nostris ecclesiis, in Collegiorum sacellis, in Sodalitatibus Marianis, in centris Apostolatus Orationis aliisque operibus a Nostris directis, ingens fuit, ut dixi, populi concursus et ubique sincerissimae salutationes, gratiarum actiones, commiserationis verba, fervida tempestivi Societatis in Hispaniam reditus omina, fidelissimae amicitiae promissiones, hospitalitatis exhibitiones, inter lacrimas utrinque fusas Nostros solabantur simul et defatigabant. Non equidem possum haec singulatim persequi, ea etiam de causa ne potiora commemorando, alia parvi facere videar, cum e contra minima quaeque hac in re, utpote magni amoris signum, plurimum valent, et omnibus omnino tam sinceris nostris amicis meus et Societatis gratissimus animus innotescat velim. Ut unum tamen alterumve dicam, Deputatos provinciarum Vasconiae et Navarrae, ad suum erga Societatem eiusque Fundatorem fidelem amorem sollemniter testandum Loyolam simul petentes, duo millia automobilium curruum et viginti hominum millia comitata sunt; Vallisoleti vero, occasione sumpta mortis nonagenarii P. Marcellini de la Paz, tam ingens civium multitudo eius

cadaver ad coemeterium deduxit, ut tota paene civitas illuc convenisse videretur.

Advenit autem dies 2 februarii, qua die, dum in universa Societate complures Societatis filii peculiari Sanctae Sedis servitio quarto professorum voto sese sollemniter mancipabant (1), ob idem quartum votum Societas in Hispania suis domibus exsulare debebat. Et sane, etsi alicubi Nostrorum exodus iam antea coeptus erat, ex illo die B. Mariae Virginis in templo Purificatae sacro omnes nostrae domus vacuae remanserunt easque urbium gubernatores occuparunt, etiam multas ex illis, quae sive ad Episcopos, sive ad societates anonymas quas vocant pertinebant, quamquam hae deinde a legitimis proprietariis forte recuperari poterunt. Ab universali hac ereptione tres tantum domus huc usque immunes manserunt, Carrionense Seminarium minus (Prov. Legion.) et Durangense Collegium (Prov. Castell.), utpote quae dioecesana Seminaria potius quam nostra statim agnita sint, et Universitas Pontificia Comillensis (Prov. Legion.), quae tam evidenter est Sanctae Sedis possessio, ut Gubernium Nuntio Apostolico rem componendam curanti obsistere non sit ausum, quominus ibi studiorum cursus continuaretur, suffectis tamen aliquibus sacerdotibus saecularibus, inter eiusdem Universitatis olim alumnos selecti, qui regimen et scholas haberent, ut factum est. Etiam Observatorio Dertusano « del Ebro » (Prov. Arag.) adhuc praeest P. Aloisius Rodés; nam septem rerum physicarum peritis aliisque viris, Matrito illuc ut Observatorio potirentur missis, tanta argumentorum vi obstitit Pater, ut infecto negotio omnes illi viri Matritum reversi sint, quin aliae huc usque molestiae Patri sint illatae.

Reliqui igitur Nostri omnes, etiam senes et aegroti, proprio tecto orbati, in hospitia, in alias religiosas domos, in domos privatas sese recipere debuerunt, ubique non modo magna cum caritate, sed vix non cum veneratione suscepti omnibusque necessariis rebus ultro instructi; Scholastici vero et Novitii et Patres tertiae probationis in exteras regiones missi sunt.

(1) Alicubi in ipsa Hispania, ut v. gr. Bilbai, sollemnis quorumdam Nostrorum professio opportuna fuit occasio iterandi benevolentiae testimonia erga Societatem, cum ingens amicorum multitudo ad tam piam caeremoniam convenissent, ut votorum nostrorum sanctitatem extollerent et ea vota tunc nuncupantium animi fortitudinem admirarentur.

Multa quidem de his eventibus particulatim narranda haberem, sed ea ut vobis, Reverendi Patres Fratresque carissimi, alia ratione innotescant curabo: identidem enim hinc mittentur folia, ubi quae narratu digna et opportuna videbuntur breviter referentur [1].

Ibidem legetis etiam quanta cum exsultatione et amore exsules fratres ubique excepti sint, non modo a Nostris sed etiam ab externis, cum in Belgio, quo sese contulerunt Novitii, Iuniores, Philosophi ac Theologi Provinciarum Baeticae, Castellanae, Legionensis et Toletanae, tum in Hollandia, quo profecti sunt Theologi Provinciae Aragoniae, tum in Provincia Taurinensi ubi locum invenerunt Iuniores et Novitii eiusdem Provinciae Aragoniae: ubique optime dici potuisset, quod perbelle Scholastici Hispani Collegium Eegenhovense (Prov. Belg.) ingressuri magnis characteribus scriptum legerunt: « Iam non estis hospites et advenae, sed estis cives Sanctorum et domestici Dei ».

Ceterum, « ut unde exorsa est, ibidem terminetur epistola », tot inter angustias quibus ubique premitur Societas, amplissimas Deo gratias referre debemus, quod ipsae nostrae calamitates maiorem in dies Societati pariant apud multos aestimationem et amorem: si mente repetimus tot huiusmodi expulsiones, quibus Societas hac illac impetita est (in sola restituta Societate, iam quintum ex Hispania pellimur), nunquam forte tantam inter utriusque cleri et catholici populi commotionem passi sumus, nunquam per universum orbem tam concors insonuit contra iniustum decretum reclamatio una cum Societatis laude ab insuetis quoque oribus prolata. Verum quidem est nunquam alias adversarios nostros tam aperte ac sine ambagibus veram sui odii rationem protulisse, ideoque nobis revera, si alias unquam, gaudendum est, quoniam digni habiti sumus « pro nomine Iesu contumeliam pati ».

Id tamen nos non eximit ab officio impense orandi pro vexatis fratribus, pro nobilissima Hispaniae natione tam indigne ab impiis hominibus conculcata, pro ipsis Societatis persecutoribus,

---

(1) Revera dein identidem per aliquot menses ad omnes Societatis domos missa sunt folia « *Hispanica* » inscripta, quibus varii de Nostris sive in Hispania dispersis sive extra Hispaniam exsulibus recentiores nuntii dabantur.

ut, tranquillitate ordinis restituta, florentissima sua opera nunc intermissa possit Societas ad bonum animarum et ad maiorem Dei gloriam quamprimum resumere et sedes suas recuperare, illas praesertim quae ob venerationem Sancto Parenti Nostro aliisque insignibus Societatis Sanctis debitam universae Societati carissimae semper fuerunt et sunt.

Vestris ss. SS. et precibus me enixe commendo.

Romae, die 22 februarii 1932.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

78. **19 martii 1932.**

Libellus Regularum recognitarum mox vulgandus nuntiatur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. Xti.

Mox, Deo favente, prodibit exoptatus textus recognitus Regularum tam generalium quam officiorum particularium. Cuius quidem Regularum libelli duplex erit editio: altera amplior, omnes has Regulas complectens; altera brevior, ad usum praesertim Novitiorum et Scholasticorum confecta. Convenit autem ut prior, non modo in omnibus bibliothecis etiam singularum communitatis classium inveniatur, sed singulis quoque Sacerdotibus nostris tradatur, itemque altera singulis Novitiis et Scholasticis, dein ad proprium usum semper secum ferenda.

Iamvero, ut tempestive sciamus quot utriusque libelli exemplaria ad singulas Provincias mittenda sint, velit R. V., schedulam adiunctam remittens, me quamprimum certiorem facere quot, secundum normas supra allatas, istic desiderentur exemplaria amplioris editionis, quot brevioris; atque etiam utrum ea velit simplici ratione compacta (« brochure ») an potius tela re-

ligata [1], eo fere modo quo factum est de recenti Epitomes editione.

Ad haec pressius statuenda, ante oculos habeat R. V. exemplaria ad vestras Missiones (si quidem proprium Superiorem regularem habeant) destinata, non per vos, sed (ut fieri solet) hinc recta missum iri.

Haec mandato Patris Nostri cum R. V. communicanda habebam.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 19 martii 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS DEMAUX-LAGRANGE
Secr. Soc. Iesu.

79. **30 martii 1932.**

Preces petuntur ob negotium gravissimum; de centenario Votorum nostrorum primorum Patrum publice non celebrando; de SS. Cordis imaginibus omnibus Nostris distribuendis.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Ob negotium quoddam gravissimum, quod totius Societatis plurimum interest, rogo R.m V.m ut omnibus Nostris praescribere velit, Sacerdotibus quidem ut semel Missam celebrent, non Sacerdotibus vero ut Missam, Communionem et Coronam B. M. V. semel offerant secundum hanc meam intentionem.

Hac utor occasione ut R.m V.m certiorem reddam me audivisse nonnullos cogitare festa centenaria anno 1934 esse cele-

---

[1] Pretium utriusque libelli, *non computatis tabellarii expensis,* hoc erit:

Maioris = lir. ital. 2,00
Minoris = lir. ital. 1,00

Pro singulis exemplaribus tela religatis addatur lir. ital. 1.

branda in memoriam primorum votorum a S. P. N. Ignatio eiusque primis Sociis die Assumptionis B. M. V. anni 1534 Parisiis ad Montem Martyrum nuncupatorum.

Iamvero, hac re cum PP. Assistentibus collata iisque plene mecum consentientibus, a publica huius centenarii commemoratione in universa Societate nobis abstinendum esse duco, cum post paucos annos, id est anno 1940, si Deo placuerit, sollemnia quater centenaria a prima Societatis confirmatione Litteris Apostolicis Pauli III « *Regiminis militantis Ecclesiae* » die 27 septembris 1540 data, ut etiam in antiqua Societate fiebat, simus celebraturi. Id tamen non impedit quominus intra familiae nostrae penetralia illum quoque pro Societate nostra tam memorandum diem, pia quadam spiritus renovatione et sancta animorum laetitia peculiari modo celebremus.

R.ᵐ V.ᵐ denique rogo ut meo nomine singulis Nostris imaginem SS. Cordis Iesu distribuendam curet, cuius exemplaria (subscripta prece iaculatoria nuper pro nobis indulgentiis ditata) mihi in hunc finem liberaliter suppeditavit Secretariatus Nationalis Apostolatus Orationis pro Italia, Romae apud nostrum templum SS. Nominis Iesu constitutus.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 30 martii 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

80. **2 aprilis 1932.**

De novo Secretariatu Romae parando ad Societatis impugnationes citius tutiusque refellendas.

AD QUOSDAM PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Quae litteris die 6 novembris 1931 datis (*Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pp. 862-867) de insectationibus contra Societatem detegendis

et propulsandis exposui, ea haud frustra fuisse dicta ex compluribus responsis laetus comperi; plerosque enim Praepositos Provinciales video et ipsos rei momentum agnovisse (nonnullos ex iis quoque qui antea id de suis Provinciis non valere autumabant) et aptos Patres, ut rogaveram, designasse, qui toti huic negotio impigre sese dederent.

Verum magis in dies necessarium esse experimur, ut etiam hic Romae, in hoc Societatis centro, aptissimus habeatur vir, qui totus sit in colligendis, ordinandis, complendis relationibus a Provinciis missis, et vicissim in inveniendis et suppeditandis, tam Nostris quam Societatis amicis, opportunis responsionibus, documentis, factis, quibus calumniae contra Societatem prolatae tempestive et valide refellantur. Conqueruntur enim etiam complures amici nostri quod nesciant unde praesto habere possint veritatis arma ad tot tantasque falsitates retundendas, quae passim impune sparguntur. Cum vero inter hos sinceros Societatis amicos etiam viri primae notae nuper id a me petierint, non iam morandum esse duxi, quominus tam iustis optatis faciam satis et centralem quendam de his rebus Secretariatum apud Curiam nostram constituendum curem (1).

R.m V.m igitur rogo, ut pro suo erga Societatem amore, quovis particularis boni studio seposito, ad me referat num in sua Provincia habeat, qui hoc officio fungi possit: agitur enim de re summi momenti deque illo bono communi, cui omnia minus universalia cedere debent.

Commendo me ss. SS.

Romae, 2 aprilis 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) V. infra, pp. 149-152.

81. **4 aprilis 1932.**

Novus Regularum libellus promulgatur et commendatur.

AD UNIVERSAM SOCIETATEM.

Reverendi Patres Fratresque in Xto. carissimi:
P. Xti.

Quod Congregatio Generalis XXVII mihi commissum voluit (1), id tandem, Deo favente, perficere potui, et nunc universae Societati promulgare iuvat Regulas quae Praepositi Generalis auctoritate condi possunt (2), tam generales quam particulares officiorum, ad normam nostri iuris recogniti retractatas, easque declaro secundum hanc novam formam deinceps plenam vim habere, prioribus (in quantum ab his discrepant) abrogatis.

Id quidem laboris longe tardius, pro dolor, quam speraveram, ad optatum finem perducitur, cum alia gravissima negotia per hoc tempus me premerent continenter; sed interea invitae morae dolorem levabat illud magnum, quo Nostros passim cernebam teneri, huius Regularum recognitarum editionis desiderium, ut plurimae hisce annis ad me undique datae litterae aperte testantur. Hoc autem tam commune tamque perseverans desiderium certam simul facit spem fore ut nunc omnes Societatis filii, non modo hunc novum Regularum nostrarum codicem ea qua par est reverentia excipiant et studiose pervolvant, sed (quod maius est) fidelius in dies totam vitam suam secundum sanctas has Regulas componere conentur, « constanti animo incumbentes, ut nihil perfectionis, quod divina gratia consequi possint, in absoluta omnium Constitutionum observatione nostrique Instituti peculiari ratione adimplenda, praetermittant » (3).

Et sane, quamquam Societatis spiritus ex S. P. Ignatii Exercitiis fluit, huiusque spiritus principia ad nostram vocationem peculiari modo applicantur per admirabiles eiusdem Sancti Patris Nostri Constitutiones, nihilominus, ipso Legifero Parente

(1) *Congr. Gen.* XXVII, *decret. hist.*, d. 9; cfr. etiam *Congr. Gen.* XXVI, d. 11.

(2) Cfr. *Collect. Decret.*, d. 4.

(3) *Summ. Const.*, reg. 15.

Nostro testante, « aliae quaedam ordinationes sunt necessariae, quae diversis temporibus, locis et personis, in diversis Domibus, Collegiis et officiis Societatis, uniformitate tamen, quoad eius fieri poterit, in omnibus retenta, possint accommodari » (1). Hoc autem fit per Regulas sive generales pro singulis Sodalium classibus, sive particulares pro singulis officiis, quae et ipsae in Summario Constitutionum totae nituntur, ideoque omnes vel minimae eodem imbuuntur spiritu atque reliquum Institutum nostrum et eundem prosequuntur finem, ad quem tota cum Societatis tum singulorum Nostrorum vita ordinari debet: sanctificationem propriam et animarum auxilium ad maiorem Dei gloriam.

Hinc patet, Reverendi Patres Fratresque carissimi, quam vere, quam sapienter agerent omnes germani Societatis filii, illi praesertim quos nunc exemplaria nostra nostrosque Patronos salutamus, qui Regulas quaslibet, nullo inter graviores et minutissimas facto discrimine, ut divinae Voluntatis significationes venerabantur, easque cunctas pari fidelitate parique studio adamussim servabant. Neque id ii soli praestiterunt Sancti Iuvenes nostri, quorum heroica virtus vix non tota in hac regulari observantia contineri visa est, S. Ioannes Berchmans praesertim, in quo Regulas nostras vera quadam ratione canonizatas esse dicere solemus; sed etiam qui ministeriis apostolicis distenti vel gravissimis muneribus onerati erant, quales, ut solum recens canonizatos commemorem, S. Robertus Bellarmino et Sancti Martyres Canadenses, quorum dux, S. Ioannes de Brébeuf, intime ac constanter persuasum habebat, quod olim in novitiatu tamquam certissimam vitae suae normam sibi statuerat: « In pulverem me redigi sinam, potius quam vel unam regulam transgrediar ».

Admirabilem hanc nos ipsos et alios sanctificandi vim Regulae nostrae nostris quoque temporibus profecto servant immutatam; unde etiam fit ut tot novae Religiosorum ac Religiosarum Familiae illas aut mutuentur ipsas aut saltem quam proxime imitentur.

Spero equidem omnes Nostros tam Sacerdotes quam Scholasticos huius novae Regularum editionis exemplaria, Superiorum providentia, aut prae manibus iam habere aut mox esse habituros; nec dubito quin iidem Superiores libellos quoque ma-

(1) *Prooem. in Declar. Constit.*

nuales vulgari sermone exaratos, praesertim in Fratrum Coadiutorum commodum, ut mos erat, pro variis regionibus edendos sint curaturi. Atque ita facile etiam videre poterunt omnes, perpauca tantum in his Regulis quodammodo nova dici posse: multa enim sunt ex antiquis ad verbum assumpta, nonnulla solum verbo tenus paululum retractata, quaedam clarius expressa quae iam Instituto aut usu approbato continebantur; omnia denique Instituti nostri spiritui plene consentanea.

Hunc igitur Regularum libellum, Reverendi Patres Fratresque carissimi, non ex meis, sed ex communis matris nostrae manibus sumite, eumque (potiori sane iure dicam quam de profanis libris dictum est) « nocturna versate manu, versate diurna », tamquam efficax sanctitatis instrumentum.

Faxit Deus ut ex nova hac Regularum promulgatione novus Societati splendor accedat, novus addatur vigor, quo validius externas adversariorum insectationes retundere atque interna humanae fragilitatis pericula cavere possit, et secundum gloriosas Patrum traditiones praelia Dei strenue praeliari pergat ad maiorem Dei gloriam.

Omnium precibus me enixe commendo.

Romae, die festo Annuntiationis B. M. V.
4 aprilis 1932.

Omnium vestrum
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

NOTANDA DE HAC NOVA REGULARUM EDITIONE [1].

In hoc libello afferuntur Regulae generales et Regulae particulares officiorum infra Curiam Generalitiam; quae omnes recognitae sunt ad mentem Congregationum Generalium XXVI et XXVII [2].

Summarium Constitutionum et *Regulas communes* retractavit ipsa Congregatio XXVII [3]. De Regulis vero auctoritate Praepositi Generalis confectis nunc cura adhibita est ut « fideliter inhaerendo spiritui praescriptisque Constitutionum Sancti Parentis ac traditionibus Societatis, ad hodiernum facilioremque usum magis adapta-

(1) Haec leguntur in prooemio ipsius novi Regularum libelli.
(2) C. G. XXVI, d. 11; C. G. XXVII, Coll. decr., d. 1.
(3) C. G. XXVII, Decreta historica, n. 10.

rentur et iuris nostri proprii cum pontificio iure vigenti plena consensio eluceret » (1).

Quod ad Regulas generales attinet, expedire visum est *Regulas tam Sacerdotum* quam *Peregrinorum* in duas distinctas Regularum series dividere, i. e. in *Regulas Sacerdotum* et *Regulas Confessariorum;* in *Regulas iter facientium* et *Regulas peregrinorum. Regulis eorum qui in missionibus versantur* substituuntur *Regulae Operariorum.*

Quod ad Regulas vero particulares, haec notanda sunt: *Regulis Praepositi Domus professae* et *Regulis Rectoris Collegii et Domus probationis* sufficiuntur *Regulae Superioris localis;* item *Regulis Procuratoris Domus professae* et *Regulis Procuratoris Collegii et Domus probationis* substituuntur *Regulae Procuratoris Domus,* ita tamen ut his Regulis, quae omnibus Domibus sunt communes, peculiaria inserantur praescripta pro peculiari Domus natura.

Distinctae datae sunt *Regulae Consultorum Provinciae* et *Consultorum Domus, Admonitoris Provincialis* et *Admonitoris Superioris localis.*

Additae sunt *Regulae Praepositi Viceprovinciae dependentis et Superioris Missionis dependentis; Revisoris administrationis temporalis Domorum; Censorum.*

Omissae sunt *Formula scribendi* et *Catalogus Missarum et Orationum,* quae nunc leguntur in Epitome (2). Servatus tamen est brevis aliquis catalogus Missarum et Orationum quae Nostris ordinario praescribuntur.

Romae, 27 martii 1932, in festo Resurrectionis Domini.

82. **27 aprilis 1932.**

De filiali obsequio Summo Pontifici praestando occasione primi decennii pontificatus (3).

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Die 12 proximi mensis maii, quo die (ut notum est) in festo

(1) C. G. XXVI d. 11 n. 1.
(2) Appendicibus I et II, nn. 852-878.
(3) V. supra, pp. 48-49.

S. Achillei Martyris occurrit onomasticon Summi Pontificis Pii XI, omnes Nostri ex Provinciis Hispaniae communem florum spiritualium manipulum in pergamena membrana pulcre depictum Beatissimo Patri offerent, tenue grati animi pignus ob tot tantasque paternae benevolentiae exhibitiones quibus Sanctitas Sua per hoc tribulationis tempus dilectissimos illos Fratres nostros continenter solari dignata est.

Cum autem hoc anno ubique peculiari ratione celebratum sit et celebretur gloriosi Ipsius pontificatus decennium expletum, cumque profecto deceat ut Societas tota benevolentissimo Parenti ac Patrono hac occasione singulares referat gratias, rogo ut ipso die 12 maii (vel proximo alio die post allatas has litteras) in universa Societate omnes Sacerdotes Missam celebrent et omnes non Sacerdotes unam Missam audiant et sacram Communionem ac coronam B. M. V. oflerant ut tantum Pontificem Deus Ecclesiae suae nostraeque Societati diu sospitem servet Eumque vivificet « et beatum faciat Eum in terra et non tradat Eum in animam inimicorum Eius ». In eundem finem ceteras quoque illius diei orationes, actiones poenasque omnes Deo offeramus atque ita totum illum diem pro Summo Pontifice impendemus.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 27 aprilis 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

83. **1 maii 1932.**

Normae quaedam iam nunc traduntur de exsequenda Constitutione Apostolica « Deus scientiarum Dominus » in Collegiis Nostrorum donec nova Statuta de studiis nostris approbentur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Litteris die 31 iulii anni proximi datis cum R. V. communicaveram, studia nostra, consentientibus mecum omnibus Patribus

Assistentibus, ita ad novam Ecclesiae legislationem accommodanda esse ut, quantum fieri possit, Scholastici nostri etiam gradus academicos in Philosophia et Theologia consequi possint, nuntiaveramque in eum finem Commissionem quandam Patrum peritorum in Urbe constituendam fore, ad Statuta quae Sacrae Congregationi exhibenda essent, praeparanda.

Coetus hic coactus fuit mense novembri eiusdem anni, sedecim Patribus constans ad septem Assistentias pertinentibus (1), qui assidue et strenue pert res integros menses laboraverunt, et praecipua quaeque capita ad studiorum ordinationem spectantia sapienter examinaverunt et expenderunt.

Inter varias vias ab eis propositas ad conservandam nostris Scholasticatibus facultatem gradus academicos conferendi, visum est mihi ipsi et mecum Patribus Assistentibus, ut Statutum aliquod commune pro omnibus Scholasticatibus fieret, in quo et Sanctae Sedis praescriptis fideliter responderetur, et quae in Societatis Constitutionibus, Ordinationibus, Ratione Studiorum sunt stabilita, pia diligentia, quantum salva erga Sanctam Sedem oboedientia fieri posset, retinerentur. Simul etiam ita conficiendum videbatur ut, servata in essentialibus unitate, ad temporum locorumque rationes utiliter accommodari posset.

Quapropter eius Coetus consilia et animadversiones alteri Commissioni, quam quattuor Patribus constitueram, tradidi ut me in eo Statuto redigendo iuvaret.

Hoc Statutum, ad principia supra exposita confectum, est iam conscriptum et propediem Sacrae Congregationi tradetur, ut speramus. Sed cum eius approbatio vix ante finem huius anni scholastici videatur proditura, excerptum aliquod conficiendum curavi, in quo illa quae ad proximum cursum praeparandum videbantur magis necessaria, sunt collecta. Id ad R.m V.m cum hisce litteris mitto (2).

Ad nonnulla eius capita R.m V.m attentam reddere velim (3):

1. — Antequam Philosophiae studia ineantur, quae ad gra-

---

(1) Cfr. *Memorab.* S. I., vol. IV, fasc. IV, pag. 242.

(2) Cum excerptum illud esset mere ad temporaneum usum et quaedam contineret nondum bene determinata, visum est tale documentum non esse hic inserendum.

(3) In sequentibus, quando indicatur: (Const...), reiicitur ad Constitutionem Apostolicam *Deus scientiarum Dominus;* quando indicatur: (Or-

dus academicos consequendos apta sint, *curriculum medium Studiorum Classicorum* absolvendum est (Const., a. 25, 1°), in eoque etiam « scientiae » quas vocant (Historia naturalis, Mathesis, Physica, Chimia) addiscendae, « et quidem tantum quantum in eo qui ad studia academica accedit requiri solet » (Ordin., a. 13); quapropter videndum et ad me referendum erit quemadmodum huic praescripto in ista Provincia fiat satis, si forte eae scientiae ab omnibus nostris candidatis non perdiscuntur prius quam Societatem ingrediuntur. Eodem porro Articulo praescribitur in Schola Media tradendam esse « linguam et litteras graecas ». Quare de modo etiam quo id observetur, informari velim.

2. — Aliud est caput magni momenti de *Exercitationibus* (Const., a. 30, 1°), quas a tertio saltem Philosophiae et Theologiae anno faciendas lex ecclesiastica praescribit (Ordin., a. 23). Quid in eis a professoribus (Ordin., a. 22), quid a discipulis (ib., a. 29 § 2°) praestandum sit, ipsa lex accurate definit. Exercitationes in aliquibus quidem Scholasticatibus habebantur iam antea quales nunc omnibus praescribuntur; in aliis vero, academiarum nomine, res erant interdum prorsus illis similes, interdum satis diversae; cum autem nunc et de natura et de forma et de universali obligatione constet, necesse erit ut professores omnes et modum eas regendi calleant, et earum materiam praeparare incipiant ad omnes illos fructus percipiendos quos lex ecclesiastica sperat (Ordin., a. 22), quosque iam nos ipsi perspeximus nuper in Universitate Gregoriana, cum magno alumnorum stimulo et emolumento. Ante oculos etiam habeatur ad normam eiusdem Art. 29 § 2 et Art. 37 Ordin., experimentum etiam *scriptum* faciendum esse ante Licentiam, in aliqua schola exercitationum.

3. — Et disciplinarum tradendarum numerus et magistrorum in exercitationibus labor auctus nova legislatione est; quapropter Superiores diligenter quaerere et praeparare debent *Professores*, etiam ad disciplinas *auxiliares* et ad illas *speciales*, quas omnis Facultas seligere debet, suis traditionibus et viribus consentaneas; provideat igitur R. V., ut litteris die 31 iulii 1931 datis monebam, biennio praeparandis illis novis professoribus qui ad Facultatem perfecte instruendam erunt necessarii. Pro-

---

din....) reiicitur ad *Ordinationes* Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus quae illi Constitutioni adiectae sunt.

fessores vero omnes, praetermissis omnibus aliis occupationibus quae strenuum laborem impedire aut fructibus privare possint, toti se suo muneri dedant, praesertim cum in nova Legislatione Sancta Sedes scientificos labores ab omnibus postulet, et Sacrae Congregationi exhibenda sit singulis trienniis pro singulis Collegiis relatio vitae academicae, in qua professorum scripta non exiguam partem occupare debent.

Ad me etiam referat velim R. V. utrum et in Philosophia et in Theologia an in alterutra tantum gradus conferendi facultatem desiderent, et utrum solam Licentiam an etiam Doctoratum conferre cupiant.

Ne postea in conferendis gradibus difficultates oboriantur, ab initio anni 1932-33 curriculum philosophicum et theologicum ordinandum erit secundum nova Statuta Sacrae Congregationi exhibita, etiamsi forte nondum fuerint approbata. In exsecutione autem habeantur prae oculis quae de studiis et examinibus antehac factis Constit. Apost. a. 54 dicuntur.

Quoniam ad gradus academicos in Facultate Theologica adeundos requiritur ut biennium Philosophiae scholasticae, curriculo medio Studiorum classicorum confecto, peractum fuerit « in Facultate Philosophica vel in aliqua Schola Superiore ad Philosophiam scholasticam docendam destinata et ab Auctoritate ecclesiastica ad hoc approbata » (Ordin., a. 16 § 2), omnes Scholasticatus Societatis, ad Philosophiam Nostros docendam destinatos, aptos esse et a me approbari in eum finem, hisce meis litteris iam nunc declaro.

Commendo me ss.SS.

Romae, 1 maii 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

84. **13 maii 1932.**

Occasione Instructionis Sacrae Congregationis de Religiosis de formatione clericali et religiosa etc., quaedam commendantur et praescribuntur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Non dubito quin R. V. aliique Superiores iam viderint et attente perpenderint Instructionem a Sacra Congregatione de Religiosis nuper editam « de formatione clericali et religiosa alumnorum ad sacerdotium vocatorum, deque scrutinio ante Ordinum susceptionem peragendo » ([1]), quae per se ipsa (ut patet) post authenticam promulgationem in *Actis Apostolicae Sedis* vim obligandi habet.

Quo tamen ea, quae in Instructione aut iubentur aut urgentur, ab omnibus praestentur accuratius, non abs re esse duxi brevi quodam prospectu, quem huic epistolae adiungo, praecipua Instructionis capita complecti, addita ratione, qua singula exsequenda sunt. Non est autem cur diutius immorer in commendanda omnimoda fidelitate in iis potissimum praestandis quae diserte praescribuntur, cum et eorum momentum in aperto sit et (quod in rebus obedientiae plus valet) apertissima sit de iis Ecclesiae voluntas ideoque certo certius divinum beneplacitum.

Opportunum potius duco R.^{m} V.^{m} aliosque Superiores atque adeo Nostros omnes attentos facere ad quaedam prioris partis huius Instructionis capita, quibus sapientissimae traduntur normae de Novitiorum aliorumque iuniorum Religiosorum delectu atque institutione: non nova quidem, saltem pro nobis, habentur ibi; sed nova eaque sollemni confirmatione muniuntur et urgentur, quae iam Instituto nostro caventur atque praescribuntur, ideoque etiam renovato zelo impensiorique studio deinceps servanda sunt.

([1]) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXIV, 1932, pp. 74-81. — V. etiam hic supra, pp. 5-14.

Atque ut inde incipiam, quo prior Instructionis pars concluditur et quasi summatim comprehenditur, « omnia officia Superiores faciliore negotio adimplebunt, si in personis, quibus iuvenum institutio committitur deligendis speciales impenderint curas, ut nonnisi viri prudentes, caritate ac pietatis observantia praestantes ad id muneris advocaverint » (n. 11). Qua in re fatendum est interdum aliquid etiam nunc desiderari. Nam, si studiose generatim seligitur aptus Instructor vel Novitiorum Magister, non idem semper dici potest de eorundem adiutoribus, maxime de Magistri Socio, qui ex mente sacrorum Canonum (can. 559 et 560) et ex aperta Instituti nostri lege talis esse debet, « qui quam proxime accedat ad eas virtutes et dotes, quae in Magistro requiruntur » (Epit. n. 128). Quod si quis huiusmodi muneris officia paulo subtilius investiget (1) et perpendat quam graviter ipse Socius ad illud rite obeundum sese disponere iubeatur (2), is non mirabitur profecto Praepositos Generales haud raro commendasse, ut tale munus magni fieret neve facile mutaretur Socius vere aptus. Ad me quod attinet, in id et singulatim et communiter (3) alias institi, atque nunc iterum instandum duco et enixe rogo, ut rem tanti momenti omnes Praepositi Provinciales cordi habeant; ne putent Socium Magistri Novitiorum iuniorem quemlibet Patrem, qui bonus utique sit religiosus, agere posse, multoque minus hoc munus cum tertia probatione sat bene coniungi. Id equidem tolerare quandoque coactus sum, sed aegre admodum concessi, et velim ut his exceptionibus finis tandem fiat, et omnes sciant atque practice videant apud nos Socium Magistri Novitiorum esse officium vere stabile et praecipuis annumerandum.

Idem fere dicendum de aliis qui in institutione Novitiorum aliorumque iuniorum Scholasticorum partem habent, ut Praefecti rerum spiritualium et litterarum Magistri, sicut Sacrae Congregationis Instructio commendat his verbis: « Ipsi vero spiritus Magistri necnon scientiarum Professores, alumnis suis, iam ab unguiculis, exemplo disciplinae religiosae et virtutum sacerdotalium esse satagant, scientes nonnihil verba, plurimum vero

(1) Cfr. Epit. n. 133; item omnes Regulae Socii Mag. Novit.

(2) Cfr. Reg. 3ª Soc. Mag. Novit.

(3) Cfr. *Acta Rom.*, vol. V, 1926, pp. 575-576.

exempla ad animos iuvenum informandos conferre » (n. 11). Id autem maxime valet in litterarum Magistro, qui moderate, ut in Responso die 9 novembris 1930 dato et cum universa Societate communicato explicavi ([1]), latinas graecasque litteras Novitios doceat, non quidem ut dedita opera studiis vacent, sed « ut cognita oblivioni non dentur atque deficientia suppleantur ».

Atque generatim loquendo meminerint Provinciales domos, quae ad Nostrorum institutionem proxime ordinantur, primas semper ipsorum curas exigere. Quapropter hae domus primum, et non Collegia externorum, optimis instruendae sunt magistris; quod si constanter fiat, in ipsorum Collegiorum et totius Provinciae bonum vertetur, cum hac ratione, et quidem hac solum ratione, multos atque ad varia munera vere aptos viros habituri simus. — Id autem etiam de Seminariis minoribus Societatis intelligi debet, ut ipsa Sacrae Congregationis Instructio haud obscure significare videtur nn. 5 et 6. Et sane, cum in quibusdam Provinciis, sin minus maior pars, at certe plurimae vocationes ex his Seminariis proveniant, maxime vigilandum est, ut tam copiosus futurae Societatis fons non modo intemeratus semper, sed purior in dies meliorque fluat.

Alterum quod commendandum occurrit, ad accuratas illas refertur investigationes, quas Instructionis numero 6 Superiores instituere iubentur « antequam alumnos ad novitiatum admittant »: non enim testimonialibus solum litteris plerumque contenti esse debent, sed eas « forsan insufficienter acceptas, per alias accuratas investigationes a fide dignis personis habitas, suppleant ». Hoc autem peculiari quadam ratione commendatur quod ad notitias « de illorum familiarum moribus, utrum nempe parentes fuerint ab illis vitiis immunes, quae facile in prolem redundare possent ». Quod quidem valet profecto etiam in morbis quos hereditarios vocant ([2]); et utinam tristis ac fere cotidianus rerum usus nos non doceret, quot molestiae gravissimaeque impensae ex neglecta hac investigatione Societati obvenire soleant! Novi equidem nonnullas Provincias aequam hac in re severitatem adhibere idque admodum probo; quin et quandam Provinciam peculiari laude prosequendam duco, quae optimum

---

([1]) *Acta Rom.*, vol. VI, 1930, pag. 683, n. 91.

([2]) Cfr. Epit. n. 56; Reg. Prov. 28; *Pract. q. ad Form. scrib.* nn. 50-51.

instituit interrogationum catalogum a peritis medicis nostrae vitae non ignaris revisum, secundum quem huiusmodi investigationes prudenter ac sine cuiuspiam offensione peragantur; quod exemplum aliae Provinciae pro locorum morumque varietate imitentur velim.

Aliud item urget Instructio (n. 9), quod non semel egomet inculcavi: nimirum ut Scholastici quam maxime a dissipationibus et itineribus arceantur, etiam post susceptum sacerdotium, « sed in domibus ad studia destinatis constanter permaneant, ibique, in exercitia pietatis ac scientiae, usque ad completum studiorum curriculum, incumbant assidue ». Cum vero ab his prudentissimis praescriptionibus, « Superiorum conscientia graviter onerata », « absque iusta et gravi causa » dispensare non liceat, causae autem gravitatem gravitati praescriptionis parem esse oporteat, non dubito quin deinceps Superiores et nostras et Sanctae Sedis leges hac in re severius sint exacturi.

Huc etiam facit pulcherrima illa decima Instructionis paragraphus, qua omnibus Religiosis quodammodo applicatur sapientissimum Ignatianum institutum, quod tertiam probationem vocamus. Quam quidem tertiam probationem curent Provinciales ut quamprimum peragant novensiles Sacerdotes post expletum theologiae curriculum [1]; nam, si haec probatio nimis differtur, et onerosior dein et minus utilis plerumque evadit. Eodem quoque spectat illud Instituti nostri praescriptum, quo cavetur « ne recens promoti sacerdotes per duos saltem annos ut ordinarii operarii occupentur, immo neque in ullo ministerio quod in solis mulieribus versetur » (Epit. n. 605 § 1).

Persuasum habeant Superiores a fideli observatione horum aliorumque omnium, quae ab Ecclesia et Societate de iuventutis religiosae institutione sapientissime praescripta sunt, bonum Societatis statum maximam partem pendere.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 13 maii 1932,
in festo S. Roberti Bellarmino.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

[1] Epit. n. 427 § 1; Reg. Prov. 38.

DE EXSEQUENDA INSTRUCTIONE SACRAE CONGREGATIONIS DE RELIGIOSIS

DIE 1 DECEMBRIS 1931 DATA DE PROMOVENDIS AD ORDINES SACROS.

I. - *De formatione alumnorum ad Ordines promovendorum* (nn. 4-11).

Prudentissimae normae ac praescriptiones, quae hic a Sacra Congregatione traduntur, nihil continent quod non iam inveniatur in Codice Iuris Canonici aut in nostro Instituto, sed illarum legum exsecutio etiam atque etiam urgetur. Ad nos quod attinet, si quae continentur nn. 36-66 et 115-375 Epitomes Instituti fideliter serventur, huic Instructioni hac in re abunde satisfactum erit.

Quod autem additur novum, id est in relatione quinquennali Sacrae Congregationi rationem dandam esse de exemptionibus concessis ab examinibus quinquennii neo-sacerdotum, a Generali quidem suo tempore praestandum erit; sed cum id gravitatem huius legis apertius designet, in promptu manifestumque est Provinciales debere difficiliores se praebere in talibus dispensationibus concedendis et fideliores esse in iis singulis ad Generalem referendis addita concessionis causa, ut in mea hac de re instructione, die 21 iunii 1919 data, numero 17 aperte praescripseram (*Acta Rom.,* vol. III, 1919, pag. 60).

II. - *De scrutinio ante susceptionem Ordinum peragendo* (nn. 12-20).

In hac altera Instructionis parte pleraque sunt nova, attente a Superioribus perpendenda et accurate praestanda. — Quae autem definite praescribuntur, ea ad haec capita breviter revocari possunt:

1) *Ante prima vota*: Novitii « Superiori petitionem scripto deferant, in qua expressis verbis testimonium ferant de sua ad

statum religiosum et clericalem vocatione, simulque firmum propositum pandant perpetuo se militiae clericali mancipandi; quae petitio et declaratio in archivo asserventur » (n. 14). — Habeatur igitur deinceps in singulis domibus probationis peculiare regestum seu liber, in quo Novitii scholastici ante prima vota hanc petitionem ac declarationem manu propria inscribant, eo fere modo quo similes fiunt declarationes in fine primae probationis et sexto quoque mense post peractum examen semestre et post emissa prima vota (cfr. Reg. Mag. Nov. 24, 78, 89).

Quamquam ad id nulla praescribitur formula, tamen ut opportuna quaedam uniformitas in universa Societate servetur, huiusmodi declaratio his verbis conscribatur:

Ego N. N., Novitius scholasticus Societatis Iesu, cum me ad statum religiosum et clericalem in Societate Iesu a Deo pro certo vocari sincere putem, cumque firmiter coram Domino statuerim me, Deo adiuvante, militiae clericali in statu regulari, id est in Societate Iesu, perpetuo mancipare, humiliter peto ab ipsius Societatis Superioribus ut me ad hunc finem in Ordinem cooptare dignentur secundum eiusdem Ordinis Constitutiones.

..... (*locus*) ..... (*tempus*).

. . . .

Nov. schol. S. I.

2) *Ante tonsuram et ordines minores*: informationes petantur de candidatis et de iis scrutinium instituendum, de cuius exitu documentum condatur, quod in archivo servandum erit. — Haec apud nos praestari poterunt per informationes eodem modo confectas quo fiunt pro mittendis ad theologiam et promovendis ad Ordines maiores, mutatis tantummodo postremis verbis ut infra (1); quae informationes a quattuor aptis Patribus a Provinciali designandis (cfr. Epit. n. 778 § 3) petantur, et de iis dein

(1) Paradigma harum informationum habetur in libello « Practica quaedam ad Formulam scribendi etc. » n. 55; in casu praesenti conclusio informationis ita mutetur: « ... censeo F ..., pro ea notitia quam de eo habeo, in praesenti aptum esse (vel: « non esse ») qui ad primam tonsuram et ad ordines minores tuto promoveri possit ».

Provincialis cum suis Consultoribus conferat: consultationis vero exitus cum iudicio definitivo Provincialis in peculiari regesto seu libro notetur. — Quod autem dicitur etiam testimonium Magistri spiritus exquirendum esse, hoc intelligi debet de illo « Magistro spiritus » (quem vocant) seu religiosae disciplinae Praefecto, cui in aliis Institutis iuniores religiosi immediate committuntur et a quo pendent in foro externo, studiorum tempore; non vero noster rerum spiritualium Praefectus, qui in foro externo nullam potestatem habet (Epit. n. 283 § 4).

Ipsi quoque candidati interrogandi sunt « num libere ac scienter Ordines appetant in statu religioso » (n. 14). — Id fieri poterit paulo ante ordinationes a Provinciali aut a Rectore Scholasticatus aut alio Patre ab alterutro designato.

3) *Ante Subdiaconatum*: novae informationes petendae et examinandae (quod iam iubetur iure nostro: Epit. n. 362 § 2), collatis etiam tam informationibus ante ordines minores sumptis quam iis quae, ex iure Societatis (Epit. n. 295 § 3), ante theologiam inchoandam peti debent (1).

Ab ordinandis vero iuramentum emittendum est coram Superiore secundum formulam statutam (nn. 16-17). — Iuramenti documentum, secundum formulam praescriptam rite confectum (2) et ab ordinando subscriptum, tempestive mittatur ad Praepositum Provincialem qui litteras dimissorias dare debet: nam id exigi et praestari debet « antequam alumnos ad Subdiaconatum [Superiores] praesentent » (n. 17). Hae autem formulae in archivo Provinciae ad quam quisque pertinet accurate custodiantur, ut quandocumque opus erit, authenticum inde testimonium proferri possit de libera Ordinis susceptione.

4) *In omnibus ordinationibus*: Litterae dimissoriae debent testari haec omnia praescripta fuisse servata (n. 19). — Propterea formulae litterarum dimissoriarum ad Ordines, quae in li-

---

(1) Quid agendum sit cum Scholasticis in aliena Provincia versantibus dictum est in Responso die 22 martii 1928 dato (*Acta Rom.*, vol. VI, 1928, pag. 144, n. 81).

(2) Iuramenti Formulae typis impressae veneunt apud Officinam librariam Vaticanam, ubi etiam prostant exemplaria separata huius Instructionis Sacrae Congregationis de Religiosis; utraque etiam per Oeconomum Generalem acquiri poterunt, si qui hac via uti malint.

bello « Practica quaedam etc. » nn. 56 et 57 habentur, complendae sunt ut infra indicatur (1).

III. — *Singulis annis*: Instructio Sacrae Congregationis legenda est religiosis clericis (n. 21); ubi «clericus » idem significat quod apud nos « scholasticus ». — Huic praescripto satisfactum erit si hoc Sanctae Sedis documentum saltem in omnibus Domibus primae et secundae probationis et in omnibus Collegiis Nostrorum, initio anni scholastici, quotannis ad mensam legetur.

Romae, die 13 maii 1932.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) In libello « Practica quaedam ad Formulam scribendi » n. 56, *Formula Litterarum dimissoriarum ad Ordines maiores* ita complenda erit:

Post verba: « innodatus exsistat » addantur haec: « cumque omnibus praescriptis Instructionis Sacrae Congregationis de Religiosis, 1 dec. 1931 editae, de Scrutinio ante Ordinum susceptionem peragendo, satisfactum fuerit, debitam ei... ».

In n. 57, *Formula ad tonsuram et ordines minores*, habita etiam ratione Rescripti Sacrae Congregationis de Religiosis 8 nov. 1927 (*Acta Rom.*, vol. V, 1927, pag. 621), ita mutetur:

« Cum dilectus... Scholasticus approbatus Societatis Iesu, cursum philosophiae expleverit, sacram confirmationem receperit, debita virtute sit praeditus ut ad ordines ecclesiasticos promoveri possit, neque ullo canonico impedimenti vinculo innodatus exsistat, cumque omnibus praescriptis Instructionis Sacrae Congregationis de Religiosis 1 dec. 1931 editae de Scrutinio ante Ordinum susceptionem peragendo satisfactum fuerit, debitam ei... ».

85. **31 maii 1932.**

De centrali quodam officio apud Curiam Praepositi Generalis nuper constituto ad Societatis impugnationes plenius detegendas et efficacius retundendas.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:

P. XTI.

Centrale illud officium ad Societatis impugnationes plenius detegendas et efficacius retundendas, quod Pater Noster litteris die 6 novembris 1931 datis adumbrabat (1) et litteris die 2 aprilis huius anni ad quosdam Provinciales missis (2) apertius mox instituendum nuntiabat, nuper apud Curiam nostram initium habuit, accito ex Provincia Germaniae Superioris P. Ludovico Koch, cui huius officiis inchoandi cura demandata est (3).

Cum vero in singulis Provinciis, secundum memoratas Patris Nostri litteras, peculiaris ad id designatus sit Relator, primum novi huius Secretariatus munus hoc profecto esse debet, ut cum hisce Provinciarum Relatoribus opportunum commercium instituat et singulorum operam ad communem finem studiose coordinet. Id prospicit epistola, a P. Ludovico Koch ad Provinciarum Relatores data, cuius duo exemplaria, mandante Patre Nostro, ad Reverentiam Vestram mitto: alterum, ut ipsa R. V. videat quid hac in re postuletur atque exspectetur praestandum a Patre ad id in ista Provincia deputato; alterum, ut eidem Patri Relatori

---

(1) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pp. 862-867.

(2) V. supra, pp. 131-132.

(3) Cum P. Koch post aliquot menses in Provinciam suam redire debuerit, ei suffectus est ineunte octobri 1932 P. Ericus Smith, e Viceprov. Canadae Superioris.

transmittendum curet, rem ad mentem Patris Nostri etiam atque etiam inculcans.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 31 maii 1932,
in festo B. M. V. Mediatricis OO. GG.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS DEMAUX-LAGRANGE
Secr. Soc. Iesu.

AD PATRES IN SINGULIS PROVINCIIS DE SOCIETATIS INSECTATIONIBUS RELATORES CONSTITUTOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Quod anno praeterito, die 6 novembris, A. R. Pater Noster necessarium esse innuebat, et die 2 aprilis h. an., litteris ad quosdam Provinciales datis, apertius nuntiabat, nunc ad rem deduci coeptum est: officium nempe centrale ad Societatis impugnationes facilius detegendas et efficacius diluendas apud Curiam nostram Romanam ad modum cuiusdam Secretariatus constituendo. Cum autem huius centralis officii initia egomet parare nuper iussus sim, meum ante omnia esse duxi, Patre Nostro ultro approbante, Reverentiae Vestrae, dum fraterno ex animo salutem dico, iam nunc quid communi labore nobis praestandum erit breviter exponere.

Nostrum ergo erit, reverende et carissime Pater, communibus consiliis videre, quanto conatu et Societatis nostrae famae consulere et P. Generalis respondere intentioni possimus. Collaboratio porro nostra quae esse possit ac debeat, clarius patebit, si puncta proposuero, quibus Pater Noster functiones huius officii centralis voluit circumscribi.

I. — Nempe apud supremam Ordinis nostri gubernationem instruuntur tabulae generales et apparatus (cum bibliotheca respectiva et arsenali defensivo argumentorum) complectentes omnes eas res, quae pugnam circa Societatem nostram universam spectant. Officii huius praeterea erit statis temporibus et quandocumque res ferat Patri Nostro et Patribus Assistentibus secundum ea, quae ex Provinciis nuntiata fuerint, referre. Consilia vero, iussa, monita

Praepositi Generalis, quae labores huius servitii defensivi spectant, ab eodem Secretariatu, prout Paternitati Suae placuerit, recipientur, communicabuntur, promovebuntur. Praecipue ea, quae propter universalitatem rei sola centrali operatione perfici possunt, immediate per hoc officium absolvenda erunt.

II. — Quod deinde Patres Provinciarum Relatores spectat, ideoque etiam Reverentiam Vestram, haec potissimum rogamus:

1) Ut singuli pro sua quisque Provincia aptis instrumentis sese muniant quibus et adversariorum molimina tempestive detegere et ab iis Societatem defendere possint;

2) Ut frequenter, id est singulis saltem trimestribus, ad nos referant de statu pugnae in sua cuiusque regione ac de animorum erga Societatem dispositione nostraque defensione, et quidem additis, si fieri poterit, exemplaribus impressis foliorum, opusculorum, librorum aut saltem locis scripto excerptis vel denique citatis exacte auctoribus et documentis. Quae omnia et nobis (huic officio centrali addictis) et actioni nostrae necessaria, aliis vero Provinciis nunc et postea utilia erunt;

3) Rogamus denique, ut experientiae vestrae consiliis ac studiis conatus nostros quomodolibet adiuvetis.

III. — Quae nos vero vobis praebere cupimus, haec fere sunt:

1) Explicationes, si petuntur, informationes, narrationes sive generales sive particulares de historia, statu praesenti, factis vel forte dictis Nostrorum, conditionibus et laboribus nostrae Societatis, prout calumniis, suspicionibus, opinionibus et coniecturis rei scientificae, litterariae, politicae, oeconomicae, religiosae plerumque quaestiones moventur. Quae quamquam exstantibus nostris fontibus historicis et ephemeridibus saepissime continentur, tamen nos omni modo auxilium praebere cupimus.

2) Speciales explicationes et responsa in casibus singularibus ad veritatem tuendam et calumnias refellendas per nos a Paternitate Sua petentur.

3) Puncta praeparabimus materiae atque etiam articulos scriptos, quibus Reverentia Vestra vel amici Societatis Iesu prout res ferat ad scribendum in foliis diariis vel periodicis utantur.

IV. — Atque haec quidem de eis, quae intra Societatem fieri poterunt. Ultimum restat, quod tamen primum est in intentione ac maximi faciendum, communi nimirum conatu id agere, ut opinio internationalis, prelo internationali tantopere obnoxia, nullo pacto inimicis aut casui regenda relinquatur, sed contra:

1) Studeamus efficere, ut omnia media publicationis, quae a Nostris geruntur, ubicumque terrarum sapienter ac fortiter, apte ac

perseveranter adhibeantur ad cognitionem Instituti, historiae, operum, virorum, conditionum Societatis promovendum et debitam existimationem creandam, qua ratione tam positive quam indirecte et veritatis in luce ponetur et falsae de nobis opiniones dissipabuntur.

2) Conemur, quantum fieri potest, relationes et connexionem personalem et litterariam quaerere ac fovere cum scriptoribus non solum ecclesiasticis, verum etiam cum aliis catholicis et neutralibus, praesertim qui publicistae vocantur, etiam cum praesidibus, ubi existunt, officiorum, quae dicuntur correspondentiarum, et institutorum similium. Talis connexio, simul cum adhibitione officiorum, quae pretio soluto omnia determinati tituli argumenta ex foliis publicis colligenda curant, maxime urgebit, quando res quae universum mundum commovent, ut nunc in Hispania, aguntur. Aliis verbis, multum curare debemus ut viros extra Societatem multos non solum habeamus amicos, sed etiam defensores verbo et scripto, si opus est, activos.

Centrale hoc institutum prima iam tentamina fecit, ut in Europa officia quaedam internationalia attingat. Plura facturum est, ut per talia pro re nata breves nuntios et narrationes in vulgus diffundere possit. Videat Reverentia Vestra, quales in Provincia sua huiusmodi conditiones exsistant! Nobis vero ratio ac via quaerenda his est, qua media omnia publicisticae quam dicunt activitatis ad collaborationem praestandam adhibeamus, ut commercio epistulari cum scriptoribus et editoribus, opusculis impressis, propagandis, oratoribus colendis, cinematographo, radio aliisque modernis inventis minime neglectis.

Non dubito quin R. V. hunc laborem alacriter susceperit atque suscipiet: agitur enim de bono totius Societatis, quam omnes ut matrem carissimam diligimus. Ceterum ne putet R. V. nos omnia ab omnibus continenter praestanda velle: quae in toto hoc negotio facienda sunt uno conspectu amplexi sumus, sed pro rerum locorumque adiunctis singillatim opere complebuntur.

Permagnum gaudium et utilitatem nobis faciet, si quam celerrime aliqua iam nunc benigne respondere voluerit.

Qua in spe commendo me Reverentiae Vestrae ss. Sacrificiis.

Romae, die 31 maii 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Ludovicus Koch, S. I.

86. **15 augusti 1932.**

De novis Facultatibus in Pontificia Universitate Gregoriana et Pontificio Instituto Biblico nuper erectis.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Ex litteris, quas P. Rector Pontificiae Universitatis Gregorianae ad omnes Episcopos ac Religiosarum Familiarum Superiores, qui alumnos ad illam Universitatem mittunt, nuper dedit (quarum exemplar cum R. V. communico), facile videbit R. V. duas novas Facultates, Historicam et Missiologicam, in Pontificia Universitate Gregoriana, Summo Pontifice ultro benedicente et approbante, institutas esse [1]. Quae novae Facultates novum quidem idque haud leve onus Societati imponent, praesertim cum aptissimis instruendae sint Professoribus, quos equidem undique accire debebo; sed, maiorem Dei gloriam secundum S. P. Ignatii spiritum semper intuentes, novum hoc onus et libenter suscipiamus et strenue feramus oportet.

Harum Facultatum momentum supra memoratis ad Episcopos litteris ostenditur. Ad nos quod attinet, decet prorsus nos aliis exemplo esse, haud exiguum iuniorum nostrorum Sacerdotum manipulum his studiis assignando. Atque, ut de Missiologica Facultate pressius loquar, necesse omnino est pristinas Societatis traditiones recolere et quasi ad vitam revocare: gloriosas, inquam, traditiones, quae PP. Matthaei Ricci et Adami Schall et similium, atque potissimum S. Francisci Xaverii, Doctoris Parisiensis eximii, nominibus continentur. Nemo sane infitiabitur Nostros plurimum in Missionibus laborare, atque adeo nimios ac supra vires labores in se suscipere; sed fatendum est hodiernos nostros Missionarios plerumque, apostolicis laboribus cotidianis distentos, ad subtiliorem linguae, morum, historiae, culturae cuiusque Missionis propriae notitiam acquirendam tempus non invenire; cum tamen non tantum conveniens et utile, sed necessa-

[1] V. supra, pag. 60.

rium prorsus sit ut in quavis Missione quidam saltem habeantur peritiores Patres, ad quos tuto alii sive Missionarii sive cultiores Christifideles, sive etiam infideles qui fidei christianae cognoscendae operam dare velint, maximo cum ipsius fidei decore et animarum bono, recurrere possint.

Accedit quod, cum ubique feliciter augeantur in dies opera missionalia, missiologici conventus etc., oportet ut multi e Nostris parati sint ad huiusmodi missiologicas res digne tractandas; quod quidem etiam ad augendas vocationes ad Societatem plurimum conducet.

Velit igitur R. V. rem coram Domino attente considerare et videre num iam hoc anno aliquem ex iunioribus Patribus his studiis sive historicis sive missiologicis applicare possit; idque mihi quamprimum significare ne gravetur.

Commendo me ss. SS.

Tusculi, die festo Assumptionis B. M. V.,
15 augusti 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

LITTERAE RECTORIS PONT. UNIVERSITATIS GREGORIANAE

AD EXCELL.MOS EPISCOPOS AC REV.MOS RELIGIOSORUM SUPERIORES [1]
qui suos clericos Universitati Gregorianae instituendos committunt.

EXCELLENTISSIME DOMINE,

Pontificia Universitas Gregoriana, cui Litteris Apostolicis « Quod maxime » die 30 septembris 1928 Motu proprio datis, Pontificia Instituta Biblicum et Orientale consociata sunt, ut fieret vera omnium ecclesiasticorum studiorum Universitas, quo plenius Sanctae Sedis optatis ac potissimum menti Constitutionis Apostolicae « Deus scientiarum Dominus » pro viribus responderet, consilium iniit non modo antiquas suas Facultates etiam atque etiam promo-

---

(1) Ad Religiosorum Superiores eadem epistola atque ad Episcopos missa est, honoris titulis tantummodo mutatis: hic referimus epistolam prout ad Episcopos missa est.

vendi ac perficiendi, sed novas quoque addendi Facultates quae novis aut certe auctis Ecclesiae necessitatibus occurrant: *Facultatem* dicimus *Historiae Ecclesiasticae* et *Facultatem Missiologicam*.

Cum autem nuper, ex paterna Sanctissimi Domini Pii Papae XI benevolentia, id consilii ratum approbatumque sit, cumque novae Facultates per Decreta Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus (quorum Decretorum exemplaria Excellentia Vestra Reverendissima hic adnexa inveniet) iuridice erectae iam sint, honori mihi duco id quamprimum Excellentiae Vestrae nuntiare, utpote quae nostram Universitatem et plurimi facere et impense fovere constanter soleat.

Facultas Historiae Ecclesiasticae in hunc finem instituitur, ut et Historiae Ecclesiasticae Professores ecclesiasticis Athenaeis ac Seminariis apti suppeditentur, et investigatores catholico omnino spiritu imbuti offerantur Ecclesiae, qui ex fontibus ecclesiasticis genuinam eius historiam depromant. Primum exigere videtur ipsa Apostolica Constitutio « Deus scientiarum Dominus »: cum enim Historia Ecclesiastica habenda sit inter principales disciplinas curriculi theologici, illius Professores sin minus necessario at certe convenienter admodum peculiari gradu academico donandi esse videntur. Alterum quam necessarium sit, lugenda docet experientia: quo enim Ecclesiae gloriosior evadit genuina rerum narratio sincero veritatis studio exarata, eo infensiora contra Ecclesiam semper exstiterunt arma, quae ab historia hostili spiritu investigata et falsa luce descripta Ecclesiae adversarii mutuari consueverunt.

Iamvero, peropportunum visum est, in hac alma Urbe, quae infinitos propemodum et antiqui aevi et christianorum saeculorum thesauros, historiae fontes praetiosissimos, custodit, novum hoc historicorum studiorum centrum aperire, ut in ipso catholici orbis capite, sub umbra Petri, periti historiae ecclesiasticae cultores et magistri instituantur.

In hac Facultate curriculum studiorum tribus annis absolvetur: post biennium, positis ponendis, conferetur Licentia, post tertium annum Doctoratus. Auditores ad eam ascribi non possunt nisi, post curriculum studiorum mediorum classicorum rite peractum, studia philosophica ac theologica, saltem in cursu seminaristico, persolverint.

Facultas Missiologica, ad mentem Litterarum Encyclicarum Benedicti PP. XV « Maximum illud » et Pii PP. XI « Rerum Ecclesiae », ad id instituitur, ut de re missionaria genuinam scientiam tradat ac promoveat, utque, praesertim inter frequentes ex Institutis religiosis alumnos, qui Universitatem celebrant, selecti efformentur

Missionarii scientifica et quantum fieri potest plena praeparatione instructi ad Regnum Christi propagandum et dilatandum, atque etiam periti instituantur viri qui de re missionali apte disserere et opera missionalia scite dirigere valeant. Hanc autem Missionum scientiam et scientificam cum Missionariorum tum Missiologorum praeparationem Facultas promovet sive quod ad partem theoreticam ac generalem sive quod ad partem magis practicam ac specialem: non enim mera narrabitur historia eorum quae transactis temporibus in Missionibus patrata sunt, nec simplex texetur narratio eorum quae ab apostolicis viris nunc geruntur in Missionibus, sed etiam disciplinae tradentur speculativae, practicae, iuridicae, ethnologicae, linguisticae et id genus aliae, quae simul ad hoc tendant, ut Ecclesiae crescentis ac dilatandae genuina cognitio comparetur et regionum populorumque, apud quos Ecclesia est propagata vel propaganda, recta et completa obtineatur notitia.

Studiorum curriculum item tribus annis absolvetur: post biennium, positis ponendis, conferetur Licentia, post tertium annum Doctoratus. Cum vero non omnia omnibus Missionibus eadem ratione aptari possint, plures habebuntur Facultatis Sectiones, in quibus singulis, praeter disciplinas omnibus communes, peculiares habebuntur scholae secundum varias Missionum regiones.

Facultatis Missiologicae curriculum auditores inire non possunt, nisi, post studia media quae dicuntur rite absoluta, studia quoque philosophica et theologica, saltem seminaristica, confecerint. Praeter cursum autem ad gradus academicos ordinatum, cursus practicus unius anni habebitur, cui etiam ii qui ad gradus non contendunt ascribi possunt.

Ceterum, si ampliores notitias de his novis Facultatibus Excellentia Vestra Reverendissima habere cupiat, eas libenter dabimus, et cum primum a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus peculiaria novarum Facultatum statuta approbata fuerint, ea quoque, si petantur, ultro mittemus.

Etiam in Pontificio Instituto Biblico, cum nostra hac Universitate consociato, nova *Facultas Antiqui Orientis* constituta est, de qua tamen non est loquendum, cum sciamus ea de re Excellentiam Vestram ab illius Instituti Praeside recta certiorem factam esse aut mox factum iri (1).

Lectionum harum trium Facultatum proximo mense novembri ineuntis anni academici 1932-33 fiet initium.

Excellentiam igitur Vestram Reverendissimam rogare audemus,

(1) V. infra, pp. 157-159.

ut nostris inceptis, praesertim optimos iuvenes sacerdotes ad has novas Facultates frequentandas mittendo, favere velit. Quodsi, ut speramus, quosdam ex iis iam nunc his studiis applicare possit, gratissimum nobis erit id quamprimum pro certo rescire.

Ad nos quod attinet, totis viribus adlaborabimus, ut novae Facultates, sicut et ceterae, quam aptissimis instruantur Professoribus atque omnibus suppeditentur auxiliis ad finem suum plenius perfectiusque in dies assequendum.

Sacrum pastoralem anulum demisse deosculans, obsequentis animi mei sensus significo.

Romae, die 10 augusti 1932.

Excellentiae Vestrae Reverendissimae
humillimus servus in Dno.
FERDINANDUS WILLAERT, S. I.
Pont. Univ. Gregorianae Rector.

NOTA. — *Cum in Litteris Rectoris Pontif. Universitatis Gregorianae, quod ad novam item Facultatem erectam in Pontif. Instituto Biblico de* Studiis Antiqui Orientis, *ad similes Litteras reiiciatur ad omnes Episcopos et Religiosorum Superiores qui suos sacerdotes in illo Instituto alumnos habent, cumque hanc quoque novam Facultatem haud semel per illos dies Nostrorum studio atque curis Pater Noster commendaverit, visum est illud quoque documentum hic referre.*

LITTERAE PRAESIDIS PONTIF. INSTITUTI BIBLICI

AD EXCELL.MOS EPISCOPOS ET REV.MOS RELIGIOSORUM SUPERIORES *qui suos sacerdotes in eodem Instituto alumnos habent.*

EXCELLENTISSIME ET REVERENDISSIME DOMINE,

Pontificium Institutum Biblicum de Urbe a Pio X b. m. anno 1909 fundatum, ut sit in Urbe Roma « Athenaeum, altioribus magisteriis omnique instrumento eruditionis biblicae ornatum, quo delecti undique adulescentes convenirent, scientiae divinorum eloquiorum singulares evasuri » (Litt. Apost. *Vinea electa* d. d. 7 maii 1909), inde a primis suis exordiis, secundum ipsam sui fundatoris voluntatem, praeter res biblicas excolere studuit eas disciplinas auxiliares et affines quae ad Sacram Scripturam utcumque illustrandam conferunt. Inter quas primum locum obtinebant linguae *Orientis anti-*

qui ceteraeque rerum orientalium disciplinae, quales sunt v. g. historia antiqui Orientis, historia litterarum, scientia religionum orientalium, archaeologia et geographia diversarum Orientis antiqui regionum, quippe quibus scientiae biblicae et Sacrae Scripturae explicatio singulariter illustrentur. Haec vero studia eo diligentius excolebantur quo magis ultimis decenniis manifestum factum est quanti ea momenti sint ad Sacras Scripturas rite explicandas, difficultates multiplices quas incredula scientia congessit dissolvendas, historiam populi electi plane singularem plenius intellegendam. Ita factum est, ut Institutum paulatim emineret et numero haud parvo Professorum qui res ad Orientem antiquum spectantes docerent, et libris atque commentariis periodicis editis qui etiam inter doctos fama haud mediocri gauderent.

Quare cum post editam Constitutionem Apostolicam « *Deus scientiarum Dominus* » Statuta Instituti ad novas leges accommodanda et Sacrae Congregationi proponenda essent, Instituti Moderatoribus aliisque qui auctoritate polleant, visum est fore in maiorem S. Ecclesiae utilitatem maiusque studentium commodum, haec de Oriente antiquo studia iam in propria complecti Facultate cui ius quoque esset conferendi gradus academicos. SS.mus D.nus N. Pius PP. XI, ad quem Em.mus Card. Bisleti, Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus Praefectus in audientia diei 26 mensis Iulii de hoc consilio rettulit, petitioni benigne annuere dignatus est, atque Sacra Congregatio, mandato et auctoritate eiusdem Summi Pontificis, decreto d. d. 7 mensis Augusti (cuius decreti exemplar Excellentia Vestra hic annexum inveniet), *Facultatem Studiorum Orientis Antiqui* in Pontificio Instituto Biblico canonice erexit et erectam declaravit cum potestate gradus academicos conferendi ([1]). Eadem Sacra Congregatio litteris d. d. 6 Septembris, Statuta huius novae Facultatis ipsi proposita interim approbavit, reservato in tempus posterius accuratiore eorumdem examine, et permisit ut iam ab initio novi anni academici 1932-33 applicarentur.

Omnibus igitur condicionibus his rite impletis, Facultas Studiorum Orientis Antiqui in nostro Instituto iam inde ab initio novi anni scholastici initium sumet. Ut autem clarius appareat de qua re agatur, honori duco Excellentiae Vestrae, utpote quae Institutum nostrum tanto favore constanter prosequi voluerit, paucis verbis exponere quae sit novae Facultatis ratio et forma.

Novae Facultatis *finis* est, ut in Instituto nostro adulescentibus

---

([1]) V. supra, pag. 61.

qui studia orientalistica suscipere intendunt, sive propter se ipsa sive ut studiis biblicis adiumento sint, illa quae ad haec studia pertinent, praebeantur omnia, atque ita praebeantur, ut horum studiorum ad res biblicas relatio in vera luce appareat atque adeo auditores praeserventur a periculis quae, tristi experientia teste, cum his studiis non raro coniunguntur. Quare inter disciplinas quae praescribuntur, non solum sunt illae quae proprie agunt de rebus orientalisticis, sed praescribuntur singulis annis etiam aliquae disciplinae biblicae quae scientiarum Orientis antiqui cultoribus maiorem praebent utilitatem.

Curriculum ad quod admitti possunt tam ex utroque clero sacerdotes quam etiam selecti laici qui studia media classica suae regionis cum fructu peregerint, non minus *quattuor annis* absolvi potest. Post annum tertium, positis ponendis, conferetur *Licentia;* post alium annum conferri poterit gradus *Doctoris in studiis Orientis Antiqui.*

Curriculum in *quattuor sectiones* dividitur: *aegyptologicam, assyriologicam, iranisticam, semitisticam,* quarum unaquaeque, secundum programma in maioribus Universitatibus adhiberi solitum, non solum linguas sibi proprias complectitur, sed etiam historiam religiosam et civilem, historiam litterarum, geographiam, archaeologiam et si quae alia sunt quae ad eam plene intellegendam requiruntur. Ex his sectionibus singuli auditores unam pro studio principali eligere debent, prout in Statutis ulterius determinatur. Auditoribus autem praesto sunt, praeter lectiones et exercitationes, subsidia *bibliothecae* Instituti operibus orientalisticis optime instructae, et *musei* Instituti in quo plurima obiecta habentur quibus res Orientis Antiqui ulterius illustrentur.

Hisce beviter expositis Excellentiam Vestram rogare audemus ut novae quoque huic Instituti nostri Facultati favorem suum praebere velit, missis imprimis optimis adulescentibus qui in hac Facultate studia sua peragant atque aptos sese efficiant ad ea in posterum ita excolenda et perficienda, ut Ecclesia inde utilitatem capiat et Ecclesiae filii, praesertim cultiores, his studiis iuventur. Nos vero, quantum in nobis est, sollicite adlaborabimus, ut haec nova Facultas et aptissimis Professoribus et ceteris omnibus quae ad hos fines obtinendos conferant, in dies plenius instruatur.

Sacrum pastoralem anulum demisse deosculatus, obsequentis animi sensus significo.

Romae, die festo S. Hieronymi Eccl. Doct.,
30 Septembris 1932.

Excellentiae Vestrae Reverendissimae
humillimus servus in Dno.
AUGUSTINUS BEA, S. I.
Rector Pont. Instituti Biblici.

87. **19 augusti 1932.**

De « Die Missionum » apte parando et fervide celebrando.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum *Dies Missionum* proximo die 23 octobris recurrat, rursus mihi insistendum videtur quo maiori semper alacritate praeparetur atque uberiori cum fructu in ecclesiis et collegiis nostris peragatur.

Ad has commendationes iterandas me impellunt, praeter Summi Pontificis voluntatem saepius manifestatam, litterae hac ipsa de re ab Exc. ac RR. DD. Carolo Salotti, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secretario, eodemque Moderatore supremo Operis pontificii Propagationis Fidei, ad omnes illius Operis moderatores locales nuper missae. Idem etiam suadet praesens temporum ratio. Nam ex litteris e Missionibus allatis mihi compertum est, in hodiernis rerum oeconomicarum angustiis, missionarios non tantum a novis incrementis prohiberi, sed ne suscepta quidem opera promovere posse nisi copiosiore pecunia adiuventur.

Et tamen nunquam forte gentes tanto studio ad religionem christianam amplectendam moveri visae sunt, sicut nunc ubique terrarum, non sine manifesto divini Spiritus afflatu, vehementer impelli cernuntur. In Africae regionibus, ubi ante quinquaginta annos inter feros barbarosque homines vix ullus sperabatur fructus, nunc adeo crevit christianorum multitudo atque continuo crescit, ut missionariorum numerus instruendis catechumenis sit prorsus impar. Iaponia, tot Martyrum sanguine illustrata, quam-

quam per longam annorum seriem Evangelii praeconibus surdas aures praebere videbatur, nostris temporibus signa non obscura dedit, quod vero favore Ecclesiam Catholicam prosequatur. Missiones Sinenses, mediis in calamitatibus, non tantum non sunt periclitatae, sed ita continenter progrediuntur, ut in regiones Societati nostrae commissas, novos undique operarios in auxilium advocare coacti simus. In Indiis offeruntur opportunitates prorsus singulares, dummodo non deficiant operarii nec desint opes. Attamen, quoties mihi variis ex Missionibus afferuntur litterae, quibus queruntur missionarii se scholarum et catechistarum numerum minuere coactos fuisse vel etiam optimos iuvenes ad Seminarium mittere non potuisse quod pecuniam non haberent! Haec una undique vox auditur: « Parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis »; ac dolendum sane ut, dum regiones albae sunt ad messem, operarii opesque deficiant.

Non equidem ignoro nostras quoque regiones tanta rerum inopia premi, ut in dies crescat pauperum multitudo, quae christianorum caritate adiuvari debeat. Attamen, cum ex altera parte videamus quam ingentem pecuniae summam expendant etiam Catholici ut ludis intersint scenicis vel sibi cibaria vestesque comparent plane superflua, facile acquiescere non possumus iis qui contendunt pecuniam iam non inveniri.

Itaque, cum de aeterna tot animarum salute agatur, enixe rogo, ut, Superiorum ductu, Nostri maxima qua possunt cura et alacritate in hunc *Missionum Diem* apte praeparandum insistant. Superioribus quinque annis hac occasione in ecclesiis et collegiis nostris habitae sunt sollemnitates religiosae sane pulcherrimae, atque collecta est pecunia satis ampla. Attamen, e relationibus quae ad me singulis annis undique afferuntur non raro cernere potui exitum huius diei in minoribus quibusdam domibus maiorem fuisse quam in magnis quibusdam magnarum civitatum ecclesiis, quo maior ditiorum fidelium numerus confluere solet. Ceterum manifestum est quantum collata Nostrorum opera et commune studium valeat ad fructum copiosiorem colligendum.

Quare, ut *Dies Missionum* rite praeparetur, saltem die Dominica praecedenti hac de re moneantur fideles. Quod quidem apte fieri poterit foliis gratuito distribuendis, quibus breviter describatur quanto in discrimine versentur Missiones nisi omnes Ecclesiae Catholicae filii pro viribus auxilium suum praestent.

Nec de sola pecunia, ut patet, solliciti esse debemus. Itaque ante omnia invitentur fideles ut precibus Missiones adiuvent, Sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae recipiant, atque sollemnitatibus religiosis intersint, quae hac occasione in templis habebuntur. Deinde suaviter invitentur ut tempore quod *Diem Missionum* antecedit, a superfluo pecuniae usu abstineant, imo, amore animarum impulsi, sibi parva sacrificia imponere ne dubitent, quo similiores fiant missionariis, qui totam vitam ad salvandas animas in longinquis regionibus consumere elegerunt. Id quoque suadeo, quod tam felici exitu non paucis in domibus successit, ut diebus, qui festum diem praecurrunt ac sequuntur, Christifideles, qui nomen ac donum Consociationi Propagationis Fidei dare cupiant, apto loco recipiantur ac rite de ea edoceantur. Ut denique ex parte nostra nihil desideretur, Superiores magna sollicitudine procurare velint ut contio, quae hac die de Missionibus fieri debet, a diserto oratore habeatur, qui serio se ad hoc praeparaverit.

Si omni cum alacritate ubique in templis et Collegiis Societatis hic dies a Nostris eo spiritu celebretur, quo ab Ecclesia praescribitur, persuasum mihi est non tantum maiores pecuniae summas pro Missionibus colligi posse, sed praeterea non paucos fore iuvenes qui ab hac die de sua ad Societatem vocatione cogitare incipiant.

Denique, quod iam pridem praescriptum est, ut nimirum a singulis Superioribus domorum ad Provincialem, a Provincialibus autem ad me brevis sed plena relatio mittatur, rogo ut accurate ac tempestive praestetur. Qua in relatione distincte referri debet quaenam pecuniae summa, non quidem reliquo anni tempore, sed occasione huius *Diei Missionum* sit collata. Gratum mihi quoque erit accipere exemplaria foliorum etc., quae hac occasione evulgentur, ut aliis in exemplum sint futura.

Commendo me ss. SS.

Tusculi, die festo Purissimi Cordis B. M. V.
19 augusti 1932.

R.no V.no
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

88. **22 augusti 1932.**

Nova quaedam documenta de Cruciata Eucharistica communicantur eiusque Secretarius generalis constituitur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Simul cum epistola quam ad omnes Apostolatus Orationis Moderatores, sive de Societate sive externi ii sunt, nuper dedi, cuius exemplar etiam R.ae V.ae mitto (1), puculiares litteras R.ae V.ae iisque Nostris quorum interesse videbitur reservatas scribere opportunum duco, quo clarius totum negotium de quo agitur exponere possim.

Ut ex prima illa epistola facile colligitur, quaestio est de *Cruciata Eucharistica Apostolatus Orationis.*

R.m V.m profecto non latet quam prospere haec Sectio Eucharistica Apostolatus Orationis, a quibusdam Nostris circa annum 1915 inchoata, Deo favente successerit, et quam late, Summis approbantibus Pontificibus, per totum terrarum orbem diffusa sit, ita ut hoc anno ineunte Cruciati isti ad 2.500.000 numerarentur.

Tanti incrementi fructus, inter alios uberrimos, is quoque fuit ut, praeter Nostros, etiam alii ex variis religiosis familiis viri idem pium opus vel simile quid, eodem quoque haud raro usurpato nomine, ad maiorem Eucharistiae cultum strenue promoverint. Inter cetera huiusmodi opera commemoranda est Cruciata illa Eucharistica, quam in Belgio primum, ab anno Domini 1920, Patres Praemonstratenses, adiuvantibus quibusdam Nostris, in monasterio suo Averbodiensi instituerunt et in plures alias regiones invexerunt.

Quamquam haec iam inde ab initio cum nostra coniuncta erat, in eam tamen paulatim quaedam eaque maior in dies inducebatur diversitas maxime in regiminis forma.

Visum igitur est tam nobis quam Praemonstratensibus Pa-

---

(1) V. infra, pp. 165-166.

tribus amicam inire conventionem, ut utriusque Cruciatae iura et officia aperte et rite definirentur. Quam quidem conventionem, post multas ad Deum fusas preces, re diu multumque ex utraque parte perpensa, non ita pridem hic Romae inivimus eamque Sacrae Congregationi Concilii approbandam subiecimus: cuius exemplar R.ae V.ae mitto (1).

Iamvero, cum Sancta Sedes mutuam hanc conventionem ratam habuerit, et utramque Cruciatam Eucharisticam sibi invicem plene independentem declaraverit, et ambas in Primariam per Litteras Apostolicas erexerit, nihil aliud restat quam ut, quod ad nos attinet, initam conventionem eiusque capita fideliter servemus; et dum nostram Cruciatam Eucharisticam Apostolatus Orationis totis viribus, ut par est, promovemus, nullam facessamus difficultatem quominus Praemonstratenses eorumque adiutores suam consociationem foveant propagentque: « Fratres nostri sunt, crescant in mille millia ».

Quod autem nostra Cruciata Eucharistica evecta sit ad Primariam tantum honoris causa, id nobis petentibus factum est, ut idem utriusque Cruciatae esset gradus canonicus, sed simul, pro nostra, omnia onera, quae consociationibus pleno iure primariis imponuntur, vitarentur, cum id nostra Cruciata ad sua iura assequenda minime indigeat, utpote quae iam ad magnam Apostolatus Orationis consociationem ut sectio peculiaris pertineat, et proinde omnia eius iura certo certius communicata habeat.

Haec R. V. curet ut ad eorum ex Nostris notitiam perferantur, quorum intersit pro singulorum munere, ut caritate Christi uniti per tam solidam devotionem Sacratissimo Cordi Iesu maius in dies obsequium et solatium exhibere contendant.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 22 augusti 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

(1) V. infra, pp. 166-167.

AD OMNES MODERATORES APOSTOLATUS ORATIONIS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Communico cum R. V. Litteras Apostolicas « Apostolatus Orationis » die 6 augusti huius anni in forma Brevis datas (1), quibus nostra *Cruciata Eucharistica Apostolatus Orationis* ad Consociationis Primariae dignitatem honoris causa evehitur, ad normam canonis 725.

Ex hoc autem novo Sanctae Sedis erga nostrum opus benevolentiae et aestimationis testimonio, novum omnes Apostolatus Orationis Moderatores incitamentum hauriant oportet ad tam opportunam tamque utilem Apostolatus Orationis sectionem magis magisque in dies promovendam. Nam multum quidem factum est huc usque (quod ipsae Apostolicae Litterae cum laude commemorant), sed plurimum adhuc laboris nos manet, alicubi praesertim, ubi variis de causis *Cruciata* aut ignoratur aut vitam ducit debilem; cum e contra cernamus eam, ubicumque strenue fovetur, optimos ferre fructus, atque magnis perfundi divinis benedictionibus etiam illic, ubi primum magnis obnoxia erat difficultatibus.

Totis igitur viribus adnitendum est, ut *Cruciata Eucharistica* secundum genuinum Apostolatus Orationis spiritum sacro eucharistico igne inflammata ubique evolvatur ac floreat; nec solum pueros, sed etiam adolescentes, iuniores, atque ipsos viros complectatur; idque hac potissimum ratione consequemur, curando ut, qui a pueris in Cruciatam Eucharisticam conscribuntur, ii deinceps eadem via pergere sponte exoptent; atque ita fiet ut paulatim diversa pro aetate ac condicione habeantur agmina, diversa sane ratione excolenda, sed eodem eucharistico simul et apostolico spiritu imbuta.

Itaque, ubicumque Apostolatus Orationis rite est institutus, ibidem desideramus atque enixe commendamus ut etiam *Cru-*

(1) V. supra, pag. 58-60.

ciata Eucharistica sine mora, nisi gravia obstent impedimenta, secundum propriam ipsius rationem instituatur.

Ad maiorem autem laboris unitatem et methodi uniformitatem assequendam, opportunum duxi peculiarem *Cruciatae Eucharisticae* Secretarium generalem constituere, qui apud Directorem generalem delegatum Apostolatus Orationis et sub eius ductu omnia *Cruciatae Eucharisticae* negotia agat eiusque locales Moderatores iuvet: ad hoc munus elegi P. Iosephum Boubée [1], omnibus sane Apostolatus Orationis Moderatoribus bene notum.

Simul cum Litteris Apostolicis de nostra Cruciata Eucharistica similes prodeunt Litterae Apostolicae pro Cruciata Eucharistica Averbodiensi, quam Patres Praemonstratenses regunt: haec primum cum nostra consociata erat; sed, ex peculiari conventione nuper invicem inita et a Sancta Sede approbata, amice statuimus ut sua quaeque via expedite pergat; et nunc etiam haec altera ad Primariae dignitatem evecta est. Id autem fraterna cum laetitia Patribus Praemonstratensibus gratulamur, pro certo habentes utrinque ad id unum adlaboratum iri, ut Regnum Christi citius pleniusque adveniat.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 22 augusti 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu
Dir. Gen. Apost. Orat.

CONVENTIO CUM PP. PRAEMONSTRATENSIBUS INITA.

Accord relatif à la Croisade Eucharistique.

1. — La Croisade Eucharistique dirigée par l'Apostolat de la Prière, et la Croisade Eucharistique dirigée par l'Abbaye d'Averbode, sont deux mouvements analogues mais autonomes, poursuivant un but commun (cf. 3), avec une direction et une organisation distinctes.

---

[1] E Prov. Tolosana.

2. — Pour marquer cette distinction, la première gardera le nom de *Croisade Eucharistique de l'Apostolat de la Prière*; la seconde se nommera *Croisade Eucharistique Pie X* (alias: *Croisade Eucharistique d'Averbode*) en mémoire du grand Pape, auteur des décrets eucharistiques.

3. — Quoique distinctes, les deux Croisades ne se regarderont nullement comme oeuvres rivales, mais comme oeuvres soeurs, et travailleront toutes les deux, chacune selon ses Statuts et dans ses groupements, à l'avènement du Règne eucharistique de Jésus.

4. — Les deux Croisades s'efforceront, pour le plus grand bien des âmes, de réaliser ce parfait accord et d'en donner l'édifiant spectacle. C'est pourquoi:

A) Elles éviteront toute occasion, toute apparence même de conflit, comme d'établir simultanément leurs centres de Croisade Eucharistique dans une même paroisse etc.; sans que cette clause puisse limiter en rien le libre exercice des droits paroissiaux.

B) Elles manifesteront leur concorde fraternelle dans des fêtes ou cérémonies communes: Messes et communions de Croisés, participation aux Congrès eucharistiques, invitation mutuelle aux rèunions, etc.

5. — Entretenant ainsi des rapports cordiaux, elles chercheront toujours à régler promptement et suavement les difficultés qui pourraient surgir. Et, comme leur action est, d'après leurs statuts mêmes, diocésaine et paroissiale, elles s'en remettront, le cas échéant, à la décision des Ordinaires.

Rome, 3 mars 1932.

P. Vanmaele, *O. Praem.*
A. Tesio, *Proc. Gen. S. I.*

89. **27 septembris 1932.**

Communicantur documenta Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, quibus conceditur facultas conferendi Nostris gradus academicos in plerisque Collegiis Nostrorum.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Cum R. V. communico litteras die 8 septembris h. a. datas, quas non ita pridem a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus accepi (1), cum adiuncto Elencho Collegiorum Nostrorum, quibus conceditur facultas conferendi Nostris gradus academicos vel in philosophia vel in sacra theologia vel in utraque disciplina, prout ibidem indicatur (2).

Quamquam haec documenta, quo citius mitti possint, interim ipsa italica lingua qua scripta sunt communicantur (3), facile tamen R. V. inde colligere poterit non modo quaenam ex Collegiis Nostrorum facultate conferendi gradus ornetur et quinam gradus concedantur, sed etiam Statuta a me exeunte iunio Sacrae Congregationi exhibita iam nunc quadam ad tempus approbatione donata esse, utpote quae, saltem quod ad substantiam, congruentia inventa sint cum Apostolica Constitutione « *Deus scientiarum Dominus*» cumque «*Ordinationibus*» quae eam pressius declarant atque definiunt. Itaque eadem Sacra Congregatio, quae omnes nostras petitiones insigni prorsus benevolentia excipiens, omnia ad unum Collegia a me proposita atque ea ipsa ratione qua peteretur approbare dignata est, iam nunc iis concedit ut Statuta exsequi incipiant et secundum ea gradus academicos conferre valeant.

Quapropter aliquot eorum Statutorum exemplaria R.ae V.ae mitto, hoc modo distribuenda: unum R. V. sibi reservet, terna vero singulis suae Provinciae Collegiis Nostrorum det, quae in

(1) V. supra, pag. 62.
(2) V. supra, pag. 64.
(3) Nunc tamen versio latina addita est: v. supra, pag. 63.

adnexo Elencho indicantur. At, cum nondum sint publici iuris facienda donec a Sacra Congregatione post accuratius examen definitive approbentur (quaedam enim partes possunt etiamnunc mutari), Nostri his exemplaribus magna cum cautione utantur oportet. Ideoque curet R. V. ut ea habeantur tamquam « reservata »: unum apud P. Rectorem Collegii, alterum apud Praefectum studiorum, reliqua apud Decanos Facultatum vel apud unum alterumve ex praecipuis Professoribus, apud quos ea ab aliis Professoribus consuli poterunt.

De usu Facultatis conferendi gradus postea scribam; hoc unum iam nunc monendum duco: ne Rectores titulo *Rectoris magnifici* utantur.

Ad Statuta exsequenda quod attinet, curandum sane est ut saltem substantialia statim serventur: quod ad capita singularia hoc anno facultatem facio ut per vos ipsi videatis (id est R. V. cum Rectore et Facultatum Consilio) quid fieri possit ac debeat; dein, quando pleno iure Statuta approbata fuerint, peculiares de singulis normas ipse communiter statuam et tempestive cum iis quorum intererit communicabo. Iam nunc tamen curet R. V. ut Professores summum rei momentum percipiant ac labori scientifico totos se dedant atque eidem labori suos discipulos assuefacere conentur, apostolicis ministeriis sepositis aut saltem ad minimum redactis. Meminerint me singulis trienniis de singulorum Collegiorum statu et labore scientifico peracto Sacrae Congregationi rationem reddere debere; nec satis erit textus scholasticos quamquam pluries editos et auctos exhibere, sed etiam peculiares Professorum labores, monographias, tractatus, articulos, quibus scientia ecclesiastica revera promota esse cernatur.

Inter Statutorum articulos peculiari ratione attendatis velim ad num. 38: non iam enim, ut mihi diserte declaratum fuit, nobis uti licet privilegio per Rescriptum die 26 iulii 1923 (cfr. Epit. n. 348) datum Societati ad decennium concesso; de illo autem renovando aut confirmando certo certius ne cogitari quidem potest. Iam nunc igitur sciant Nostri puncta quidem ad gradum usitato tempore sumere licere, sed omnes etiam post puncta scholas frequentare debere, quae omitti poterunt tantum duobus ultimis mensibus anni scholastici.

Ceterum, quoniam nimis diversae in variis Provinciis punctorum ad gradum formulae adhibentur ita ut ipsum examen ad

gradum vera quadam ratione non eiusdem ubique iam esse difficultatis dici possit, quam primum huiusmodi formulas punctorum ad gradum examinandas et theses aequa proportione distribuendas curabo, ut, salva quadam formularum varietate, omnes examinandi periculum vere idem subire iure aestimentur.

Vehementer commendo ut omnes, ad quos pertinet, haec nova de studiis ordinandis praescripta totis viribus exsequenda suscipiant, cum et de aperta Sanctae Sedis voluntate et de magno (ut in Domino confido) totius Societatis bono agatur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 27 septembris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

90. **3 octobris 1932.**

Congregatio praeparatoria de miraculis Ven. P. Iosephi Pignatelli Nostrorum precibus commendatur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum in diem 22 proximi mensis novembris indicta sit Sacrorum Rituum Congregatio *praeparatoria* de duobus miraculis Ven. P. Iosephi M. Pignatelli, quae proponuntur in ordine ad eius beatificationem, curet R. V. ut optatus huius Congregationis exitus omnium Nostrorum precibus impense commendetur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 3 octobris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

91. **8 octobris 1932.**

De nova Scriptorum Domo apud Curiam Societatis, sed ab ea distincta, nuper constituta.

AD R. P. ADULFUM MARIOTTI

PROVINCIAE ROMANAE PRAEPOSITUM.

Reverende in Xto. Pater:

P. Xti.

Quamquam hac de re ore tenus cum R. V. iam egi, ut tamen id etiam scripto constet, R.m V.m certiorem facio nuper (1) in nostris his aedibus, sed a Curia Societatis distinctam, veram ac propriam *Domum Scriptorum* constitutam esse, a Praeposito Generali pro tempore immediate dependentem, cui primus Superior praefectus est P. Gabriel Huarte, e Prov. Castellana.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 8 octobris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) Id est a die 30 sept. 1932.

92. **10 octobris 1932.**

Novus libellus « Praxis Congregationis Provincialis » nuntiatur et promulgatur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

R.ae V.ae mitto exemplar novi libelli « *Praxis Congregationis Provincialis* », qui nuper prodiit (1). Huius vero libelli pretium triginta italicae libellae centesimis constat, quibus adiungendae erunt variae pro variis regionibus vectionis expensae.

Cum autem, praeter exemplaria Patribus Congregationis Provincialis distribuenda (*Praxis,* n. 2), fortasse alia plura desideretis, velit R.a V.a nobis indicare quot exemplaria sibi mitti debeant.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 10 octobris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS DEMAUX-LAGRANGE
Secr. Soc. Iesu.

---

(1) Libello haec praeposita est Patris Nostri approbatio:
Hunc libellum approbamus et cum Societate communicamus, ut quae in eo habentur in usum deducantur.

Romae, 10 octobris 1932, in festo S. Francisci Borgiae.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

93. **10 octobris 1932.**

Congregatio Procuratorum in annum 1933 indicitur, et Elenchus Domorum maiorum etc. hac occasione confectus aliaque consueta documenta mittuntur.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM
ET VICEPROVINCIARUM AC SUPERIORES MISSIONUM.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum proximo anno 1933, ex Instituti praescripto, habenda sit Congregatio Procuratorum, eam, adhibitis in consilium PP. Assistentibus, iam hodierno die, S. Francisco Borgiae sacro, ut ante tres annos, petentibus quibusdam Provinciis transmarinis, factum est, indicere statui, quo commodius ubique Congregationes Provinciales haberi et documenta Romam afferenda tempestive parari possint.

Itaque decerno die 26 septembris proximi anni Provinciarum Procuratores Romae adesse debere, ut postero die, quo natae confirmataeque primum Societatis memoriam quotannis recolimus, primus habeatur Congregationis consessus. Conveniendi locus erit praesens Praepositi Generalis sedes.

Praepositorum Provinciarum erit opportuno tempore Congregationem Provincialem indicere, eos qui ius habent convocare, et curare ut, statim post indictam Congregationem Provincialem, ad mensam legantur ea quae hac occasione legi debent (¹).

Quinam autem Superiores locales, utpote a P. Generali nominati, convocandi sint, et quatenus ii qui in territoriis a reliqua Provincia separatis, non tamen in Missionem aut Viceprovinciam dependentem erectis, ad eam vocandi sint, in Elencho huic epistolae adiuncto declaratur.

Ut videri potest in Elencho allato, omnibus *Viceprovinciis independentibus* ius conceditur mittendi Romam, occasione Congregationis Procuratorum, Relatorem, qui eligi debebit ad nor-

---

(¹) Cfr. Libellus: *Ad mensam legenda variis anni temporibus,* n. 9.

mam Formulae (1); quod vero ad *Viceprovincias Missionesque dependentes* attinet, quibusdam conceditur ut eodem iure utantur atque ipsa Provincia; — aliis, iisque non paucis, ut Patrem aliquem mittant ad Congregationem Provinciae a qua pendent; — quibusdam denique, ut Patrem aliquem mittant ad Congregationem Provincialem eundemque Romam, ceu Relatorem, occasione Congregationis Procuratorum.

Dubia, si quae occurrant, de iure vocis sive activae sive passivae ad Congregationem Provincialem, mihi mature solvenda proponantur (2).

Documenta triennalia mature conficiantur secundum Instructionem mox mittendam.

Meminerint Superiores omnes, nullius praeter Generalis censurae obnoxium esse litterarum commercium cum Procuratore a Provincia electo, vel cum Relatore Viceprovinciae aut Missionis. Procuratorum autem privilegium durat donec Congregatio Procuratorum solvatur; Relatorum vero, donec officium Romae impleverint (3).

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo S. Francisci Borgiae,
10 octobris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) Form. Congr. Prov., n. 2.
(2) Cfr. Form. Congr. Prov., n. 14.
(3) Cfr. Epit., edit. secunda, n. 256 § 3.

ELENCHUS

DOMORUM MAIORUM

OPERUM PLURIBUS PROVINCIIS COMMUNIUM

SEMINARIORUM NOSTRORUM PLURIBUS PROVINCIIS COMMUNIUM

VICEPROVINCIARUM ET MISSIONUM

occasione Congregationis Procuratorum anni 1933 confectus.

I.

DOMUS MAIORES.

Domus maiores ipso iure sunt eae omnes, quarum Superior, quocumque appellatur nomine, a Praeposito Generali, ternis propositis nominibus, constituitur (cfr. Epit. n. 733, 2°; *Act. Rom.*, vol. V, 1925, pp. 285 sqq.; vol. VI, 1929, pp. 345 sqq.).

Tales sunt:

a) Omnes Domus professae.

b) Omnia Seminaria Nostrorum (Domus probationis, sive primae et secundae, sive tertiae; Collegia Nostrorum).

c) Omnia Collegia alumnorum, quocumque nomine vocantur, etiam tantum inchoata (cfr. Epit. n. 29 § 1, 3°).

d) Seminaria minora Societatis (cfr. Epit., *ibid.*), quae scholas proprias habeant.

e) Seminaria clericalia, quae Societatis curae stabili aliqua ratione concredita sint.

f) Residentiae maiores.

* * *

Ad *Residentias maiores* quod pertinet, earum elenchum completum hic exhibere visum est, inclusis etiam illis Residentiis quae in Viceprovinciis et Missionibus habentur.

Si autem in hoc elencho quaedam referantur Residentiae quae hucusque inter maiores non recensebantur, earum Superiores eo ipso a Praeposito Generali nominati censendi sunt cum omnibus iuribus huic nominationi annexis, ita tamen ut initium re-

giminis non ab huius elenchi, sed a susceptae gubernationis die computetur (Cfr. *Acta Rom.*, vol. V, 1925, pag. 286).

Assistentia Italiae.

Prov. Romana:
Resid. Romana ad SS. Nom. Iesu.
Prov. Neapolitana:
Resid. Neapolitana ad SS. Nom. Iesu.
Prov. Sicula:
Resid. Panormitana ad SS. Nom. Iesu.
Prov. Taurinensis:
Residentiae Genuensis et Taurinensis.
Prov. Veneta:
Resid. Mutinensis.

Assistentia Germaniae.

Prov. Austriae:
Resid. Klagenfurtensis.
Prov. Germaniae Sup.:
Residentiae Bonnensis, Coloniensis, Dusseldorpiensis, Holmiensis (Stockholm).
Prov. Germaniae Orient.:
Resid. Wratislaviensis (Breslau).
Prov. Germaniae Sup.
Resid. Monacensis S. Ignatii.
In M. Helvetica: Coetus I, Coetus II.
Prov. Hungariae:
Resid. Budapestinensis.
Prov. Neerlandica:
Resid. Haga-Comitana ad B. M. V.
In M. Bataviae: Resid. Bataviensis.

Assistentia Galliae.

Prov. Campaniae:
Residentiae Argentinensis (Strasbourg), Insulana Stationum, Nanceiana.

In M. Fianarantsoa: Resid. Ambositrensis.

PROV. FRANCIAE:

Resid. Parisiensis ad S. Germani.

In M. Nankinensi: Residentiae S. Ioseph in Yang-king-pang (Shanghai) et Nankinensis.

PROV. LUGDUNENSIS:

Residentiae Gratianopolitana et Massiliensis.

PROV. TOLOSANA:

Residentiae Burdigalensis et Tolosana.

In Viceprov. Madurensi: Residentiae Madurensis, Palamcottahensis, Trichinopolitana.

In M. Tananarivensi: Resid. Tananarivensis S. Francisci Xaverii (Antanimena).

Assistentia Hispaniae.

PROV. ARGENTINO-CHILENSIS:

Resid. Cordubensis.

PROV. BAETICA:

Residentiae Granatensis et Hispalensis.

PROV. CASTELLANA:

Resid. S. Sebastiani.

PROV. LEGIONENSIS:

Residentiae Santanderensis et Vallisoletana.

In Viceprov. Cubana: Resid. Habanensis.

PROV. LUSITANA:

Olyssiponensis Domus Scriptorum.

PROV. MEXICANA:

Resid. Mexicopolitana II S. Mariae ad Nives.

PROV. TOLETANA:

Matritensis Domus Scriptorum.

In Viceprov. Peruviana: Resid. Limensis.

Assistentia Angliae.

PROV. ANGLIAE:

Resid. Londinensis Imm. Concept.

VICEPROV. AUSTRALIAE:

Residentiae Melbournensis S. Ignatii et Norwoodensis.

Prov. Belgica:

Residentiae Bruxellensis et Gandavensis.

In M. Kwangensi-Kisantuensi: Res. Kisantuensis.

Prov. Hiberniae:

Resid. Dublinensis S. Franc. Xav.

Assistentia Americae.

Prov. Chicagiensis:

Resid. Mundeleiniana.

Prov. Novae Angliae:

Resid. Bostoniensis S. Mariae.

Assistentia Slavica.

Prov. Cechoslovakiae:

Resid. Pragensis.

« Prov. » Iugoslaviae:

Residentiae Labacensis et Zagrabiensis.

Prov. Poloniae Maioris et Mazoviae:

Resid. Varsaviensis.

Prov. Poloniae Minoris:

Residentiae Cracoviensis ad S. Barbarae et Leopolitana SS. Apost. Petri et Pauli.

II.

OPERA PLURIBUS PROVINCIIS COMMUNIA VEL A PRAEP. GENERALI IMMEDIATE DEPENDENTIA

(Form. C. Prov. n. 22, 1°).

Sunt autem in praesenti:

In Assistentia Italiae:	
Pont. Institutum Biblicum Pont. Institutum Orientale Pont. Collegium Russicum Periodicum « Civiltà Cattolica » Domus Scriptorum Societatis	*quae a Praeposito Generali immediate pendent.*
In Assistentia Germaniae:	
Periodica «Stimmen der Zeit» et «Die Katholischen Missionen»	*communia tribus Provinciis Germaniae.*
In Assistentia Gallicae:	
Periodicum « Etudes » Opus « Action populaire »	*communia omnibus Provinciis Galliae.*
In Assistentia Hispaniae:	
Opus « Fomento social » Periodica « Razón y Fe » et « Estudios eclesiásticos »	*communia omnibus Provinciis Hispaniae.*
In Assistentia Americae:	
Periodica « America » et « Jesuit Missions »	*communia omnibus Provinciis Americae.*
In Assistentia Slavica:	
Opus Scriptorum Cracoviense	*commune duabus Provinciis Poloniae.*

Qui ad haec opera applicati sunt, in propria Provincia utramque vocem retinent, nisi, propter nimiam distantiam, aut voce

activa uti nequeant (Form. n. 17) aut, ut dicitur in *Notandis* (n. 1), vocem passivam non habeant.

III.

SEMINARIA NOSTRORUM PLURIBUS PROVINCIIS COMMUNIA

(Form. C. Prov. n. 22, 2°).

Talia habenda sunt in praesenti:

IN ASSISTENTIA GERMANIAE:

Domus tertiae probationis S. Andreae Collegium Nostrorum (Theol.) Oenipontanum Collegium Nostrorum (Philos). Pullacense	*communia Provinciis Austriae et Germaniae Sup.*
Domus tertiae probationis Monasteriensis Collegium Nostrorum Valkenburgense	*communia Provinciis Germaniae Inf. et Germaniae Orient.*

IN ASSISTENTIA GALLIAE:

Domus tertiae probationis Parediensis Collegium Nostrorum (Theol.) Lugdunense Collegium Nostrorum (Philos.) Jerseyense	*communia Provinciis Franciae et Lugdunensi.*
Domus tertiae probationis Ambianensis Collegium Nostrorum (Theol.) Angiense Collegium Nostrorum (Philos.) Valsense	*communia Provinciis Campaniae et Tolosanae.*

IN ASSISTENTIA HISPANIAE:

Domus tertiae probationis Manresana (interim in pago Morialmé in Belgio)	*communis Provinciis Aragoniae et Castellanae.*
Domus tertiae probationis Salmanticensis (interim in pago Canavezes in Lusitania)	*communis Provinciis Legionensi, Baeticae et Toletanae.*
Collegia Nostrorum (Theol. et Philos.) Oniense et Granatense (interim simul unita Marneffiae in Belgio)	*communia Provinciis Castellanae, Baeticae et Toletanae.*

IN ASSISTENTIA ANGLIAE:

Domus tertiae probationis Tremeirchionensis S. Beunonis	*communis Provinciis Angliae et Hiberniae.*

IN ASSISTENTIA AMERICAE:

Domus tertiae probationis Port Townsend Collegium Nostrorum (Philos.) Montis Sancti Michaelis	*communia Provinciis Californiae et Oregoniensi.*
Domus tertiae probationis Clevelandensis	*communis Provinciis Chicagiensi et Missourianae.*
Domus tertiae probationis Poughkeepsiensis	*communis Provinciis Marylandiae et Novae Angl.*
Collegium Nostrorum (Theol.) Sanctae Mariae Collegium Nostrorum (Philos.) S. Ludovici	*communia Provinciis Missourianae, Chicagiensi et Neo-Aurelianensi.*

IN ASSISTENTIA SLAVICA:

Collegium Nostrorum (Theol.) Lublinense Collegium Nostrorum (Philos.) Cracoviense Collegium Nostrorum (Iunior.) Pinscense	*communia duabus Provinciis Poloniae.*

Qui ad haec Seminaria applicantur, utramque vocem retinent in propria Provincia, dummodo ipsi pertineant ad unam ex Provinciis quibus hae domus sunt communes; si vero ad nullam ex his pertineant, serventur normae generales Form. C. Prov. nn. 7 et 17.

IV.

TERRITORIA SEPARATA A RELIQUA PROVINCIA

A) *In quibus idem ius viget atque in Provincia* (Form. C. Prov. n. 8 § 3):

ASSIST. ITAL.: Ins. Melita (*Sic.*).
Ins. Sardinia (*Taur.*).
ASSIST. GALL.: Algeria (*Lugd.*).
Ins. Corsica (*Lugd.*).
ASSIST. HISP.: Ins. Baleares (*Arag.*).

B) *Quibus conceditur ius mittendi unum ad Congr. Provincialem*:

ASSIST. HISP.: Ins. Canariae (*Cast.*): Rect. Coll. Palmensis.

C) *E quibus nullus interim ad Congregationes venit*:

ASSIST. AMER.: Alaska Australis (*Oregon.*).

V.

VICEPROVINCIAE INDEPENDENTES

Quibus, praeter ius, quod habent ex Instituto, mittendi Procuratorem ad Congregationem Generalem (Form. C. Gen. n. 7, 4°; Epit. n. 717), *ius quoque conceditur mittendi Relatorem, occasione Congregationis Procuratorum* (Form. C. Prov. n. 2 § 2):

ASSIST. ITAL.: Vicepr. Brasiliae Centralis.
ASSIST. ANGL.: Vicepr. Australiae.
Vicepr. Canadae Superioris.
ASSIST. SLAV.: « Prov. » Iugoslaviae.

VI.

VICEPROVINCIAE DEPENDENTES

I. — *In quibus idem ius viget atque in Provincia* (Form. C. Prov. n. 9 § 2):
ASSIST. GERM.: « Prov. » Lithuaniae (*Germ. Orient.*).

ASSIST. SLAV.: Vicepr. Slovakiae (*Cechoslov.*).
Vicepr. Rumaenica (*Pol. Min.*).

II. — *Quibus ius conceditur mittendi*:

a) *Aliquem ad Congr. Provincialem;*
b) *Relatorem occasione Congr. Procuratorum;*
c) *Procuratorem ad Congr. Generalem* (Form. C. Prov. n. 2 §§ 2 et 3):

ASSIST. GALL.: Vicepr. Madurensis (*Tolos.*).
ASSIST. HISP.: Vicepr. Aequatoriana (*Baet.*).
Vicepr. Cubana (*Legion.*).
Vicepr. Peruviana (*Tolet.*).
Vicepr. Venezolana (*Castell.*).

VII.

MISSIONES DEPENDENTES

I. — *Quibus conceditur ius mittendi*:

a) *Aliquem ad Congr. Provincialem;*
b) *Relatorem occasione Congr. Procuratorum;*
c) *Procuratorem ad Congr. Generalem* (Form. C. Prov. n. 2 §§ 2 et 3 et n. 9 § 3).

ASSIST. ITAL.: M. Calicutensis (*Ven.*).
ASSIST. GERM.: M. Bataviae (*Neerl.*).
ASSIST. GALL.: M. Fianarantsoa (*Camp.*).
M. Nankinensis (*Franc.*).
M. Sienhsien (*Camp.*).
M. Syriae (*Lugd.*).
M. Tananarivensis (*Tolos.*).
ASSIST. HISP.: M. Bombayensis (*Arag.*).
M. Brasiliae Sept. (*Lusit.*).
ASSIST. ANGL.: M. Calcuttensis-Ranchensis (*Belg.*).
M. Kwangensis-Kisantuensis (*Belg.*).
M. Salisburiensis (*Angl.*).
ASSIST. AMER.: M. Philippinarum (*Maryl.*).

II. — *In quibus idem ius viget atque in Provincia* (Form. C. Prov. n. 9 § 2):

ASSIST. ITAL.: M. Albaniensis (*Ven.*).
M. Graeca (*Sic.*).
ASSIST. GERM.: M. Danica et Suecica (*Germ. Inf.*).
M. Helvetica (*Germ. Sup.*).

ASSIST. HISP.: M. Magdalenensis (*Columb.*).
M. Tarahumarensis (*Mexic.*).
ASSIST. ANGL.: M. Caughnawagensis (*Can. Inf.*).
ASSIST. AMER.: M. Dakotae Merid. (*Missour.*).
M. Montium Sax. (*Oregon.*).
ASSIST. SLAV.: M. Orientalis (*Pol. Mai. et Maz.*).

III. — *Quibus conceditur ius mittendi aliquem ad Congr. Prov.* (Form. C. Prov. n. 9 § 3):

ASSIST. ITAL.: M. Pengpu (*Taur.*).
ASSIST. GERM.: M. Hiroshimensis-Tokiensis (*Germ. Inf.*).
M. Poonensis (*Germ. Sup.*).
ASSIST. GALL.: M. Aegyptiaca (*Lugd.*).
M. Trincomaliensis (*Camp.*).
ASSIST. HISP.: M. Americae Centr. (*Mexic.*).
M. Ankinensis (*Legion.*).
M. Carolin.-Marian. (*Baet.*).
M. Goana (*Lusit.*).
M. Wuhu (*Castell.*).
ASSIST. ANGL.: M. Gallensis (*Belg.*).
M. Guianensis (*Angl.*).
ASSIST. AMER.: M. Alaskana Borealis (*Oregon.*).
M. Iamaicensis (*Nov. Angl.*).
M. Hondurensis (*Missour.*).
M. Patnensis (*Chicag.*).

IV. — *E quibus nullus interim ad Congregationes venit*:

ASSIST. GALL.: M. Armeniae (*Lugd.*).
ASSIST. HISP.: M. Shiuhing (*Lusit.*).
ASSIST. ANGL.: M. Honkong (*Hib.*).
M. Süchow (*Can. Inf.*).
ASSIST. AMER.: M. Iraquensis (*Nov. Angl.*).
ASSIST. SLAV.: M. Brokenhillensis (*Pol. Min.*).

NOTANDA QUAEDAM
OCCASIONE CONGREGATIONIS PROCURATORUM
ANNO 1933 HABENDAE.

I. — IN PROVINCIIS.

1. — *De voce passiva in Congregatione Provinciali eorum qui versantur extra Provinciam vel in Viceprovinciis Missionibusque*

dependentibus (Form. Congr. Prov. n. 19 § 1, 2°), renovatur declaratio data die 8 dec. 1926 et 27 oct. 1929: « Vocem passivam habent ii qui intra hebdomadam commode vocari valent, idque, si dubium est, iudicio illius coetus de quo in Form. n. 16 » (*Act. Rom.*, vol. V, 1926, pag. 545, 1; vol. VI, 1929, pag. 355, 1).

2. — *De ipsa Congregatione Provinciali habenda et de modo conscribendi Acta Congregationis*: videatur libellus nuper editus « *Praxis Congregationis Provincialis* ».

II. — In Viceprovinciis independentibus.

3. — In electione Relatoris Romam mittendi occasione Congregationis Procuratorum (quod ius concessum est omnibus Viceprovinciis independentibus) servanda sunt accurate ea quae praescripta sunt in Formula Congregationis Provincialis n. 2 §§ 4 et 6, sicut explicantur in Appendice ad libellum « *Praxis Congregationis Provincialis* ».

III. — In Viceprovinciis Missionibusque dependentibus.

4. — Praepositi earum Viceprovinciarum dependentium et Superiores earum Missionum dependentium, quibus ius conceditur mittendi Romam Relatorem occasione Congregationis Procuratorum, P. Generalem mox certiorem faciant utrum ipsi venturi sint an, impediti, alium, et quemnam alium, sibi substituerint. Attente autem considerent ipsi (aut iis qui eorum loco venturi sunt considerandam tradant) *Instructionem pro Procuratoribus et Relatoribus Viceprovinciarum et Missionum*, quae nunc mittitur.

Romae, die 10 octobris 1932.

Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

INSTRUCTIO PRO PROCURATORIBUS PROVINCIARUM ET RELATORIBUS VICEPROVINCIARUM ET MISSIONUM

ANNO 1933 ROMAM VENTURIS.

1. — *Meminerint Procuratores* duplex sibi officium committi a Societate: primum, vi ipsarum S. Patris Constitutionum, Praepositum Generalem informandi de statu suae Provinciae; alterum, a Congr. Gen. II additum, decernendi num adsint rationes secundum Institutum nostrum Congregationem Generalem cogendi.

Porro primum officium tanti fecit Sanctus Pater Noster ut illud habuerit unum ex tribus mediis, quibus frequentiam Congregationum Generalium suppleri possit; atque ea de causa voluerit, eo etiam tempore quo itinera adeo difficilia et periculosa essent, ut ex Indiis, quarto saltem quoque anno, aliquis mitteretur (*Const.*, P. VIII c. 2, B).

Quare necesse est Procuratores hanc quoque partem sui officii magni faciant et ad illud exercendum diligenter se praeparent.

2. — *Ad has informationes parandas* Procuratores non debent quasi inquisitionem aliquam in Provincia instituere vel ratione muneris sui per domos Provinciae excurrere (Form. Congr. Prov. n. 89, 1°), sed satis habeant sedulo colligere ea quae ipsi animadverterint vel quae a Provinciali acceperint, vel quae ab aliis audierint, sive tempore Congregationis Provincialis sive post, aut quae ad se per litteras afferantur; hanc enim unam ob causam eorum litterarum commercium a cuiusvis, praeter Generalis, censura immunis est toto hoc tempore (Epit. n. 256 § 3). Haec autem omnia ita collecta coram Deo attente perpendat Procurator, et maiorem Dei gloriam bonumque Provinciae et Societatis unice intendens atque perfecta indifferentia munitus (Form. Congr. Proc. n. 33), curet ad certa capita reducere et breve quoddam commentarium conficere (Form. Congr. Proc. n. 32), cui addere ne omittat indicem quo uno veluti conspectu totius rei summa percipiatur.

Duo autem potissimum ante oculos habeat et Praeposito Generali praesertim significet: quibus in rebus Provincia progressus fecerit; quaenam detrimenta passa sit vel passura videatur.

3. — *Ad negotia quod attinet* Procuratoribus commissa, ut ea cum P. Generali peculiari ratione pertractent, ante omnia ne ea sint quae ordinaria administratione peragi possint; talia enim melius ipse Provincialis vel Superiores locales vel subditi per litteras exponent. Negotia vero quae pertractanda assumentur, sicut de relatione status Provinciae dictum est, in unum commentarium, indice instructum, redigantur.

4. — Cum primum Procuratores Romam advenerint utrumque commentarium Patri Secretario tradant, praeter res soli Generali forte reservandas, quae separatis pagellis ipsi Generali afferendae erunt. Sciant porro ad omnia quae ad negotia referuntur et alicuius sunt momenti, opportuno tempore in scriptis suum datum iri responsum.

5. — Quae in Formula Congregationis Provincialis (n. 89, 2° et 3°) de negotiis saecularibus non suscipiendis et de ratione iter faciendi commendantur, omnes Procuratores diligenter servent, ut bonum Christi odorem ubique diffundant, memores se suae quemque Provinciae personam agere eiusque famam secum ferre.

6. — Quoniam autem, secundum n. 31 Formulae Congregationis Procuratorum, informatio de statu Provinciae Praeposito Generali praebenda est *ante vel post* Congregationem, cumque omnino oporteat ut idoneum ad id tempus habeant, ex altera vero parte, Procuratorum numero haud parum aucto, impossibile prorsus sit ut sub ipsa Congregatione omnes cum Patre Generali commode agant (praesertim si, ut saepe fit, plerique eorum, Congregatione vix habita, ab Urbe discedere exoptent), necesse est ut Patres, qui reditum in Provinciam maturare debeant, aliquibus diebus ante Congregationem (sed non ante 20 septembris) Romam veniant. Velint igitur singuli Procuratores de die sui in Urbem adventus Patrem Secretarium tempestive certiorem facere, ut dies pro colloquio cum Patre Generali cuique assignetur.

7. — Quae de Provinciarum Procuratoribus hic dicuntur, etiam *Viceprovinciarum et Missionum Relatores,* qui Romam venturi sunt, sibi dicta (congrua congruis referendo) existi-

ment [1]. Quo autem commodius cum Patre Generali agere possint, cum ii « non necessario eodem tempore ac Provinciarum Procuratores in Urbe adesse debeant » [2], non sub ipsa Congregatione, sed ante diem 15 iulii aut post diem 10 octobris venire curent, monito, ut supra dictum est, Patre Secretario de tempore sui adventus. Qui vero ex dissitis regionibus exspectantur, eundem P. Secretarium edocere velint de ipso suo in Europam adventu, etsi non statim Romam venire possint, et de loco in quem litterae ad se mitti debeant in Europa.

Romae, die 10 octobris 1932.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

INSTRUCTIO DE DOCUMENTIS TRIENNALIBUS

OCCASIONE CONGREGATIONIS PROCURATORUM A. 1933 EX OMNIBUS PROVINCIIS ET VICEPROVINCIIS INDEPENDENTIBUS ROMAM AFFERENDIS.

I. — CATALOGUS PERSONARUM PRIMUS.

In hunc catalogum referendi sunt ii omnes et soli qui ad sacerdotium promoti sunt post 1 ian. 1930, vel qui, iam sacerdotes Societatem ingressi, prima vota emiserunt post 1 ian. 1930, et qui insuper 1 ian. 1933 in Provincia modo stabili degent, ad quamcumque demum Provinciam pertineant.

(Duo exemplaria; — adhibitis schedis ad Provinciam missis. — Schedae autem ordinentur secundum ordinem alphabeticum nominum familiae).

II. — CATALOGUS PERSONARUM SECUNDUS.

In hunc catalogum referendi sunt ii omnes et soli qui ad sacerdotium promoti sunt post 1 ian. 1930, vel qui, iam sacerdotes Societatem ingressi, prima vota emiserunt post 1 ian. 1930, — et qui insuper 1 ian. 1933 erant « de Provincia » (Form. C. Prov. n. 10); i. e.:

a) Qui ex hac sunt Provincia, neque alienae applicati; ergo ii etiam qui versantur in alienis Provinciis et his non applicantur;

---

(1) De privilegio Relatoribus concesso quod ad litteras, cfr. Epitome n. 256 § 3 (edit. secund.).

(2) Cfr. Resp. d. 31 maii 1927: in *Act. Rom.*, vol. V, 1927, pp. 736 sq.

quales ii quoque sunt qui occupantur in operibus pluribus Provinciis communibus (de quibus in Elencho, annexo Epistolae 10 oct. 1932, II).

b) Qui sunt ex aliena Provincia, sed huic applicati; quales sunt ii etiam qui ex aliena Provincia applicati sunt Seminario Nostrorum huic et alienae Provinciae communi (de quibus idem Elenchus, III).

(Duo exemplaria; — adhibitis schedis ad Provincias missis. — Schedae autem ordinentur secundum ordinem alphabeticum nominum familiae).

III. — Supplementum triennale ad catalogum personarum primum et secundum.

In hunc catalogum referendi sunt Sacerdotes omnes et soli de quibus triennio praecedente confectus est Catalogus Primus et Secundus, sive in hac sive in alia Provincia (i. e. qui 1 ian. 1930 ad sacerdotium iam promoti erant; vel qui, iam sacerdotes Societatem ingressi, 1 ian. 1930 prima vota iam emiserant), — et qui insuper 1 ian. 1933 in Provincia modo stabili degent, ad quamcumque demum Provinciam pertineant.

(Duo exemplaria; — adhibitis schedis ad Provincias missis. — Schedae autem ordinentur secundum ordinem alphabeticum nominum familiae).

N. B. — 1. Neque in Catalogis personarum neque in eorum Supplemento triennali afferendi sunt Patres qui applicati sunt Curiae Generalitiae vel operibus a P. Generali immediate dependentibus (quae enumerantur in eodem Elencho, II).

2. Si quod dubium occurrat de Catalogis vel de Supplemento, utrum quis in huius an in alienae Provinciae Catalogos vel Supplementum sit referendus, dubium mature inter ipsos Provinciales solvatur, ita ut nemo sit qui in aliquo Catalogo vel Supplemento non afferatur.

IV. — Elenchi triennales admissorum in novitiatum, admissorum ad vota sive prima sive ultima, transcriptorum ex alia vel in aliam provinciam.

Triennium intelliguntur anni civiles 1930, 1931, 1932. In hunc Elenchum referendi sunt omnes et soli Nostri qui sunt ex Provincia (Epit. n. 817 § 1), in quacumque degant Provincia; etiam si applicati sint alienae Provinciae, vel Curiae Generalitiae, vel operibus a P. Generali immediate dependentibus.

(Unum exemplar; — adhibitis foliis ad Provincias missis; — foliis solutis; — suo cuique paginae adscripto numero et numeratione paginarum continua).

V. — CATALOGUS APTORUM AD GUBERNANDUM (de quo libellus « Pratica quaedam ad Formulam scribendi », nn. 34-38).

In hoc Catalogo agendum est de Patribus qui sunt « de Provincia », ut supra explicatur de Catalogo secundo. In tres partes dividendus est.

In prima parte afferantur informationes de iis qui actu gubernant (cfr. citatus libellus n. 34 § 2); — in secunda parte, de iis qui olim gubernarunt et etiam nunc censentur certo apti; addito elencho eorum qui non iam censentur apti, et significata ratione talis iudicii (ib. § 3); — in tertio, de iis qui nondum gubernarunt, sed censentur certo apti; sive proxime (i. e. hic et nunc), sive remote (i. e. supposito aliquo progressu, qui merito sperandus videtur) (ib. §§ 1 et 4). Caveatur autem a nimia severitate in tali iudicio, ne contingat, quod non est infrequens, ut sequente triennio proponantur ut Superiores, et proinde ut proxime apti, ii qui in Catalogo triennali neque ut remote apti propositi erant.

In tribus partibus Responsa Informatorum et Iudicia Consultorum referantur eo modo qui praescribitur in eodem libello n. 48.

Omnium foliorum totius Catalogi numeratio sit continua, et omnibus foliis praeponatur index unicus nominum familiae, addito asterisco iis qui nondum gubernarunt. Etiamsi Catologus Viceprovinciarum et Missionum dependentium conficiatur separatim, ut habetur ib. n. 36 § 2, index semper sit unicus.

(Duplex exemplar; — adhibito paradigmate a. 1929 ad Provincias misso, quod quattuor paginis constat, et cuius exemplaria ad Provincias quae id petierint mittentur. — Mittatur autem utrumque exemplar foliis solutis; — suo cuique informationi adscripto numero et foliorum numeratione continua).

VI. — LITTERAE ANNUAE, ab ultimis quae missae sunt usque ad finem anni civilis 1932 (vel anni scholastici 1931-1932 pro modo computandi, singulis Provinciis proprio), confectae ad normam nn. 39-43 libelli « Practica », et quae proinde exhibeant:

a) Historiam generalem Provinciae et particularem Domorum; item generalem Viceprovinciarum vel Missionum et particularem earundem Domorum.

b) Necrologium defunctorum, qui fuerint « de Provincia », ut explicatum est supra de Catalogo secundo.

c) Conspectus (seu « statistica ») ministeriorum.

(Unum exemplar; — charta formae romanae, ut explicatur in libello « Practica » n. 3; — foliis solutis; — suo cuique paginae adscripto numero; — addito indice cum indicatione paginarum).

VII. — SUMMARIUM VITAE DEFUNCTORUM, ab ultimo quod mis-

sum est (ut explicatur de Litteris Annuis) confectum ad normam n. 44 citati libelli.

(Unum exemplar; — etc., ut de Litteris Annuis).

VIII. — Status temporalis, de tribus ultimis annis (ut de Litteris Annuis):

a) Arcarum Provinciae et Missionum.

b) Domorum, ut explicatur in ipso paradigmate ad Provincias misso.

c) Operum maioris momenti, prout explicatur in epistola 24 dec. 1929 (*Acta Rom.*, vol. VI, 1929, n. 79, p. 366).

(Unum exemplar; — adhibitis ad duo priora foliis ad Provincias missis; — foliis solutis; — suo cuique folio adscripto numero; — addito in fine indice alphabetico Domorum secundum nomen vernaculum loci, indicando numerum folii in quo quaeque Domus reperitur).

IX. — Exemplum contractuum perpetuorum maioris momenti, qui proximo triennio initi fuerint necdum missī. Singulis contractibus subscribat Provincialis, ut de authenticitate constet; addatur lingua latina brevis explicatio rei de qua agitur.

Intelliguntur ii contractus seu pactiones cum potestate ecclesiastica vel civili seu etiam cum privatis initae, quarum notitia sit maioris momenti ad gubernationem Societatis, vel ad historiam aliquando conscribendam.

(Unum exemplar; — charta formae romanae; — foliis solutis).

X. — Index librorum editorum, ab ultimo qui missus est usque ad finem anni civilis 1932 in quo referantur:

a) Nomina auctoris (familiae et baptismi), idque etiam si opus tacito vel alieno nomine editum sit.

b) Titulus operis, ea lingua qua editum est, sed characteribus latinis, et addita translatione latina.

c) Formatum libri et numerus paginarum.

d) Quota sit editio; nomen editoris, annus et locus.

Ita recenseantur libri omnes a Nostris conscripti vel translati, vel ab externis, Nostris adiuvantibus, conscripti (non vero folia vel libelli paucarum paginarum); item articuli maioris momenti in libellis periodicis non nostris editi.

Agitur autem de auctoribus qui sint « de Provincia », ut de Catalogo secundo.

(Unum exemplar; — charta formae romanae; — foliis solutis; — numeratione paginarum continua; — secundum ordinem alphabeticum nominum familiae auctorum).

XI. — INDEX DOCUMENTORUM OMNIUM quae missa fuerint, indicato numero exemplarium, subscripto nomine Provincialis.

XII. Si forte quaedam documenta ultimorum votorum vel renuntiationum bonorum huius triennii nondum missa fuerint, ut mitti debuissent, id nunc praestetur.

N. B. — 1. Quo commodius Catalogus primus et secundum eorumque Supplementum conficiantur, praeter schedas adhibendas, mittitur textus idem in charta et forma ordinariis impressus, ut ipsi Patres debitas informationes ad Catalogum primum dare valeant; utque Superiores locales (si Provinciali videatur) primam aliquam adumbrationem Catalogi secundi et Supplementi triennalis conscribere possint, ab ipso deinde Provinciali recognoscendam et, si opus sit, complendam vel corrigendam.

2. Quaecumque in Instructione de Provincialibus dicuntur, intelligenda quoque sunt de Praepositis Viceprovinciarum et de Superioribus Missionum, ita tamen ut omnia documenta Viceprovinciarum et Missionum dependentium una cum documentis Provinciae a qua pendent Romam afferantur.

3. Omnia scribantur accurate et nitide, ita ut commode legi valeant. Si autem characteres formentur machina dactylographica (quod minime improbatur, sed potius laudatur), atramentum sit *nigrum* (non violaceum vel caeruleum) et bene coloratum.

4. Omnium documentorum servetur exemplar unum in archivo Provinciae (alterum vero in archivo Viceprovinciae vel Missionis dependentis, *in quibus ergo tertium vel quartum exemplar conficiendum est*).

5. Non prohibetur quin haec documenta afferantur non ab ipsis Procuratoribus vel Relatoribus, sed per publicos tabellarios; at tunc tempestive certior fiat P. Secretarius Societatis de tempore et modo quo missa sunt.

Romae, die 10 octobris 1932.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

94. **30 octobris 1932.**

De vitandis intempestivis petitionibus ad sacros Ordines maturius recipiendos.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Non raro, etiam nunc, recipio petitiones, quae cum a Scholasticis theologis, tum ab eorum familiis, vel etiam ab ipsis Superioribus ad me mittuntur, ut ante finem tertii anni Theologiae concedatur dispensatio ad accipiendam sacram Presbyteratus ordinationem.

Propterea non inutile duxi R.^{m} V.^{m}, et per eam omnes nostros Theologos, certiorem facere Summum Pontificem ab hac dispensatione concedenda prorsus alienum esse; immo ita Sibi omnem in hac re dispensationem personaliter reservasse, ut nullus alius omnino, ne Sacrae quidem Congregationes, illam concedere valeat, sed singuli casus ipsi Beatissimo Patri directe proponi debeant, ab Eo uno iudicandi.

Praeterea constanti et iam sat longa experientia compertum habemus Summum Pontificem non nisi rarissime, et tantum gravissimas extraordinariasque ob causas, exceptionem concedere. Quin etiam, proximis his temporibus, cum Ei proponerentur quidam casus, in quibus de diaconis in vitae discrimine versantibus agebatur, qui supremam hanc consolationem sacerdotalis ordinationis vehementer exoptabant, Sanctitas Sua negativam responsionem dedit, id in memoriam revocans nos harum rerum curam divinae Providentiae relinquere debere.

Res ergo cum ita sint, cumque secundum Societatis spiritum maxime solliciti esse debeamus, ut menti Ecclesiae quam perfectissime congruamus, non dubito quin omnes devoto ac reverenti animo ei sint obsecuturi, eoque magis quod hac ratione melius ac plenius Scholasticos nostros tanto dono recipiendo praeparare poterimus.

Gratiae, hac occasione, Deo nobis agendae sunt, quod gaudeamus privilegio ordinationis sacerdotalis in fine tertii Theolo-

giae anni concedendae; sed in huius privilegii usu eo cautiores nos praebere debemus, quo maius est periculum ne, ob aliquam imprudentiam, hoc favore privemur, ut aliis iam contigisse scimus.

Hac utor opportunitate ut dubio respondeam, quod interdum, etiam nunc, exoritur et ad me defertur, num scl. privilegio adhuc uti possimus, quo Benedictus XV nobis concesserat eos post secundum Theologiae annum Sacerdotes ordinari posse, qui ob bellum moram passi sint, et trigesimum secundum aetatis annum compleverint. Mei officii duxi, ad omnem in posterum difficultatem vitandam, quaestionem ipsi Summo Pontifici subiicere, qui mihi apertissime declaravit privilegium illud iam prorsus excidisse, nullumque e Scholasticis nostris deinceps hoc titulo maturius ad sacerdotium promovendum esse.

Hae meae litterae ad publicam mensam legantur in iis domibus nostris ubi Scholastici theologi commorantur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 30 octobris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

95. **21 novembris 1932.**

De cura Universitariorum impensius fovenda.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Complures non modo e Nostris, sed e saecularibus atque etiam ex Episcopis e quavis orbis plaga, mecum haud raro conqueruntur nos non satis de Studiorum Universitatum alumnis curam agere; ac praesertim dolendum esse quod eos quoque iuvenes negligamus, qui in nostris Collegiis studia classica perege-

rint; atque ita, ut hi nostri benevoli iure dicunt, quos assidua sollicitudine institueramus, illos derelinquimus eo ipso tempore, quo maioribus exponuntur periculis, nostrisque paternis monitis ac prudentibus consiliis magis indigerent. Non ita pridem optimus quidam Episcopus, nobis amicissimus, eo usque processit ut diceret nos hac ratione sterilitatis damnare totum laborem, quem in Collegiis tulimus.

Haec quidem fortasse quandam exaggerationem sapiunt, sed fundamento pro dolor non carent; nec debemus rem aestimare secundum antiquos mores, sed secundum praesentem rerum rationem. Iamvero nunc negari nequit plurimum tam in bonum quam in malum valere ingentem iuvenum multitudinem, qui studia superiora persequuntur, non modo quia ex iis prodibunt futuri Civitatum ac rei publicae rectores, sed etiam quia, vel dum studiis dant operam, pro iuvenili ardore contineri non possunt, quin multum operentur. Maximi autem momenti est ut haec eorum alacritas et irrequieta industria praeoccupetur in bonum, ne miseri iuvenes a turbulentis nebulonibus decipiantur et in perniciem humanae consortionis ad tenebrosas communismi similesve doctrinas impudenter profitendas ac tumultuose promovendas trahantur, ut toties proximis hisce annis ubique factum est.

Ad nos vero quod pertinet, hanc Universitariorum (quos vocant) peculiarem curam ut complementum quoddam necessarium habeamus oportet laboris in nostris Collegiis suscepti, ideoque eam plurimi facere et quam aptissime disponere debemus. Scio equidem antiquorum alumnorum consociationes multis locis haberi, easque alicubi valde florere et plurimum iuvare ad eos in recta via conservandos, id quod sane et vehementer gaudeo et enixe commendo. Sed pro Universitariis id non sufficit: necesse est ut, ubicumque habetur altiorum studiorum centrum, quocumque vocatur nomine (si quidem adsit ibi Societas), unus saltem e Nostris ad Universitariorum curam deputetur (Universitariorum, inquam, non Universitariarum), neque eorum tantum qui e nostris Collegiis veniunt, sed omnium qui eius opera uti velint; eique prudens sed aequa tribuatur agendi potestas et omnibus instruatur subsidiis, quae ad propositum finem assequendum conducere possunt: ut sunt locus, aedes, libri, ludi, auxiliares, similia. Maxime autem curandum ut Congregatio Mariana peculiaris

pro Universitariis erigatur cum sectionibus ad opera caritatis, Missionum, culturae religiosae fovenda.

Optime novi in quibusdam Provinciis id iam praestari atque alicubi maximos iam fructus colligi coeptos esse: paulatim enim centra illa, ad iuvenilia ingenia tam belle accommodata, non modo iuvenes catholicam fidem aperte profitentes, sed etiam alios a religione aberrantes atque adeo a Deo alienos alliciunt, qui primum quidem curiosi et diffidentes ac dein ultro et libentes Patrem adeunt, eius alloquia seu conferentias studiose audiunt, peculiaris bibliothecae libros avide legunt, ac tandem, vix non semper, ad Deum et Ecclesiam sincere revertuntur. Quae dum gaudens recolo et illas Provincias quae tantum bonum etiam magnis cum sacrificiis iam peragunt pro merito laudo atque in exemplum propono, eas ipsas tamen exhortor ut etiam atque etiam tam opportunum ministerium promoveant ac iuvent. Aliis vero Provinciis, quae vel aliquid huiusmodi pertentarant ac postea ob difficultates obortas nimis forte perterritae illud abruperunt, vel nunquam id aggredi ausae sunt, quantum possum vehementer commendo, ut, quovis timore deposito, quamprimum hanc ingrediantur viam, atque hoc inter praecipua Provinciae opera sustinenda, fovenda, promovenda annumerent, minoribus aliis ministeriis posthabitis. Quod si nunc aptos Patres praesto non habeant, iuniores Patres seligant eosque instituere curent, qui ad alias forte Provincias ubi hoc ministerium floret mitti poterunt, ut suis oculis videant et usu discant optimam illud exercendi rationem, aut saltem copiosae relationes de illis operibus exquirantur iisque hi designati Patres attente studeant. Quae quidem relationes velim ut identidem etiam huc ad Redactorem nostrorum « *Memorabilium* » mittantur, cum valde utile futurum sit ut omnes Nostri hos labores, qui, ut dixi, inter praecipua Societatis opera sunt habendi, et bene noscant et pro eorum momento tempestive aestimare incipiant.

Ne putet vero R. V. per hoc aliis Societatis operibus in sua Provincia detrimentum allatum iri; nam optimae inde vocationes procul dubio exorientur, quibus Provinciae sacrificia in hoc opus impensa copiose rependentur. Ceterum, secundum altissima et sapientissima S. P. Ignatii principia, quod magis necessarium est et ad maius Dei obsequium ac solidius atque universalius animarum bonum conducit, id procul dubio ceteris omnibus praefe-

rendum est: iamvero, si bene res perpendatur, haec Universitariorum cura tam necessaria apparet tantaeque spei ad Ecclesiae et humanae societatis bonum promovendum, ut vix aliud opus nostris temporibus cum eo comparandum videatur.

Persuasum mihi est S. P. Ignatium, si nunc viveret, hoc opus toto corde amplexurum fuisse, utque ei provideret, optimos quosque e Societatis sodalibus undique fuisse evocaturum, etiamsi complura alia quamvis bona et utilia ministeria abrumpi deberent.

Magnam hanc Sancti Parentis Nostri mentem, hanc animi magnitudinem imitari contendamus oportet, ut Christi Ecclesiam tam acriter impugnatam pro viribus iuvare possimus.

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo Presentationis B. M. V.
21 novembris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

96. **31 decembris 1932.**

Mittitur Instructio de examinibus in Facultatibus Philosophiae et Theologiae in Collegiis Nostrorum habendis.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Instructionem ad R.m V.m mitto, in qua explicantur ea quae de examinibus habendis praescribuntur in « Statutis Facultatum Theologiae et Philosophiae in Collegiis Societatis Iesu erectarum », nuper a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus summatim approbatis. Quamquam hae normae in hac Instructione traditae, ut initio dicitur (n. 1), nondum omnino sunt definitivae, non mediocrem tamen utilitatem afferent, ut confido.

Quae autem in n. 4 dicuntur maiore aliqua explicatione indigere videntur. Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus hoc dubium propositum est: num ii qui ante initium vertentis anni scholastici (1932-1933), gradum Licentiati, sive in Theologia sive in Philosophia legitime consecuti erant, ad Lauream contendere possint; et responsum est negative. Tales enim sunt quidem Licentiati, sed non ad normam Constitutionis « Deus scientiarum Dominus »; utque idonei sint qui etiam possint ad Lauream contendere, debent id quod deest supplere, eo modo qui a Facultatibus determinabitur, ad mentem articulorum 37, 38, 39 Ordinationum Sacrae Congregationis; id est, quod ad nostras Facultates attinet, debent illas disciplinas audiisse, exercitationes instituisse et examina subiisse quae in Statutis de anno quarto Theologiae vel anno tertio Philosophiae praescribuntur (nisi postea haec sub biennio Philosophiae vel Theologiae suppleantur). Licet autem conveniens videatur ut Theologi nostri anni quarti et Philosophi anni tertii, qui praescriptas scholas audierunt et exercitationes instituerunt, examina quoque subeant, in potestate tamen est Provincialium, si peculiaris aliqua ratio id suadeat, eos ab examinibus quae solis Statutis praescribuntur, dispensare, ita ut solum examen de universa Philosophia vel de universa Theologia et Philosophia, Instituto praescripto, subeant.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 31 decembris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

N. B. — Ad Provinciales et Superiores Missionum, in quorum Provincia vel Missione habetur aliquod Collegium cui potestas conferendi gradus academicos concessa est, mittitur sufficiens copia exemplarium huius Instructionis ut unum Rectori, quattuor singulis Facultatibus destinare possint.

INSTRUCTIO

DE EXAMINIBUS

IN FACULTATIBUS PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE

IN ORDINE AD LICENTIAM HABENDIS [1]

SUMMARIUM

---

[1] Textus huius Instructionis hic affertur iam correctus (id est textus numerorum 6, 23, 29, 33) iuxta supplementum die 4 martii 1933 missum. Correctionis autem ratio in perbrevi epistola eodem die a Patre Nostro de hac re data haec affertur:

« ... Nuper, die 5 ianuarii 1933, lata est Ordinatio Sacrae Congregationis de Seminariis et Universitatibus Studiorum, qua Athenaeis Urbis praescribebatur ratio suffragia in examinibus ferendi, aliquantulum diversa ab ea quae in Statutibus Facultatum nostrarum et in memorata Instructione habetur. Quamquam Ordinatio illa ex Athenaeis et Facultatibus nostris proprie solum ad Universitatem Gregorianam, Institutum Biblicum et Institutum Studiorum Orientalium pertinet, expedire tamen videtur ut ceteris quoque Facultatibus nostris omnibus applicetur ».

PRAENOTANDA

1. — Ad dubia non pauca sive solvenda sive praecavenda expedire visum est in hac Instructione praecipua quaedam exponere de examinibus quae deinceps in Facultatibus nostris Philosophiae et Theologiae subeunda erunt. Quibus normis standum erit quoad « Statuta » Facultatum nostrarum definitivam S. Sedis approbationem nactae fuerint (1) et futura Ordinatio de Studiis edita fuerit.

2. — In primis memoria tenendum est nihil mutatum esse neque in examinibus de Philosophia et Theologia fundamentali et dogmatica et morali Instituto nostro praescriptis, neque in gradu doctrinae ad sollemnem quattuor votorum professionem requisitae; quae omnia hic non repetuntur (Vide Epit. nn. 342-360; 442 § 1, 3°) (2).

3. — Praescripta Statutorum hoc anno scholastico vertente (1932-1933) vigere incipiunt. Quare studia et examina, secundum leges Societatis antea facta, valida sunt in ordine ad gradus academicos consequendos; nec proinde quidquam supplendum est, quod ad annos superiores attinet, ab iis qui ante hunc annum vertentem studia inceperunt (3).

4. — Immo, quoniam ante Constitutionem « Deus scientiarum Dominus », Licentia in Philosophia post expletum secundum studiorum annum, et Licentia in Theologia post expletum annum tertium, legitime conferri poterant, Scholastici nostri qui ante primum diem anni academici 1932-1933 examina secundi anni Philosophiae vel tertii anni Theologiae secundum leges Societatis feliciter subierunt, habendi sunt, ad mentem Constitutionis Apostolicae, Licentiati in Philosophia vel Theologia. Ut tamen Licentiati illi idonei sint qui etiam ad Lauream contendere possint (si Superioribus videa-

(1) " Statuta Facultatum Theologiae et Philosophiae in Collegiis Societatis Iesu erectarum „ a S. Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus approbata ad tempus, 8 sept., de quibus videatur Epistola nostra 27 sept. 1932.

(2) Excipiendus tantum n. 348 Epitomes, in quantum permittit Theologis quarti anni ut per *quattuor* menses ante ultimum examen a scholis absint, ut explicatur in Epistola nostra 27 sept. 1932.

(3) Cfr. Constitutio " Deus scientiarum Dominus „ art. 54.

tur), debent omnibus lectionibus et exercitationibus interesse et examina subire quae Auditoribus tertii anni Philosophiae vel quarti anni Theologiae in Statutis praescribuntur.

I. DE EXAMINIBUS AD LICENTIAM GENERATIM

5. — Ex examinibus quae Statutis praecipiuntur, alia Instituto nostro iam praescribebantur; alia non ita. In prioribus, suffragium duplici modo ferendum est: altero ad normam Instituti, altero ad normam Statutorum. In posterioribus vero, ut manifestum est, unico modo ferendum est, i. e. ad normam Statutorum.

6. — Porro in omnibus examinibus vi Statutorum praescriptis, iudicium ferendum hoc est: utrum examinatus censendus sit « probatus » necne; et praeterea significanda est qualitas huius approbationis vel non approbationis.

« Probatus » dicitur examinatus qui in ea disciplina, de qua examen subit, tale suae scientiae specimen exhibuerit ut idoneus censeatur ad curriculum prosequendum in ordine ad gradum academicum ad quem contendit. Iudicium autem effertur, non verbis, sed numeris uno ad decem:

1-5 = non probatus.
6 = probatus.
7 = bene probatus.
8 = cum laude probatus.
9 = magna cum laude probatus.
10 = summa cum laude probatus.

7. — Merito autem, ad mentem Statutorum, 6 puncta tulisse et proinde « probatus » censendus est ille qui secundum leges Instituti nostri:

1° In examinibus de Theologia fundamentali et dogmatica vel de universa Philosophia Scholastica mediocritatem superavit.

2° In examinibus de Philosophia, annis I et II, mediocritatem attigit.
3° In examinibus de Theologia morali, annis I et II, satisfecit.

8. — Ut semper in Societate intellectum est, si plures sunt Examinatores, iudicium ferre debent de toto examine, non vero de sola parte de qua examinarunt.

9. — De suffragiis, etiam in ordine ad gradus academicos latis, serventur ea quae de suffragiis Instituto praescriptis statuta sunt in Epitome n. 346 § 2: « De suffragiis ferendis ne habeatur consultatio, sed sua singuli Examinatores scripto tradent, eaque erga omnes, etiam erga alios Examinatores, secreta servent; eademque lege Rectores quoque suffragia colligentes tenentur »; salvo tamen n. 24 (1).

Suffragia vero de ultimo examine Theologiae dogmaticae in ordine ad Licentiam (n. 21, b) mittantur directe, ut de examine ad gradum Societatis praescribitur, ad Praepositum Provinciae tam in qua examen factum est quam ipsius examinati (cfr. n. 353 Epit.).

10. — Examina subeunda sunt de omnibus disciplinis principalibus, auxiliaribus et specialibus aut cursibus peculiaribus (Statuta n. 52 § 1).

11. — De Philosophia scholastica, Theologia fundamentali, dogmatica, morali, examina habentur sub finem anni academici; de reliquis vero disciplinis habentur post absolutam materiam annuam vel semestrem, eo tempore quo Rectori, audito Facultatis Consilio, videbitur opportunius (Statuta n. 52 §§ 2, 3).

12. — Examina omnia, Statutis simul et Instituto nostro praescripta, sunt oralia; quae vero solis Statutis praescribuntur, licet ut plurimum sint oralia, possunt tamen esse scripta tantum, salvis nn. 15 et 20. Ad omnia autem examina oralia Professoribus et Auditoribus liber patet aditus (Statuta n. 52 §§ 4, 5).

---

(1) Non prohibentur Provinciales puncta in examinibus in ordine ad Licentiam lata manifestare ubi id necessarium iudicabunt, v. gr. quando id requiritur ut quis ad studia in Universitate admittatur.

II. DE EXAMINIBUS AD LICENTIAM SINGILLATIM

(Statuta nn. 53, 54)

A. IN FACULTATE PHILOSOPHIAE

1. De examinibus vertente triennio habendis

13. — *In examinibus de Philosophia Scholastica* in fine anni I et II habendis, suffragium duplici modo ferendum est: altero ad normam Instituti: num examinatus mediocritatem attigerit (vel etiam superaverit); altero ad normam Statutorum: quot puncta tulerit (Vide nn. 6, 7).

14. — *In ceteris examinibus*, quae omnia habentur vi Statutorum in ordine ad gradus academicos:

1° Tempus examinum et numerus Examinatorum ita definiuntur:

a) Historia Philosophiae:	saltem 1/4 h.	saltem 1 Examinator
b) Singulae disciplinae speciales vel singuli cursus peculiares:	saltem 1/4 h.	saltem 1 Examinator
c) Psychologia experimentalis:	non ultra 1/4 h.	saltem 1 Examinator
d) Quaestiones scientificae cum Philosophia coniunctae *e*) Interpretatio textuum selectorum ex Aristotele et S. Thoma:	" " "	" " " "

2° Suffragium hoc modo ferendum est: quot puncta examinatus tulerit (Vide n. 6).

2. De examinibus in fine triennii habendis

15. — *In examine scripto* in fine anni III vi Statutorum praescripto, haec servanda sunt:

a) Examen fit de una ex disciplinis principalibus anni tertii, i. e. de Philosophia vel de Historia Philosophiae.

b) Instituitur ante examen de universa Philosophia, de quo n. 16.

c) Tempus concedendum est saltem 3 h.

d) Iudicium fertur a Professore ad quem disciplina pertinet, qui suffragium fert eodem modo atque in reliquis examinibus: quot puncta examinatus tulerit (Vide n. 6).

e) Si huius Professoris iudicium est dubium, consuli possunt etiam plures (quomodo tunc suffragium definitivum sit definiendum vide infra nn. 22, 23) (1).

16. — *In examine de universa Philosophia scholastica* in fine anni III habendo (2), suffragium duplici modo ferendum est: altero ad normam Instituti: num examinatus mediocritatem superaverit (vel attigerit); altero ad normam Statutorum: quot puncta tulerit (Vide nn. 6, 7).

B. — IN FACULTATE THEOLOGIAE

1. *De examinibus vertente quadriennio habendis*

17. — *In examinibus de Theologia fundamentali vel dogmatica* in fine annorum I, II, III habendis, suffragium duplici modo ferendum est: altero ad normam Instituti: num examinatus mediocritatem superaverit (vel attigerit); altero ad normam Statutorum: quot puncta tulerit (Vide nn. 6, 7).

18. — *In examinibus de Theologia morali* in fine annorum I, II habendis, similiter suffragium duplici modo ferendum est: altero ad normam Instituti: num examinatus satisfecerit; altero ad normam Statutorum: quot puncta tulerit (Vide nn. 6, 7) (3).

---

(1) Quanquam hoc examen scriptum nullatenus haberi potest ut pars examinis oralis Instituto nostro praescripti de universa Philosophia, scientia tamen ex illo examine habita uti licet in favorem examinati, ad normam n. 346 § 1 Epit.

(2) Anno tertio nullum praescribitur examen de parte annua Philosophiae, sed sufficit examen de universa.

(3) Nulla fit mentio examinis de universa Theologia Morali " ad audiendas „ quia non computatur ad gradus academicos (Statuta n. 53, b, nota 1).

19. — *In ceteris examinibus*, quae omnia habentur vi Statutorum in ordine ad gradus academicos:

1° Tempus examinum et numerus Examinatorum ita definiuntur:

a) Scriptura Sacra:	saltem 1/4 h.	saltem 1 Examinator
b) Historia ecclesiastica, Archaeologia, Patrologia:	" " "	" " "
c) Instit. iuris canonici:	" " "	" " "
d) Singulae discipl. special. vel singuli cursus peculiares:	" " "	" " "
e) Lingua hebraica et graeco-biblica:	non ultra 1/4 h.	" " "
f) Instit. Liturgiae:	" " " "	" " "
g) Ascetica:	" " " "	" " "
i) Quaest. ad Orientales pertinentes:	" " " "	" " "

2° Suffragium hoc modo ferendum est: quot puncta examinatus tulerit (Vide n. 6).

2. *De examinibus in fine quadriennii habendis*

20. — *In examine scripto* in fine anni IV vi Statutorum praescripto, haec servanda sunt:

a) Examen fit de una ex disciplinis principalibus anni quarti, i. e. de Theologia dogmatica vel de Scriptura Sacra.

b) Instituitur ante examen de universa Philosophia et Theologia, de quo n. 21.

c) Tempus concedendum est saltem 3 h.

d) Iudicium fertur a Professore ad quem disciplina pertinet, qui suffragium fert eodem modo atque in reliquis examinibus: i. e. quot puncta examinatus tulerit (Vide n. 6).

e) Si huius Professoris iudicium est dubium, consuli possunt etiam plures (quomodo tunc suffragium definitivum sit definiendum vide infra nn. 22, 23) (1).

(1) Quanquam hoc examen scriptum nullatenus haberi potest ut pars examinis oralis Instituto nostro praescripti de universa Philosophia et Theologia, scientia tamen ex illo examine habita uti licet in favorem examinati, ad normam n. 346 § 1 Epit.

21. — *In examine in fine anni quarti Instituto nostro praescripto de universa Philosophia scholastica et sacra Theologia* [1] duplex ferendum est suffragium:

a) Alterum, vi Instituti, in ordine ad gradum Societatis, et quidem de toto examine complexive sumpto: num examinatus mediocritatem bene superaverit, ut explicatur nn. 349, 350 Epitomae.

b) Alterum, vi Statutorum, in ordine ad Licentiam, et quidem de sola parte theologica, i. e. de 80 primis momentis: quot puncta examinatus tulerit (Vide n. 6).

III. DE COMPUTATIONE SINGULORUM EXAMINUM

(Statuta nn. 57, 58)

22. — Ut quis in examine *probatus* censeatur, haec requiruntur:

a) Si est 1 Examinator: examinatus debet ferre puncta saltem 6.

b) Si sunt 2 Examinatores: punctorum summa debet esse saltem 12.

c) Si sunt 3 Examinatores: requiritur et sufficit ut 2 dederint saltem 6 puncta.

d) Si sunt 4 Examinatores: requiritur et sufficit ut 3 dederint saltem 6 puncta.

Attamen in examine de Philosophia scholastica anno I et de Theologia fundamentali vel dogmatica anno I sufficit ut ex 4 Examinatoribus 2 dederint saltem 6 puncta.

23. — Si quis est probatus, *qualitas approbationis* ita definitur:
a) Si est 1 Examinator: qualitas resultat ex ipso numero punctorum.
b) Si sunt 2 Examinatores: summa punctorum dividitur per duo.
c) » » 3 » : » » » » tria.
d) » » 4 » : » » » » quattuor.

---

(1) Anno quarto Theologiae non est habendum examen de parte annua Theologiae dogmaticae, sed sufficit examen de universa.

Sit x qualitas approbationis; a, b, c, d, puncta data ab Examinatoribus A (unico vel primo), B (secundo), C (tertio), D (quarto):

Si A solus: $x = \frac{a}{1}$

Si A + B: $x = \frac{a+b}{2}$

Si A + B + C: $x = \frac{a+b+c}{3}$

Si A + B + C + D: $x = \frac{a+b+c+d}{4}$

Si vero x sit numerus cum fractione, et fractio dimidiam partem excedat, computatur numerus superior; aliter nulla eius ratio habetur.

Exempla:

$x = \frac{7+6+5+8}{4} = 6\frac{1}{2}$: probatus

$x = \frac{7+6+6+8}{4} = 6\frac{3}{4}$: bene probatus

$x = \frac{7+8+8+7}{4} = 7\frac{1}{2}$: bene probatus

$x = \frac{8+7+9+7}{4} = 7\frac{3}{4}$: cum laude probatus

Hae tamen normae ita intelligendae sunt ut, quando plures sunt Examinatores, « quotiens » quodcumque est non mutet iudicium approbationis vel non approbationis ad normam n. 22 latum.

Ita si quis in examine anni I Theologiae tulerit haec puncta: 5+5+6+6, vel in examine anni II: 4+6+6+6, probatus censendus est et proinde qualitas approbationis erit: probatus, licet quotiens sit tantum $5\frac{1}{2}$.

24. — Ut plurimum curandum est ut omnes computationes a duobus fiant; modus autem a Provinciali definietur. Quod vero ad ultimum examen de universa sacra Theologia attinet (n. 21 *b*), Provincialis [1] puncta ab Examinatoribus data cum Socio communicare poterit et Rectori solum exitum examinis significabit.

---

[1] Id est Praepositus Provinciae in qua examen factum est.

25. — Qui in examine de aliqua disciplina non est probatus, debet, ut pergere possit in ordine ad licentiam, examen repetere. At:

1° Examen de universa Philosophia scholastica vel de universa sacra Theologia repeti nequit sine facultate P. Generalis, quae raro nec sine gravibus causis concedetur, et vix unquam si in priore examine duo suffragia positiva lata non sint. Tertium examen nunquam concedetur (cfr. similis norma: Epit. n. 354).

2° Examen annuum de Philosophia scholastica vel de Theologia fundamentali vel dogmatica repeti nequit sine facultate Provincialis, qui eam non concedet sine consensu P. Generalis, nisi quando examinato ex suffragiis requisitis unum tantum suffragium defuerit, et auditis Consultoribus, Professoribus aliisque gravibus viris. Talem vero facultatem ne concedat nisi raro et gravi de causa, nec bis eidem (cfr. similis norma: Epit. n. 357, 2°).

3° Cetera examina sine facultate Provincialis repeti nequeunt si quis eodem anno in duabus disciplinis probatus non fuerit.

IV. DE COMPUTATIONE SINGULORUM ANNORUM [1]

(Statuta n. 59)

26. — Iudicium de qualitate approbationis quam candidatus singulis annis consecutus est, ita definitur: in summam rediguntur omnia suffragia (i. e. puncta quibus exprimitur qualitas approbationis ad normam n. 23) quae de singulis disciplinis pro eo anno assignatis rettulerit, et singulis attribuitur certus valor seu " coefficiens „ pro cuiusque disciplinae momento.

27. — Haec autem sunt coefficientia diversis disciplinis assignata:

1° Singulis disciplinis principalibus (excepta disciplina praecipua, i. e. Philosophia scholastica vel Theologia fundamentali et dogmatica): itemque singulis disciplinis specialibus vel cursibus peculiaribus: valor seu coefficiens *duplex*.

2° Singulis disciplinis auxiliaribus: coefficiens *simplex*.

In Philosophia tamen Quaestionibus scientificis cum Philosophia coniunctis attribuitur coefficiens *duplex*.

[1] Id est annorum I et II Philosophiae, I-III Theologiae.

3° Disciplinae praecipuae (i. e. Philosophiae scholasticae vel Theologiae fundamentali et dogmaticae): valor seu coefficiens aequans summam coefficientium quae reliquis disciplinis tributa sunt.

28. — Suffragia singulorum examinum, multiplicata per coefficientia (ut explicatur nn. 26, 27), in unam summam coniunguntur; summa autem totalis sic obtenta dividitur per summam coefficientium; et « quotiens » seu numerus qui efficitur (servata regula n. 23 de fractionibus) exprimit qualitatem approbationis communis omnium examinum illius anni secundum normam n. 6.

29. — Exemplum de primo anno Theologiae:

Disciplinae de quibus habitum est examem	*Qualitas approbationis ad normam n. 23:*	*Coefficiens assignatum:*	*Summa ex multiplicatione:*
1. Disciplinae praeter praecipuam:			
Theologia moralis:	8	2	8×2=16
Ius canonicum:	7	2	7×2=14
Hist. eccles., Patrologia, Archaeologia: (1)	7	2	7×2=14
Lingua hebraica et graecobiblica:	6	1	6×1=6
Summa coefficientium:		7	
Summa punctorum:			50
II. Disciplina praecipua:			
Theol. fundamentalis:	8	7	8×7=56
Summa coefficientium:		14	
Summa punctorum:			106

$\frac{106}{14} = 7\ \frac{4}{7}$: cum laude probatus

30. — Si quis in uno alterove examine de disciplina auxiliari vel speciali rettulerit notam 5, poterit in iudicio singulis annis ferendo, approbari quin examen repetat, si " quotiens ", quod ex omnibus suffragiis secundum n. 28 efficitur, sit saltem 8.

(1) Ex Historia ecclesiastica, Patrologia et Archaeologia unicum conficitur suffragium.

V. DE COMPUTATIONE AD LICENTIAM [1]

(Statuta nn. 59, 62-64)

31. — Ut candidatus gradum Licentiae obtineat, requiritur:

1° Ut examina omnia nn. 13, 14 vel nn. 17-19 feliciter subierit, salvo praescripto n. 34.

2° Ut exercitationes, de quibus nn. 43 et 48 Statutorum, saltem anno III Philosophiae vel annis III et IV Theologiae frequentaverit et a Professore receperit testimonium de suo cum sodalibus labore collato, et in iis suae ad laborem scientificum aptitudinis dederit experimentum scriptum, a Professore ad quem pertinet approbatum; quod experimentum scriptum potest esse unicum pro duobus annis III et IV Theologiae. Iudicium autem fertur eodem modo atque in reliquis examinibus, i. e.: quot puncta candidatus tulerit (Vide n. 6).

3° Ut probatus quoque fuerit in examine scripto, de quo nn. 15 et 20.

4° Ut in examine orali de universa Philosophia vel de universa Theologia (nn. 16, 21 *b*) probatus fuerit (Vide n. 6)

32. — Ad determinandam autem qualitatem approbationis, suffragia quae in diversis experimentis praecedentibus tulerit, hoc modo in summam coniunguntur:

1° Suffragium de exercitationibus, de quibus n. 31, 2°, cum valore seu coefficiente *triplici* pro omnibus exercitationibus coniunctim sumptis.

2° Suffragia de disciplinis principalibus *ultimi* anni (excepta tamen disciplina praecipua, i. e. Philosophia scholastica et Theologia fundamentali et dogmatica), cum coefficiente *duplici* pro singulis.

3° Suffragia de disciplinis specialibus vel cursibus peculiaribus *ultimi* anni, cum coefficiente *duplici* pro singulis.

4° Suffragia de disciplinis auxiliaribus *ultimi* anni, cum coefficiente *simplici* pro singulis.

5° Suffragium de examine scripto, de quo nn. 15 et 20, cum coefficiente *duplici.*

---

[1] Hoc anno 1932 - 1933 haec computatio fieri non debet (vide n. 4); sed satis erit, ut quis ad Lauream contendere possit, in singulis examinibus anni III Philosophiae vel anni IV Theologiae et in exercitationibus debita suffragia rettulisse.

6° Suffragia examinum *singulorum annorum praecedentium* coniunctim sumptorum ad normam nn. 26-29, cum coefficiente *simplici* pro singulis annis [1].

7° Suffragium de examine orali de universa Philosophia (n. 16) vel de universa Theologia (n. 21,b), cui assignatur coefficiens aequans summam coefficientium quae reliquis disciplinis, exercitationibus et annis tributa sunt.

Summa autem totalis sic obtenta dividitur per summam coefficientium; et « quotiens » seu numerus qui efficitur (servata regula n. 23 de fractionibus) exprimit qualitatem approbationis ad Licentiam secundum normam n. 6.

33. — Exemplum de Licentia in Theologia:

Experimenta de quibus lata sunt suffragia:	*Qualitas approbationis ad normam n. 23:*	*Coefficiens assignatum:*	*Summa ex multiplicatione:*
I. Exercitationes:	8	3	$8 \times 3 = 24$
II. Examina anni ultimi:			
S. Scriptura:	6	2	$6 \times 2 = 12$
Disciplina specialis:	5	2	$5 \times 2 = 10$
Disciplina auxiliaris:	10	1	$10 \times 1 = 10$
Examen scriptum:	8	2	$8 \times 2 = 16$
III. Examina annorum praecedentium:			
Anni primi:	6	1	$6 \times 1 = 6$
Anni secundi:	7	1	$7 \times 1 = 7$
Anni tertii:	9	1	$9 \times 1 = 9$
Summa coefficientium:		13	
Summa punctorum:			94
IV. Examen orale de universa Theologia:	9	13	$9 \times 13 = 117$
Summa coefficientium:		26	
Summa punctorum:			211

$$\frac{211}{26} = 8\frac{3}{26}$$: cum laude probatus

[1] Anno proximo (1933-34) ratio habenda erit examinum anni 1932-33 tantum; anno vero 1934-35, examinum annorum 1932-33 et 1933-34; anno 1935-36, examinum annorum 1932-33, 1933-34, 1934-35. (Vide n. 3).

34. — Si quis in uno alterove examine de disciplina auxiliari vel speciali rettulerit notam 5, poterit in iudicio ultimo ad Licentiam approbari, quin examen repetat, si « quotiens » quod ex omnibus suffragiis secundum n. 32 efficitur, sit saltem 8.

Romae, 8 decembris 1932.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

APPENDIX

I. *Formula ad ferendum iudicium de examinibus oralibus*

Examinavi N........ de........ in ordine ad licentiam in Theologia (Philosophia), eumque censeo dignum punctis.. (die.. mensis......)

II. *Formula ad ferendum iudicium de examinibus scriptis*

Legi scriptionem confectam a N........ de........ in ordine ad Licentiam in Philosophia (Theologia) eumque censeo dignum punctis.. (die.. mensis......)

III. *Formula ad ferendum iudicium de exercitationibus*

Testor N........ statuto tempore exercitationes practicas quas ego moderor rite frequentasse, operam in iis cum sodalibus contulisse, atque aptitudinem ad laborem scientificum experimento scripto demonstrasse, eumque dignum censeo punctis.. (die.. mensis......).

II. — PRO PROVINCIIS, MISSIONIBUS, DOMIBUS.

97. **25 ianuarii 1932.**

Societatis dissolutione in Hispania decreta, Pater Noster illos Socios solatur et erigit.

AD PATRES AC FRATRES PROVINCIARUM HISPANIAE.

REVERENDI PATRES FRATRESQUE IN XTO. CARISSIMI:
P. XTI.

« Dominus dedit, Dominus abstulit; sit nomen Domini benedictum ». Ita, Reverendi Patres Fratresque carissimi, sit nomen Domini benedictum a saeculo usque in saeculum! Haec sit una nostrum omnium vox, haec animi nostri sensa etiam mediis in tribulationibus quae nos undique circumdant, cum Deus, ut Ecclesia dicit in oratione liturgica, ad maiorem sui nominis gloriam propagandam hanc minimam Societatem per Sanctum Patrem Ignatium suscitaverit et nulla profecto creata vis ab hoc unico vocationis nostrae fine assequendo nos impedire possit.

Cor quidem nostrum pro humana fragilitate constringitur in pectore ac veluti conteritur, cum uno quasi ictu destructa videamus tot opera tanto cum labore pro divino servitio et animarum salute suscepta, nosque ipsos tamquam malefactores e domibus nostris eiectos. At dolore nos opprimere ne sinamus; sed potius, ut genuinos S. Ignatii filios apprime decet, in id omnes vires nostras intendamus, ut etiam mutatis vitae rerumque rationibus, Christum Dominum semper quam proxime sequentes atque cum ipso uniti, gloriam in excelsis Deo et in terra pacem hominibus ubique procurare conemur. « Cum infirmor, tunc potens sum » aiebat magnus ille Gentium Apostolus (1), cuius hodie Conversionem celebramus. Idem et

(1) *II Cor.*, XII, 10.

nos cum eo repetamus: quo magis enim, sine nostra culpa, mediis humanis destituimur, eo magis Christus Dominus in nobis et per nos operabitur ad maiorem Dei gloriam.

Magno itaque animo carissimi Novitii, qui, etsi votis non ligati, sponte ad id sese offerent, et Scholastici cum suis Superioribus et Professoribus, iisque Fratribus Coadiutoribus quos Praepositi Provinciales designaverint, in exsilium pro nomine Iesu laeti proficiscantur; ibique, nulla intermissa mora, consueta pietatis et studiorum exercitia naviter et strenue resumant, ut praeclara antiquorum nostrorum Patrum exempla similibus in casibus nos docent. Magno quoque animo reliqui Patres Fratresque in dispersionem proiecti in novo vitae genere antiquam vivendi rationem quam studiosissime servare pergant, orationi et Regularum observationi insistentes atque omnibus religiosae vitae exemplum praebentes, ut bonus Christi odor per eos quaquaversus spargatur. Omnes vero, ubicumque demum ipsis degere continget, caritate Christi arctissime inter se coniuncti vivant et filialem erga Superiores obedientiam ac fiduciam exhibeant: « ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri » (1).

Gaudeatis igitur, Reverendi Patres Fratresque carissimi, quoniam digni habiti estis pro nomine Iesu contumeliam pati: hanc apostolicam laetitiam, ut alias haud semel, heri quoque palam de vobis praedicavit Summus Pontifex in publico quodam sermone, vosque non modo Christi confessores sed et Martyres vocare dignatus est, martyres, inquam, pro Christi Ecclesia et Christi in terris Vicario (2). « Nihil autem solliciti sitis, sed in omni oratione et obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestrae innotescant apud Deum; et pax, quae exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Iesu » (3).

Orate etiam pro persecutoribus vestris, « ut Deus et Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum » et « agnita veritatis luce a suis tenebris eruantur »: orate pro carissima Patria vestra, ut Deo miserante pacem et tranquillitatem inveniat in strenua illa catholicae fidei professione, qua tantopere inclaruit per saecula.

Et haec quidem paterni animi sensa vobiscum, Reverendi Patres Fratresque carissimi, breviter communicare volui, ut de mea erga vos indefessa sollicitudine tenue habeatis argumentum et sciatis me vestrarum aerumnarum participem esse ex toto corde, atque vobis-

---

(1) *Hebr.*, XIII, 17.
(2) V. supra, pag. 17.
(3) *Philipp.*, IV, 6-7.

cum et condolere simul de malis vobis illatis et congaudere de nobilissima eorum causa, vosque omnes me assidue in corde habere.

Vobis peramanter in Domino benedico meque vestris ss. SS. et orationibus enixe commendo.

Romae, die festo Conversionis S. Pauli Apostoli,
25 ianuarii 1932.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

98. **25 februarii 1932.**

Domus ritus orientalis, etiamsi in territorio Provinciae Poloniae Minoris inveniantur, ad Missionem Orientalem Provinciae Poloniae Maioris et Mazoviae pertinere edicuntur.

AD R. P. STEPHANUM MACHNICKI
PRAEP. PROV. POLONIAE MAIORIS ET MAZOVIAE.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Ad quaestionem in epistola diei 20 novembris mihi propositam, utrum Seminarium Dubnense ratione situs in dioecesi Luceoriensi ad Provinciam Poloniae Minoris, an potius ratione ritus ad Missionem Orientalem ideoque ad Provinciam Poloniae Maioris et Mazoviae pertinere debeat, re cum PP. Assistentibus collata, haec respondeo: Verum est quidem, secundum decretum 275 § 2 Congreg. Gen. XXVII, « non posse in eodem territorio constitui neque plures Provincias pro diversitate sermonis seu nationis, neque diversarum Provinciarum domos »; attamen animadvertendum est ibi agi de diversis Provinciis pro diversitate *sermonis seu nationis,* non vero de diversitate *ritus,* quae quidem res normis a Sancta Sede statutis iam tota esse determinata videtur. Pontificia Commissio ad Codicis Canones authentice interpretandos rem tetigit hoc responso die 10 novembris 1925 dato: « An in Religionibus latini ritus sine venia, de qua canon 542, 2°, licite admitti possint ad novitiatum Orientales, qui, proprio retento ritu, praeparantur ad constituendas domos et provincias religiosas ritus orientalis. — R.: Affirmative » (1).

(1) *Act. Ap. Sed.,* vol. XVII, 1925, pag. 583.

Inde clare elucet mentem Sanctae Sedis esse, ut Provinciae ritus orientalis creentur, quae varias domos huius ritus complectantur. Ex natura rei vero facile fieri poterit, ut hae domus in territoriis diversarum Provinciarum inveniantur; nec tamen dici debebit earum unionem in unam Provinciam esse *contra*, sed potius *praeter* Institutum, quippe quod de domibus ritus orientalis in Provincias constituendis nihil habeat.

Quare, PP. Assistentibus uno ore consentientibus, statuo, ut omnes domus orientales, quae sive in territorio Provinciae Poloniae Maioris et Mazoviae sive in territorio Provinciae Poloniae Minoris nunc inveniuntur, vel, Deo favente, in posterum condentur, ad Missionem Orientalem a Provincia Poloniae Maioris et Mazoviae dependentem pertineant.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 25 februarii 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

99. **29 februarii 1932.**

Parentibus Nostrorum in Melitensi Collegio (Prov. Sic.) mox conventuris Pater Noster gratulatur et gratias agit.

AD R. P. IAPHET STAN. JOLLAIN

PRAEP. PROV. SICULAE.

REVERENDO IN CTO. PADRE:
P. C.

Sento con vero piacere che anche quest'anno i Signori Genitori e stretti Parenti dei nostri Padri, Scolastici e Fratelli Coadiutori Maltesi si raduneranno domenica prossima in devota funzione alla quale si degnerà presiedere S. Eccellenza Rev.ma Mons. Arcivescovo di Malta (1).

A codesti ottimi Signori che, animati dai più nobili sentimenti di fede, si rallegrano d'aver dato i Loro Figli e Congiunti al servizio del Re del Cielo ed alla causa delle anime nella nostra Compagnia,

(1) Exc. ac RR. DD. Maurus Caruana, O. S. B.

prego V. R. di dire che plaudo Loro con tutto il cuore. Ricordo Loro che è vera e grande nobiltà l'avere come figlio o come fratello un apostolo, e che il sacrificio da Loro fatto al Signore, come ne fanno fede tante famiglie, chiama sui Congiunti le più ampie benedizioni celesti.

La nostra Compagnia, che si è sempre sforzata di essere grata nella misura delle sue forze con tutti i suoi benefattori, sinceramente e vivamente per mio mezzo ringrazia codesti ottimi Signori del gran dono da Loro ricevuto nei Loro Figli o Congiunti; dono sopra ogni altro prezioso, specialmente in questo tempo di insistenti richieste di operai evangelici in tutte le parti del mondo.

Come tenue segno della nostra grande riconoscenza a codeste piissime Famiglie farò celebrare 100 Sante Messe per i Loro cari Defunti e 100 altre per i Loro bisogni spirituali e temporali.

A Sue Eccellenza Rev.ma poi che tanta benevolenza dimostra per la nostra minima Compagnia, favorendo e benedicendo i disegni di quei Giovani che in codesta religiosissima Isola aspirano alla nostra vita, presento pure le mie vivissime grazie.

Augurando infine che codesta adunanza abbia per tutti l'esito più soddisfacente, sono in unione dei ss. SS.

Roma, 29 febbraio 1932.

di V. R.
Servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

100. **28 martii 1932.**

De Pontificio Collegio Pio Latino Americano impensius iuvando.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM ET VICEPROVINCIARUM AMERICAE LATINAE.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Debitum quo teneor curandi ut opera pontificia, quae Romae Societas nostra habet suscepta, debite promoveantur, tum ad eorum cuiusque fines obtinendos tum etiam intuitu boni nominis nostrae Societatis, me impellit ad hanc epistolam R.^{ae} V.^{ae} mittendam.

Probe novit R. V. proprium esse eius spiritus quem Sanctus

Pater Ignatius nobis tanquam haereditatem reliquit, obsecundare in omnibus non tantum voluntati sed vel ipsis optatis Summorum Pontificum. Iam vero si quis attendat ad ea quae facta sunt a tempore Summi Pontificis Pii IX ad nostra usque tempora, nequit non animadvertere quanta cura Sancta Sedes institerit et instet ut Clerus in dies meliorem institutionem spiritualem et scientificam suscipiat et quantum tum verbis tum factis ostenderit se velle ut, saltem pars aliqua Cleri totius orbis, Romae efformetur, id intendens ut in ipso centro catholicitatis sacrorum alumni eum spiritum imbiberent, fortem et amplum, qui ad debitam dilatationem et corroborationem Regni Domini Nostri necessarius est.

Novit iterum R. V. ad hunc praecise scopum intendisse Pium IX s. m. cum fundationem Collegii Pii Latini Americani in Urbe decrevit. Quicumque vero, animo sereno et a praeiudiciis exuto, historiam percurrit huius institutionis, nequit non videre eam finem ob quem condita est revera attigisse, et fateri debebit ex eadem, licet utique non defuerint nec desint in ea defectus humanarum quarumvis institutionum proprii, non parvum bonum morale provenisse omnibus fere regionibus Americae Latinae. Ex hoc enim Collegio, plurimi Episcopi, ut de aliis sileam, exierunt qui, suo zelo et activitate, quantum illud in regiones Americae boni contulerit egregie ostenderunt.

Sed proh dolor, opus tam pulchrum et Sanctae Sedi tam acceptum, nunc in periculo valde gravi versatur, cum ob crisim, quam dicunt, oeconomicam quae in praesenti totum orbem affligit, Collegium praeter communia damna illud fere extremum subeat et subiturus videatur, quod in progressiva alumnorum imminutione consistit. Scilicet si alumnorum imminutio per aliquod tempus ea proportione fieret qua hisce duobus ultimis annis facta est, ipsa Collegii exsistentia vel saltem floridus eius status periclitaretur.

Strictum debitum nostrum propterea esse iudico ut pro viribus curemus ne tantum damnum Collegio obtingat, quod cum damno nostrae famae etiam coniungeretur, utque propterea energice labores assumamus ad iuvandum carissimum Collegium, illudque in primo suo statu conservandum.

Huiusmodi tamen labores nos, qui Romae versamur, soli explere non possumus, sed omnino auxilio indigemus Sociorum Americae Latinae; unde cogor rogare R.m V.m ut cum Patribus suae Provinciae cordi habere velit sortem Collegii Pii Latini Americani et nobiscum efficaciter cooperari pro eiusdem conservatione imo et dilatatione.

Ratio vero huius cooperationis in eo est posita ut primum No-

stri istic augmentum alumnorum foveant, dein in eorum sustentationem procurandam elaborent.

Crediderim opera Nostrorum alumnos augendos fore, si Nostri humili cum insistentia Excmis. Episcopis studeant suadere eorundem et suarum Dioecesium valde interesse si suos Clericos Romam ad studendum mittant. Insuper in eundem scopum conferet si Nostri « propagandam », ut dicitur, de Collegio praefato serio faciant, praesertim apud eos adolescentes qui Nostros frequentant quique ad statum sacerdotalem inclinant.

Quod spectat ad modos cooperandi pro sustentatione alumnorum procuranda, poterunt primum Nostri quaerere personas quae simul Ecclesiam ament et opibus abundent easque suaviter inducere ad constituendas dotationes (*bechas*) ad alumnos huius Collegii alendos vel saltem ad se obligandum ad alendos, pro tempore aliquo determinato, unum vel duos alumnos in Collegio atque ad expensas itineris solvendas, ita ut hi suam educationem possint perficere. Optimum quoque esset instar apud familias, quae divites sint quaeque filios habeant ad sacerdotium propensos, ut eos, Ordinario assentiente, Romam mittere velint pro studiis, de expensis curam omnem ipsae sustinendo. Hoc secum ferret etiam magnum emolumentum elevandi paulatim condicionem socialem Cleri in variis regionibus Americae.

Equidem iampridem audivi in variis istic regionibus opinionem invaluisse nimias esse expensas, quas Collegium P. L. Americanum exigat pro pensione alumnorum atque administratores Collegii non plenam fiduciam merere; sed ea opinio omni fundamento destituitur. Scilicet post accuratum examen circa harum vocum fundamentum, constat omnino pensionem quae a Collegio exigitur non superare pensionem « mediam » aliorum Collegiorum ecclesiasticorum in Urbe, immo eam inferiorem esse pensione quorundam Collegiorum ex iisdem.

Quoad administrationem vero oeconomicam Collegii, ut rectum iudicium de ea efformari possit, prae oculis haberi debet eam in praesenti versari in difficilibus valde adiunctis et hoc inde evenisse quod ultimis hisce annis ingentes expensae sustineri debuerunt pro ampliatione eiusdem Collegii intuitu augendorum alumnorum nec non pro acquisitione stabilis et opportunae villae aestivae. Addi quoque debet condicionem oeconomicam Collegii in peius versam esse ex hoc, quod multae Curiae Episcopales per menses et annos differunt solutionem debitorum quae habent erga Collegium, quod gravissimum saepe est Administratoribus qui expensas ordinarias et quotidianas passim solvere debent pro alimentis etc., nec ob moras

supra dictas id tempestive praestare possunt. Rationes huiusmodi, graves certe et indubitatae, nedum animos alienent a Nostris qui in administrationem Collegii incumbunt, debent potius stimulos addere ad studiosius iuvandum Collegium etiam in sua parte materiali.

Quae cum ita sint, confido R.^{m} V.^{m} simul cum suis Patribus, pro sua devotione erga Sanctam Sedem et pro suo amore erga nostram Societatem et bonum nostrum nomen, intuitu quoque boni spiritualis istarum regionum, curare velle ut in auxilium Collegii Pii Latini Americani efficaciter veniat. Rem valde acceptam sic faciet, haud dubie, Suae Divinae Maiestati, quae conatus vestros larga benedictione super vestram Provinciam eiusque opera compensabit.

Gratum mihi erit audire a R.^{a} V.^{a}, occasione data, quid potuerit facere in sua Provincia in bonum Collegii praefati.

Commendo me ss. SS.

Romae, 28 martii 1932.

R.^{ae} V.^{ae}
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

101. **21 iunii 1932.**

De canonizatione B. Andreae Bobola actuose paranda ac promovenda.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM POLONIAE (1).

SUMMARIUM. — Omnibus Provinciarum Poloniae Sociis maxime cordi est accelerandae B. Andreae Bobola canonizationis causa, atque a pluribus iam annis multam in id impendimus operam, cuius effectus fuit canonicus de miraculis per intercessionem Beati obtentis processus Cracoviae in Curia Metropolitana institutus. Verum ex documentis processus haud difficile coniicere licet unum tantum miraculum habere condiciones a Sacra Rituum Congregatione requisitas. Cum vero constet duo necessario requiri miracula, omni ratione curandum est, ut per propagationem cultus Beati alterum miraculum quam primum obtineatur. Omnes itaque totis viribus huic propagationi insistant cum supplices ad Deum fundendo preces, tum di-

(1) Id est ad R. P. Stephanum Machnicki, Praep. Prov. Polon. Mai. et Maz., et ad R. P. Wlodimirum Konopka, Praep. Prov. Polon. Min.

vulgando imagines ac libros de Beato tractantes etc., expetendo quoque, ut aliae Societatis Provinciae fraternam nobis hac in re conferant operam.

Wielebny Ojcze Prowincjale!
P. Chr.

Wszystkim w Prowincji leży na sercu droga nam sprawa rychłej kanonizacji naszego Rodaka i Współbrata zakonnego bł. Andrzeja Boboli. Z upragnieniem czekamy na tę chwilę, kiedy Namiestnik Chrystusowy najwyższą swoją powagą opromieni chwałą Świętych bł. Męczennika i kiedy nasza Ojczyzna, wedle przepowiedni Błogosławionego, otrzyma w nim nowego i potężnego Patrona.

W tym celu przed kilku laty podjęliśmy szeroką akcję, ażeby przez ożywienie nabożeństwa do bł. Boboli za jego pośrednictwem uprosić łaski, któreby wzięte pod rozwagę św. Kongregacji mogły przyspieszyć upragnioną chwilę. Wynikiem naszych zabiegów był proces kanoniczny, przeprowadzony w krakowskiej Kurji Książęco-Metropolitalnej, w sprawie dwóch łask, zdziałanych przez wstawiennictwo Błogosławionego. W świetle dokumentów procesu krakowskiego sprawa tak się przedstawia, że najwyżej jedna z rozpatrywanych łask może mieć widoki prawdopodobnego powodzenia. Wiadomo jednak, że konieczne są dwie łaski, mające wszelkie po temu warunki, by mogły być uznane jako prawdziwe cuda. Gdybyśmy przeto na tem poprzestać chcieli, sprawa kanonizacji odłożonąby być musiała w nieokreśloną przyszłość. Wprawdzie tu w Wiecznem Mieście, przy zwłokach bł. Męczennika, Dobroć Boża udziela hojnie łask Swoich, o czem świadczą liczne wota, rozwieszone nad jego trumną, żadna jednak z tych łask, o ile nam wiadomo, nie może być przedmiotem rozważań św. Kongregacji. Może Bóg żąda, ażeby te właśnie łaski, wyproszone były w naszej Ojczyźnie, w której żył i pracował bł. Andrzej i którą okrył chwałą swojego męczeństwa.

Wobec takiego stanu rzeczy trzeba nam dalej z zapałem, godnym tak wielkiej i drogiej nam sprawy, prowadzić wszechstronną akcję, a jeśliby osłabła, nanowo ją ożywić. Nie łudźmy się ani na chwilę nadzieją jakiejś wyjątkowej dyspenzy ze względu na śmierć męczeńską Błogosławionego, poniesioną wśród najokrutniejszych tortur czy też ze względu na niezwykłe zachowanie jego ciała przez kilka wieków, bo dziś procedura kościelna w tej mierze jest tak ścisła i tak wymagająca, że gdybyśmy na te względy liczyli, bezwątpienia odwleklibyśmy sprawę kanonizacji na czas długi i ściągnęli na się słuszny zresztą zarzut, że ustaliśmy w połowie drogi. Raczej bierzmy za przykład inne narody i inne nasze Prowincje, jak rzymską i kanadyjską, które dzięki swojej, wszelkiej pochwały godnej propagandzie, w krótszym, aniżeliby spodziewać się można,

czasie, miały szczęście doczekać się kanonizacyj bł. Roberta i Męczenników Kanadyjskich.

Naprzód tedy módlmy się gorąco o tę wielką łaskę; módlmy się wspólnie i każdy zosobna. Ojcowie we mszy św. a ci, którzy kapłanami nie są, w czasie Komunji św. polecać będą gorąco Najświętszemu Sercu sprawę jak najrychlejszej kanonizacji. Dobrze byłoby również, gdyby w każdym domu, stosownie do liczby osób, przy tygodniowych suffragjach wyznaczało się jednego lub więcej Ojców, ażeby ad secundam intentionem odprawili mszę św. a tak samo, ażeby nasi Klerycy i Bracia ofiarowali Komunję św. i koronkę w intencji kanonizacji.

Prócz tego Ojcowie nasi rozwiną gorliwą propagandę wśród wiernych z ambony, w konfesjonale i w stowarzyszeniach. Przedewszystkiem Sodalicje Marjańskie, dla których Błogosławiony za życia jako moderator pracował, winny przodować w tej akcji. Piękny zwyczaj niektórych Sodalicyj odprawiania wspólnych modlitw w celu uproszenia rychłej kanonizacji Błogosławionego w czasie zebrań i nabożeństw sodalicyjnych godzien jest naśladowania nie tylko we wszystkich Sodalicjach, ale i we wszystkish stowarzyszeniach przez nas prowadzonych.

Ponieważ Ojcowie Pisarze mają stosunkowo wpływ najrozleglejszy, który ogarnia szerokie warstwy naszego katolickiego społeczeństwa, dlatego ich gorliwa działalność w tym względzie ma pierwszorzędne znaczenie. Niechaj przeto każdy z Ojców Redaktorów naszych pism perjodycznych obmyśli jak najodpowiedniejszy sposób propagandy i nie zaniedbuje żadnej sposobności, by zaznajamiać czytelników z życiem i działalnością Błogosławionego i zachęcać gorąco do polecania swych potrzeb orędownictwu « Wielkiego Męczennika ». Ojcowie, mający duchowną troskę o chorych w klinikach i w szpitalach, nie omieszkają zachęcać chorych, ażeby w swoich cierpieniach zwracali się z całą ufnością do bł. Andrzeja.

Ponadto rozrzucać należy w jak największej liczbie obrazki, medaliki, nowenny do Błogosławionego a przedewszystkiem jego żywot, którego dokładniejsze opracowanie jest ze wszechmiar pożądane. Możnaby wkońcu skorzystać i ze życzliwości innych narodów i pozyskać ich współpracę w tej ważnej sprawie.

Ciężkie niezwykle czasy ze swą mnogością potrzeb i cierpień wszelakich nasuwają aż nazbyt wiele sposobności, by kierować wiernych do Boga przez pośrednictwo naszego Męczennika. Nie ustawajmy przeto w rozpoczętem dziele; niech każdy będzie przekonany, że nie spełnił w tej mierze swojego obowiązku, jeśli co najmniej żarliwą modlitwą, skoro inaczej nie może, nie przyczyni się skutecznie do przyspieszenia upragnionego dnia, w którym nasz Błogosławiony w męczeńskiej aureoli Świętych ogłoszony będzie Patronem ukochanej Ojczyzny.

Niezmiernie miłe mi będą wszelkie informacje o postępie naszej akcji w tej drogiej nam sprawie.

Proszę polecić, ażeby ten list był odczytany do stołu we wszystkich domach Prowincji.

Polecam się pamięci W. O. Prowincjała przy Ofierze św.

Rzym dnia 21 czerwca 1932.

Sługa w Chr.:
WŁODIMIERZ LEDÓCHOWSKI T. J.

102. **7 iulii 1932.**

Pater Noster Conventui Velehradensi de Orientalibus Ecclesiis plaudit ac gratulatur.

AD R. P. ANTONIUM PREŠEREN
ASSISTENTEM SLAVICUM (1).

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum equidem prohibear quominus proximo de Orientalibus Ecclesiis Velehradensi Conventui coram adsim, R.m V.m delego, ut in illo Coetu mei personam agat meoque nomine significet me huiusmodi consilia studiosissime fovere eaque pro mea tenuitate totis viribus semper esse promoturum. Per illos vero dies, non modo precibus per SS. Cyrillum et Methodium, ut cotidie soleo, ad Deum fusis, istos ad Ecclesiarum unionem festinandam aptissimos labores et conatus adiuvare conabor, sed etiam centum Missas a nostris Patribus celebrandas curabo, quo citius benignissimus Princeps Pastorum et Episcopus animarum nostrarum omnes oves suas adunare dignetur, ut unum fiat ovile et unus Pastor.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 7 iulii 1932, in festo SS. Cyrilli et Methodii.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) Is per illud tempus in Provinciam Cechoslovakiae aliorum negotiorum causa a Patre Nostro missus fuerat.

103. **20 septembris 1932.**

De causa canonizationis B. Andreae Bobola impensius promovenda (1).

AD SOCIOS PROVINCIARUM CECHOSLOVAKIAE ET JUGOSLAVIAE (2).

Reverendi Patres Fratresque in Xto. carissimi:
P. Xti.

Cum die 21 maii 1930 laetum vobiscum Reverendi Patres et Fratres in Chr. carissimi, communicarem nuntium: Slavicam Assistentiam Beatum Andream Bobola caelestem sibi delegisse Patronum laborumque exemplar (3), paterne vos simul omnes sum exhortatus, non modo ut illius Tutoris vestri praesidium assidue invocaretis vitamque aemularemini, sed etiam ut pro viribus contribueretis ad promovendam eius canonizationis causam.

Ac spes me non fefellit. Sedula enim tum vivi tum scripti verbi propagatione effectum est, ut plurimae epistolae P. Vicepostulatori undique mitterentur, quibus gratiae Beati Andreae intercessione obtentae, nec numero nec re exiguae, gratissimo animi affectu describebantur.

At, ut accidere solet, una solum ex his gratiis eas conditiones habere videtur, quae a Sacra Rituum Congregatione in canonizationum causis requiri solent.

Cum tamen pro certo constet, duas necessario requiri gratias, quae tamquam vera miracula a Sacra Congregatione agnoscantur, ut ad canonizationem procedi possit, visum est mihi Socios Provinciarum Poloniae per litteras die 21 iunii huius anni datas iterum iterumque exhortari, ne ab incepto opere desisterent, sed potius maiore cum studio eousque incumberent, donec felicem, si Deo placuerit, sortiretur eventum (4).

---

(1) Hic supra, pp. 220-223, similis habetur epistola ad Praepositos Provinciarum Poloniae, polonice scripta.

(2) Haec epistola missa est ad R. P. Leopoldum Skarek Praep. Prov. Cechoslovakiae, ad R. P. Engelbertum Jurić Praep. Prov. Jugoslaviae, ad R. P. Rodulphum Mikus Praep. Viceprov. Slovakiae, ut cum omnibus suae quisque Provinciae aut Viceprovinciae Sociis communicaret.

(3) V. *Acta Rom.*, vol. VI, 1930, pag. 659.

(4) V. supra, pp. 220-223.

Quia vero de communi totius Assistentiae agitur causa, opportunum duxi vos quoque, RR. Patres et Fratres in Christo carissimi, ad operam hac in re Sociis Poloniae fraterne conferendam amanter invitare. Et re quidem vera, cum B. Andreas, ut sub uno Slavicae nationes congregarentur Pastore, sanguinem suum fuderit, iure merito omnium harum nationum caelestis Patronus vocari potest. Neque praetereunda mihi quoque visa est haec ratio, opus videlicet eximium Unionis separatorum a materna Ecclesia fratrum orientalium procurandae tam propagando cultu Apostoli Unionis strenuissimi, quam sollemniis faustae canonizationis celebrandis novam vim atque incrementum accepturum. Cum autem Unionis opus, a Sancta Sede nobis maxime commendatum, in vestra Provincia ampliorem vobis videatur aperire actionis campum, nemo infitiabitur peropportunum esse in difficili Unionis apostolatu B. Martyris invocare opem atque, ut supremis Sanctorum decoretur honoribus, pro viribus adlaborare.

Quare studeatis imprimis, RR. Patres et Fratres in Christo carissimi, fusis cotidie humilibus precibus Deo supplicare, ut canonizationis causam sua benedictione prosequi dignetur. Supplices preces subsequatur sedula atque intensa actio. Qua in actione Patres operarii partes agent praecipuas, cum a sacro suggestu, in poenitentiae tribunali, in associationum sessionibus vita Beati eiusque canonizationis causa exposita fideles exhortari curabunt, ut in vitae necessitatibus caelestem illius implorent intercessionem. Et haec quidem in Congregationibus Marianis maxime praestare oportebit, quarum sollicitam curam Beatum nostrum tamquam Moderatorem eximium exercuisse nemo ignorat. Divulgari etiam inter fideles oportebit libros de Beato tractantes (quem in finem vita Beati propagationi accommodata multum collatura videtur), tum imagines et foliola vitam Martyris precesque pro canonizatione breviter exhibentia.

Directores vero periodicorum nostrorum libenter occasiones arripiant, ut de vita Beati et canonizationis momento lectores edoceant eisque fiduciam erga Beatum Martyrem omni modo instillent. Doceantur quoque lectores, ut Directoribus periodicorum de obtentis gratiis fideliter referant.

De maioribus praesertim gratiis, intercessione Beati obtentis, certior erit reddendus P. Ioannes Rostworowski (*ul. Kopernika 26,* Kraków, *Polonia*), qui Vicepostulator canonizationis canonice est constitutus.

Singulari solacio erunt mihi omnia, quaecumque de progressu huius causae mihi rettuleritis.

Haec epistola in omnibus domibus Provinciae ad mensam perlegatur.

Commendo me enixe vestris ss. SS. et orationibus.

Romae, die 20 septembris 1932.

Omnium vestrum
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

104. **19 novembris 1932.**

Quaedam statuuntur de Scholasticis Missionem Orientalem expetentibus quod ad eorum transitum ad ritum orientalem et sacros Ordines suscipiendos.

AD R. P. VICTORIUM BOVINI
RECTOREM SCHOLASTICATUS PROV. ROMANAE
Pontif. Universitati Gregorianae addicti (1).

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Quae de Scholasticis nostris Missionem Orientalem expetentibus statuenda in Domino visa sunt, haec cum R. V. communico.

Quod ordinationes eorum spectat, iisdem legibus subdentur quibus alii nostri Scholastici, eodemque propterea tempore ac ceteri eas suscipient.

Licentiam autem transeundi ad ritum orientalem, vi facultatis a Sancta Sede acceptae, iis qui illam a me petent, si tamen vere apti ad hanc summi momenti Missionem inventi fuerint, finito secundo theologiae anno concedam. Ex quo etiam tempore, Orientalium more, barbam deferre poterunt.

Commendo me ss. SS.

Romae, 19 novembris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) Inter Scholasticos Theologiae auditores, qui Romae Pontificiam Universitatem Gregorianam frequentant, nonnulli ex variis Provinciis selecti ad Missionem Orientalem (Prov. Pol. Maior. et Maz.) praeparantur, ritui orientali iam nunc studentes.

105. **8 decembris 1932.**

De spiritu sacrae liturgiae in nostris templis et operibus in Italia impensius promovendo.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM ITALIAE.

REVERENDO IN CTO. PADRE:
P. XTI.

In questi ultimi tempi sono sorti dei dubbi e ci furono anche tra i Nostri in Italia delle discussioni sulla liceità e sulla opportunità della cosidetta *Messa dialogata,* non nel senso esagerato di recitare *alternativamente* col celebrante le parti che egli deve recitare tutte intiere da sè (come il *Gloria,* il *Credo,* il *Sanctus* etc.), ma nel senso moderato, se i fedeli possano rispondere al sacerdote tutti insieme invece del solo ministro o inserviente. Sul primo caso tutti convengono non essere lecito *sostituire* il sacerdote nella recita di quelle parti della Messa, benchè sia lecito e utile *unirsi* al sacerdote anche in quelle, recitando, per es. il *Credo,* mentre egli lo dice da sè all'altare; sul secondo caso invece i pareri sono divisi, con molte gradazioni di opinioni, dal ritenerla illecita fino al ritenerla assai raccomandabile.

La cosa mi sembra molto importante, non solo per il determinato caso che si discute, ma per il principio su cui si basa, cioè una più larga partecipazione del popolo cristiano alla liturgia della Chiesa, specialmente alla S. Messa. Perciò, udito il parere di uomini periti in questa materia, credo opportuno ed utile di cogliere questa occasione per dare alcune norme in proposito a tutte le Province d'Italia, onde avere l'uniformità nell'agire dei Nostri ed evitare spiacevoli contrasti.

E prima di tutto, è indubitabile che sempre, ma ora in modo speciale, la Santa Sede favorisce e promuove ogni sana iniziativa che, entro i limiti delle leggi e tradizioni ecclesiastiche, tenda a facilitare una sempre più intima partecipazione dei fedeli alla vita liturgica della Chiesa. Noi, che secondo lo spirito proprio di nostra vocazione, dobbiamo con ogni premura assecondare anche i minimi desideri della Sede Apostolica, non possiamo restare indifferenti davanti a questo movimento, ma dobbiamo cooperarvi con tutto il cuore e con tutti i mezzi che sono a nostra disposizione. Naturalmente non parlo di certe esagerazioni, che spingono la cosa fino a voler sostituire con la liturgia ogni altra forma di vita ascetica e spi-

rituale; come pure non parlo di certi metodi e manifestazioni liturgiche che urtano con le prescrizioni canoniche, e che certamente non sono approvate dalla Santa Sede: questo genere di liturgismo è troppo evidentemente esagerato, e quindi si esclude da sè. Del resto tra noi, almeno in Italia, il pericolo non istà nell'eccesso, ma piuttosto nel difetto.

Difatti, bisogna confessare che in alcune nostre chiese, in alcuni nostri Collegi si fa troppo poco in questa parte: le funzioni non sempre si fanno con tutto quel decoro e precisione che si dovrebbe, e soprattutto non se ne fa abbastanza sentire e gustare la bellezza al popolo e agli alunni; e quindi talvolta le sacre cerimonie non portano tutti quei frutti di aumento di fede e di divozione, a cui sono indirizzate. Bisogna avvezzare i fedeli a rendersi conto delle varie funzioni liturgiche, a penetrarne il senso e i simboli, a seguire passo passo il loro svolgimento: solo così si otterrà una sempre maggiore divozione nelle nostre chiese; e quanto ai nostri alunni, non solo si eviterà loro la noia e dissipazione durante le funzioni a cui devono assistere, ma vi si affezioneranno, e anche più tardi continueranno a desiderarle, cercarle e gustarle con grande vantaggio della loro vita cristiana.

In particolare, per quel che riguarda la S. Messa, centro e vita di tutta la liturgia, è evidente il desiderio della Santa Sede che si fomenti una più diretta partecipazione al sacrificio in unione con il sacerdote. E' quindi necessario che si intensifichi l'istruzione del popolo cristiano sulla Messa e sulle sue cerimonie: il che raccomando vivamente a tutti i nostri Predicatori, secondo la loro regola 10ª. In pratica poi, prudentemente bensì, ma senza scrupolo, si dia al popolo la soddisfazione di sentirsi più unito al celebrante, non solo seguendolo passo passo nello svolgimento del sacrificio, ma, dove si può fare senza inconvenienti, anche col rispondere tutti insieme al sacerdote, come con piena approvazione dell'autorità ecclesiastica già si usa in vari paesi e si va estendendo anche in Italia.

Nè si opponga la dichiarazione data dalla Sacra Congregazione dei Riti il 4 agosto 1922 in risposta ad alcuni dubbi proposti [1]. Poichè, anche senza insistere sul fatto che essa non ha per nulla i

---

[1] Ecco il testo della dichiarazione:

« I. An liceat coetui fidelium astanti sacrificio Missae, simul et coniunctim respondere loco ministri, sacerdoti celebranti?

Ad I. « Ad Rev.mum Ordinarium iuxta mentem ». Mens est: « Quae per se licent, non semper expediunt ob inconvenientia quae facile oriuntur sicut in casu, praesertim ob perturbationes quas sacerdotes celebran-

caratteri di una proibizione, ma solo di una norma direttiva data all'Ordinario, siccome il « non expedire » è basato solo su gli « inconvenientia quae facile oriuntur », se si eliminano questi inconvenienti (come si può fare con la conveniente preparazione), non c'è più ragione di astenersi da un uso che la stessa dichiarazione evidentemente considera tra quelli che « per se licent ». Ad ogni modo non dobbiamo noi interpretare quel documento più strettamente di quello che sia comunemente interpretato dalle competenti autorità ecclesiastiche e perfino dalla stessa Sacra Congregazione dei Riti.

Per evitare poi ogni inconveniente, oltre le opportune istruzioni e spiegazioni da darsi a tutti, sarà molto utile formare un gruppo scelto, che sia come il nucleo centrale, a cui si riuniranno e seguiranno gli altri; il che si potrà molto bene ottenere specialmente nei nostri Collegi, per es. per mezzo della Congregazione Mariana. Lo stesso si dica per i canti liturgici, che devono bensì essere sostenuti da un gruppo scelto, ma conviene che anche tutta la massa degli astanti impari un po' alla volta ad associarvisi, come già avviene in molti luoghi, non solo in privati istituti, ma, dove l'Ordinario lo giudica conveniente, anche in chiese pubbliche con partecipazione di tutto il popolo, il quale, molto più che non si creda, sente e gusta tali cose, quando sono opportunamente messe alla sua portata.

Sarebbe invece, se non del tutto contrario, certo meno conforme alle attuali direttive della Santa Sede, trattenere i fedeli, durante la Messa o le funzioni sacre, in altre pie pratiche, per quanto sante e raccomandabili, che non abbiano diretta relazione col santo sacrificio o con le cerimonie liturgiche che si stanno svolgendo, come fare novene ecc.: queste devozioni nei nostri Collegi e nelle nostre chiese si devono bensì promuovere e praticare, ma bisogna trovar loro un tempo più adatto, non condensare tutto nel tempo della Messa, con detrimento della formazione spirituale delle anime a noi affidate. Anche la recita del Rosario (se non forse durante il mese di Ottobre, dove non si può fare altrimenti) sarebbe desiderabile che fosse assegnata ad altra ora del giorno. Molto meno poi conviene durante la Messa, mentre il sacerdote continua il santo sacrificio all'altare, trattenere il popolo con sermoncini o discorsi di tutt'altro argomento; ma, o si spieghino le cerimonie stesse della Messa, oppure, se si deve parlare d'altro o spiegare il Vangelo, si faccia sospendere la Messa

---

tes et fideles adstantes experiri possunt cum detrimento sacrae actionis et rubricarum. Quapropter expedit, ut servetur praxis communis, uti in simili casu pluries responsum est ». (*Act. Ap. Sed.*, vol. XIV, 1922, pag. 505).

secondo l'uso consueto finchè il discorso o l'omelia non sia finita, oppure si rimandi la predicazione ad altro tempo.

E poichè mi si presenta quest'occasione propizia, raccomando vivamente che almeno in ogni Domenica dell'anno ad ora conveniente si faccia nelle nostre chiese una predica catechistica per tutto il popolo, in cui secondo un ordine prestabilito si spieghino successivamente e continuamente tutte le parti della dottrina cristiana, in modo che i fedeli che frequentano le nostre chiese, entro un determinato periodo di tempo (per es. di un triennio), abbiano una chiara e sufficiente cognizione di tutto l'insegnamento della Chiesa. Ma bisogna che tale predicazione sia ben preparata, con uno schema ben fissato, di maniera che entro la misura di tempo stabilita, che non dovrebbe essere più di mezz'ora, ciascuno dei punti abbia lo svolgimento che merita la sua importanza; non deve poi avere tono e forma di predica apologetica e molto meno polemica, ma piana ed espositiva, con la massima chiarezza. Se tale predicazione, che risponde pienamente a ciò che inculcava il Papa Pio X di santa memoria nell'Enciclica « *Acerbo nimis* » del 15 aprile 1905, verrà fatta con questi criteri, non mancherà di produrre dappertutto i frutti copiosi che già si raccolgono ove è in uso.

Ma per tornare al nostro argomento principale, quanto alla santa Comunione, pur favorendone a tutto potere la frequenza, si procuri di avvezzare i fedeli, per quanto è possibile, a considerare la Comunione come parte della Messa; senza però andare all'eccesso, affatto contrario alla mente della Santa Sede, di rendere difficile la Comunione a chi non può attendere altro tempo. In ogni caso poi si osservino fadelmente le leggi liturgiche nel distribuire la Comunione, cercando (e con buona volontà ci si può riuscire) di conciliare l'utilità delle anime col decoro da usarsi verso il SS. Sacramento: certe combinazioni (per es. di una Messa che continua a celebrarsi all'altare mentre ivi stesso un altro sacerdote dà la Comunione indipendentemente dal celebrante e senza riguardo al punto a cui si trova il santo sacrificio) con cerimonie improvvisate lì sul momento, se si possono forse tollerare in qualche rarissima e del tutto straordinaria circostanza, non devono assolutamente passare in uso quotidiano.

Quel che ho detto circa la Messa e le altre funzioni liturgiche vale anche di tutto il ciclo di esse o, come si suol dire, dell'anno liturgico. Conviene che il popolo cristiano conosca ed ami le feste e l'armonico e mistico vincolo che le unisce, per cui la santa Chiesa, attraverso l'avvicendarsi delle varie stagioni, ci mette sotto gli occhi la vita di N. S. Gesù Cristo, i suoi gaudii, le sue pene, i suoi trionfi,

causa insieme ed esemplare delle lotte e delle vittorie della Chiesa stessa nostra madre e delle sue gemme più care, quali sono la Vergine SS. e i Santi. Ai nostri Predicatori nella loro regola 10ª è raccomandato che « liturgiam anni ecclesiastici... bene explanent »: altrettanto raccomando ai Padri spirituali dei Collegi e ai Rettori delle nostre chiese. Procurino tutti di fomentare questo spirito così bello e salutare, di far sì che il popolo cristiano riviva veramente questa santa vita di famiglia, come era nei secoli passati, quando tutti, anche i più semplici ed ignoranti, sapevano magnificamente l'ordine e il grado e il significato delle feste cristiane, e si uniformavano con intimo sentimento allo spirito proprio di ciascuna, adattandovi anche le manifestazioni esterne appropriate al grado e alla natura delle singole solennità. A tal fine gioveranno dei libretti ben fatti che si potranno distribuire ai nostri alunni e ai fedeli soliti frequentare le nostre chiese; tali libretti siano o comuni a tutta l'Italia (da compilarsi quindi con fraterna intesa tra le Provincie) o propri di ciascuna delle principali nostre chiese, secondo le circostanze, e contengano anche i canti più facili e più in uso, come pure una breve notizia delle feste proprie della Compagnia e dei nostri Santi.

Ma per ottenere che i Nostri si mettano con maggior impegno a promuovere la vita liturgica in mezzo ai fedeli, è necessario che essi stessi siano sempre più profondamente informati di questo spirito, che è del resto perfettamente consono alle nostre più antiche tradizioni. Benchè la Compagnia non abbia il coro, si è però sempre molto adoperata per lo splendore del culto divino, anche nelle forme più strettamente liturgiche. Basti ricordare quello che dice il N. S. P. Ignazio, tanto nelle Regole « ad sentiendum cum Ecclesia » quanto nelle stesse Costituzioni, intorno all'intelligenza e pratica delle sacre cerimonie, specialmente della S. Messa, che devono avere i Nostri e devono fomentare negli altri, lodando tutto ciò che la S. Chiesa ha stabilito, anche le più minute pratiche della sacra liturgia e della pietà cristiana. S. Francesco Borgia, poi, a quanto finora consta, sembra sia stato il primo a comporre un corso di meditazioni distribuite secondo l'anno liturgico, benchè pubblicato solo più tardi.

Non mi dilungo su ciò, bastandomi rimandare V. R. e tutti i Nostri alla lettera che fin dal 1922 ho scritto su questo argomento: « De sacra liturgia pro nostrae vitae ratione accurate peragenda » (*Acta Rom.*, vol. III, 1922, pag. 475 sg.), e che sarà bene sia riletta in

questa occasione, come desidererei che questa mia venga letta in tutte le nostre case d'Italia.

In unione de' suoi SS. SS.

Roma, festa dell'Immacolata Concezione di Maria SS.

8 dicembre 1932.

di V. R.
Servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

Litterae gratulatoriae Patris Nostri pro festis iubilaribus quarundam Provinciarum, Missionum, Domorum.

106. **14 februarii 1932.**

De quinquagesimo anniversario Missionis Armeniae (Prov. Lugdun.).

AD R. P. CLAUDIUM CHANTEUR

SUPERIOREM REGULAREM MISSIONIS SYRIAE.

MON RÉV. PÈRE,
P. C.

J'apprends que vous allez commémorer bientôt le *cinquantième anniversaire de la Mission d'Arménie,* et bien que cette fête ne soit pas appelée à avoir le même éclat que la récente célébration du centenaire de celle de Syrie, je veux cependant adresser mes félicitations et mes souhaits paternels à ceux qui, tout en implorant de Dieu des jours meilleurs, se dévouent aux oeuvres arméniennes.

Peu de Missions ont connu en si peu d'années de telles alternatives de prospérité partielle et d'épreuves. Partis en effet pour répondre au désir formel de Sa Sainteté Léon XIII, qui leur demandait de reprendre en Arménie l'apostolat interrompu par la suppression de la Compagnie, nos Missionnaires n'ont cessé de se heurter à des obstacles de tout genre; et comment oublier les terribles massacres qui s'y ajoutèrent bientôt périodiquement et où finalement un Père et un Frère trouvèrent la mort! [1]. Aussi ne peut-on s'empêcher d'éprouver un sentiment d'admiration profonde pour ces dignes enfants de la Compagnie que rien n'a découragés et qui, après chaque tempête, ont vaillamment relevé de leurs ruines les oeuvres dévastées.

A présent, sur une terre d'exil, mais à l'ombre de vos Résidences de Syrie qui leur ont si charitablement porté secours, les débris de la noble race arménienne retrouvent le même inlassable dévouement qu'elle avait connu jadis aux jours de paix. Je sais par quels

---

[1] P. Petrus Aghadjanian anno 1916; Fr. Coad. Iosephus Balian anno 1915.

prodiges de charité ingénieuse on a cherché à soulager l'immense détresse de tous ces réfugiés, heureux de pouvoir ainsi toucher leurs coeurs et préparer leur retour à la véritable Eglise du Christ. Aussi profité-je avec joie de l'occasion qui m'est offerte, pour vous dire, à vous, mon Révérend Père, et à tous les Missionnaires de Syrie, un très sincère merci pour ce que vous avez fait en faveur des arméniens si douloureusement frappés.

De tout coeur donc je bénis ces écoles, ces oeuvres de jeunesse, ces dispensaires, toute cette floraison charitable et apostolique qui, à Beyrouth, Alep, Damas, Homs et ailleurs, a germé auprès des camps de réfugiés. Je bénis également Constantinople et Adana, les deux seules Résidences qui aient pu survivre au désastre, — et le poste Kirik-Khan, premier rameau, espérons-le, d'une frondaison nouvelle.

Puissions-nous tous par nos prières instantes et nos sacrifices, non seulement attirer les grâces qui féconderont tant de dévouements cachés, mais encore obtenir du Coeur de Notre-Seigneur qu'Il daigne se faire pour la Mission Arménienne, comme jadis pour les survivants de la Compagnie en Russie Blanche, un gage de salut et de résurrection.

Je me recommande, mon Révérend Père, à vos ss. SS.

Votre serviteur en Notre-Seigneur

Rome, le 14 février 1932.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

107. **3 maii 1932.**

De centenario Residentiae Dublinensis S. Francisci Xaverii (Prov. Hibern.).

AD R. P. ANDREAM MACARDLE
DUBLINENSIS RESIDENTIAE SUPERIOREM.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Peculiari cum consolatione audio Patres Residentiae Sancti Francisci Xaverii Dublinensis in eo esse ut centesimum annum fundationis Domus triduo solemni commemorent; hanc ergo occasionem praetermittere non possum quin vobis sensum mei gaudii

et satisfactionis significem ob labores, quos Patres Provinciae Hiberniae per saeculum elapsum ad maiorem Dei gloriam sustinuerunt quosque operarii hodierni, exemplo maiorum incitati et gratia divina adiuti, cum tanto zelo prosequuntur. Tot et tantorum operum caritatis sive spiritualium sive corporalium memores, nostram gratitudinem imprimis Deo Omnipotenti exprimere debemus qui ministeria Nostrorum eximiis fructibus retribuere dignatus est. Recolere quoque iuvat memoriam eorum Patrum qui, suis concionibus et lectionibus doctrinam christianam populum fidelem Hibernicum assidue docuerunt, vel qui, munere audiendi confessiones ut veri Societatis filii sancte fungentes, cum animi alacritate et indefessa patientia animas peccatis et crucibus oppressas sanguine Christi purificarunt et roborarunt; hodie praesertim recolere iuvat nostros Patres pietatem erga Sacratissimam Eucharistiam in fidelium animis excitasse et cum fructu eos exhortatos esse ut pane Eucharistico etiam quotidiano vires reficerent; id enim testantur illi quasi innumeri homines et iuvenes qui in vestro templo, vitam Iesu Christi militum exemplar aliis praebentes, ad Sacram Synaxim accedere solent, et ita in suis cordibus regalem domum pro Iesu Rege, specie eucharistica velato, talem praeparant quae non sit nimis indigna suae apud vos solemnis, toto orbe catholico vobiscum plaudente et orante, proximae visitationis (1).

Restat ut votum, Reverende Pater, vobis ex corde exprimam cui Divina Bonitas benedicere certe dignabitur, ut omnes scilicet Nostri veri cooperatores Christi esse pergant, et magis in dies imitari satagant exemplum antiquorum nostrorum Patrum qui ad Iesum per Mariam animas innumeras adducere valuerunt; per Mariam, inquam, ope praesertim illius praeclari instrumenti quod nostris manibus Divina Providentia commisit, Congregationum videlicet Marianarum solide institutarum ac cum zelo promotarum, quas optarem apud vos, iuxta earum spiritum germanum, adhuc magis atque magis in dies florere. Haec sit, Reverende Pater, horum dierum festorum, conclusio et sanctum propositum; nihil enim Divinae Matri iucundius offerre, nullum aliud magis fructiferum medium excogitare potestis ad vestrorum iuvenum et virorum sanctificationem promovendam et selectos manipulos apostolorum laicorum efformandos, qui « regnum Christi propagare et Ecclesiam contra impiorum impetus defendere valeant ».

---

(1) Innuitur ad Congressum Eucharisticum Internationalem Dublini proximo mense iunio habendum.

Omnibus et singulis Patribus et Fratribus ex affectu paterno benedictionem impertio.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 3 maii 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

108. **22 iunii 1932.**

De quinquagesimo anniversario Collegii Mungretensis et Scholae Apostolicae ibidem (Prov. Hibern.).

AD R. P. EDUARDUM DILLON
MUNGRETENSIS COLLEGII RECTOREM.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Magno cum gaudio audivi Collegium Mungretense SS. Cordis et Scholam Apostolicam sub finem huius mensis celebratura esse iubilaeum suae fundationis, et hac occasione sensum meae congratulationis et paterni affectus antiquis et praesentibus omnibus alumnis, Patribus et R.ae V.ae exprimere volo. Distans a vobis corpore sed corde et animo inter vos praesens, de communi omnium gaudio et ego gaudeo, gratiasque vobiscum Deo ago ob uberrimas gratias Colligio et Scholae per hos 50 annos a Divina Bonitate elargitas, measque humiles preces effundo ut opus quod Collegium et Schola hucusque cum zelo prosecuta sunt, melius in annos ad maiorem Dei gloriam perficere valeant.

Pergratum etiam mihi est videre hanc commemorationem celebrari eo tempore quo magna pars vestrorum antiquorum alumnorum, Excellentissimorum videlicet Archiepiscoporum et Episcoporum, sacerdotum et laicorum, in Hiberniam convenerit ad Congressum Eucharisticum internationalem; de hoc singulari filiorum Collegii et Scholae concursu valde laetor et R.ae V.ae precor ut omnibus

meae venerationis et obsequii testimonium praesentet. Vobis autem, dilecti Patres et Fratres, ex affectu paterno benedico.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 22 iunii 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

109. **30 iunii 1932.**

De festis iubilaribus Societatis in urbe Turonensi (Prov. Franc.).

AD R. P. LUDOVICUM DE PRACONTAL
TURONENSIS COLLEGII RECTOREM.

MON RÉV. PÈRE,
P. C.

Puisque vous devez bientôt fêter à la fois le soixantième anniversaire de la fondation du Collège Saint Grégoire et le tricentenaire de l'installation de la Compagnie à Tours, je tiens à vous dire que je m'unirai de grand coeur à vos prières et à vos actions de grâces.

La Providence Divine a manifestement béni l'apostolat de la Compagnie, pendant ces trois siècles de laborieux travaux au Collège et dans le ministère. Avec vous je L'en remercie.

Mais ma pensée se reporte aussi vers tant de Pères qui se sont dévoués sans compter au poste que l'obéissance leur avait confié. Les disparus, — et ils sont nombreux, — ont reçu leur récompense de la Misericorde Divine. Qu'il me soit permis au nom de la Compagnie de remercier ceux qui demeurent: les ouvriers d'aujourd'hui, dont je connais l'activité au College, dans les oeuvres et dans le saint ministère. C'est donc bien volontiers qu'en ce jour de fête je vous donne à vous, mon Révérend Père, et à tous les membres de votre Communauté ma paternelle bénédiction.

Je croirais manquer à mon devoir, si je ne rendais pas hommage en cette circonstance à tous nos très chers bienfaiteurs, amis et anciens élèves, qui, au cours de l'histoire du Collège et de la Résidence de Tours, et surtout aux jours d'épreuves, ont montré envers la Compagnie tant de dévouement et de générosité. Soyez auprès de ceux

qui vous entourent, je vous en prie, l'interprète de ma profonde reconnaissance.

A toutes ces intentions qui nous sont si chères, pour les vivants et pour les défunts, bien volontiers j'applique 100 saintes Messes.

Je me recommande, mon Révérend Père, à vos ss. SS.

Rome, le 30 juin 1932.

Votre serviteur en Notre-Seigneur

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

110. **28 iulii 1932.**

De centenario Residentiae Lalouvescanae (*Prov. Lugdun.*).

AD R. P. IOSEPHUM GOUDARD
LALOUVESCANAE RESIDENTIAE SUPERIOREM.

MON RÉV. PÈRE,
P. C.

Je ne puis songer à répondre au souhait, si aimablement exprimé par vous cependant, de me voir prendre part au triduum qui célèbrera le centième anniversaire de la Résidence de Lalouvesc. Mais cette lettre vous assurera du moins que je veux m'unir de tout coeur au pieux hommage de gratitude et d'amour qu'à cette occasion vous offrirez à notre admirable Saint François Régis.

Car c'est bien lui qui a été dès les premiers jours, qui est encore et qui restera l'âme de votre Résidence. — Sur cette montagne que sa mort a sanctifiée, il nous avait légué, pour ainsi dire, tout un splendide héritage surnaturel : semences de grâces déposées dans les âmes au cours de ses longues missions à travers la contrée, riche trésor de mérites, fait de ses pénitences, de ses fatigues apostoliques, de ses prières, de son suprême sacrifice en la nuit du 31 décembre 1640.

C'est pour recueillir cet héritage que, par la voix de Monseigneur Bonnel, Evêque de Viviers, la divine Providence appela les Pères de la Compagnie de Jésus à Lalouvesc, en 1832. C'est à la faire fructifier qu'ils ont, pendant cent ans, besogné sans relâche sur les traces et à l'exemple de leur Saint bien-aimé.

Ce que le pélerinage actuel leur doit, mieux que tout autre vous le savez, mon Révérend Père; et si Dieu seul a le secret des innombrables transformations d'âmes opérées, du moins l'Abri du Pélerin, la chapelle Saint Ignace et, pardessus tout, la splendide Basilique, que votre zèle cherche à rendre chaque année plus digne des restes saints dont elle est comme la châsse de pierre, proclament-ils à leur façon que rien, vraiment, n'a été omis de ce qui pouvait accroître la dévotion des fidèles et rendre les pélerinages plus nombreux et surtout plus fructueux pour les âmes.

Mais sans vouloir diminuer le moins du monde la part qui revient à chacun dans le bien accompli, force nous est de reconnaître, — et nous le faisons d'ailleurs avec joie, — que c'est à Saint François Régis et, par lui, à Dieu qu'en remonte toute la gloire. J'en appelle, en effet, à votre expérience personnelle, mon Révérend Père, et à celle de tous ceux qui ont travaillé à Lalouvesc: n'est-il pas vrai que, tout au long de l'année, qu'il s'agisse des heures fatigantes mais si fructueuses passées au confessionnal, ou des missions à travers le pays, vous touchez partout du doigt l'action sans cesse renouvelée de celui qui, comme le Divin Maître, a passé en faisant le bien? On dirait que, de cette terre, qu'il a de haute lutte arrachée à l'hérésie, Dieu lui a donné comme l'investiture spirituelle et qu'il y continue, par ses Frères dans le sacerdoce et dans la vie religieuse, cet apostolat qui fut réellement prodigieux.

Que ce centenaire soit donc pour vous une occasion nouvelle de payer à Saint François Régis le tribut de votre reconnaissance et de votre amour. Ce sera d'ailleurs le meilleur moyen de vous assurer pour l'avenir la perpétuité de cette bienfaisante influence, dont le salut des âmes est l'enjeu.

Alors que tant de régions sont victimes de la marche envahissante du matérialisme, plus que jamais il faut qu'à travers votre pays de France émergent dans tout leur rayonnement surnaturel ces îlots de sainteté que Dieu Lui-même y a fait surgir. Or, sans vouloir songer à établir de comparaison, il est juste pourtant de dire que celui de Lalouvesc s'est affirmé, au cours du dernier siècle, comme étonnemment fécond pour le bien des âmes.

Que Saint François Régis conserve donc et accroisse encore cette influence vivifiante! Ce sera sa gloire; ce sera surtout celle de ce Jésus qu'il a si généreusement servi et tant aimé.

De tout coeur je vous envoie, mon Révérend Père, pour vous d'abord, à qui de toute manière le pélerinage doit tant, — puis pour les Pères qui, sans relâche, travaillent avec vous, ma très paternelle bénédiction. Et daigne Saint François Régis, dont l'exemple pose

devant nos yeux un si bel idéal de sainteté personnelle en même temps que d'humble et inlassable apostolat, féconder toujours plus et sanctifier vos labeurs.

Je me recommande, mon Révérend Père, à vos ss. SS.

Frascati, le 28 juillet 1932.

Votre serviteur en Notre-Seigneur

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

111. **28 septembris 1932.**

De quinquagesimo anniversario Seminarii et Collegii Travnicensis (Prov. Jugoslav.).

AD R. P. STEPHANUM JAMBREKOVIĆ
TRAVNICENSIS SEMINARII RECTOREM.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum ineunte mense octobri Seminarium Collegiumque Travnicense quinquagenarium Iubilaeum sint celebratura, temperare mihi non possum, quin paterne vobiscum, Reverendi Patres et Fratres in Christo carissimi, congaudens vos per litteras alloquar.

Ac primum gaudium meum sincerissimum exprimere volo et gratias maximas Deo omnipotenti vobiscum ago Societatem nostram quinquaginta annorum decursu Seminarium Travnicense regendo haud exiguum opus pro bono Ecclesiae in Bosnia perfecisse. Agebatur tunc enim, uti vobis perbene est notum, de constitutione hierarchiae sacrae in his regionibus deque stabilienda ac firmanda catholica Ecclesia in Bosnia. Quo id perfici posset, de educatione et formatione cleri prae aliis cogitandum erat. Quare primus ille ac sanctae memoriae Praesul Vrhbosniensis, Archiepiscopus Stadler, Patres nostros, suos olim in Collegio Germanico educatores, in Bosniam advocavit illisque munus formandi cleri commisit. Quod dulce nobisque maxime proprium onus Patres libenti susceperunt animo.

Meministis, RR. Patres et Fratres in Christo carissimi, quantas difficultates quantaque pericula Seminarium illud non solum initio, sed praesertim turbulentis belli temporibus fuerit perpessum; at

Patres non despondebant animum « scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit ». Dominus enim in se confidentes non deseruit illisque adfuit et uberrima benedictione eorum labores est prosecutus.

Sub ductu Excellentissimorum Praesulum Vrhbosniensium iuvenes ad sacerdotium adspirantes formastis scientia, pietate, animarum zelo praestantes ita, ut ex hac pietatis et scientiarum palaestra numerosi iam exierint manipuli sacerdotum secundum Cor Iesu, qui unusquisque secundum talenta a Deo sibi data indefesse in vinea Domini laborant.

Atque haec praeclare gesta gratissimo erga Divinam Bonitatem et humillimo recolentes animo, discite et in posterum, RR. Patres et Fratres in Chr. carissimi, filialem in Deum fiduciam et crescentem in dies zelum et amorem tam divini muneris, educationis, dico, et formationis Levitarum. Etenim amor tarda molimina nescit, neque oneroso gravatur labore, sed sese impendit et superimpendit pro Dei gloria et animarum bono. Quem operosum amorem a vobis eo magis foveri oportet, cum hodierna tempora ac iuventutis condicio maiorem exposcant in vobis sollicitudinem, non modo scientia, sed et exemplo vitae religiosae alumnis praelucentem.

Faciat SS. Cor Iesu, patrocinante vobis angelico Aloisio, ut e Seminario vestrae curae commisso prodeant in vineam Domini plurimi zelo ac scientia praestantes operarii, qui fructum centesimum pro gloria Dei et bono Ecclesiae in Bosnia laetantes sint allaturi.

Commendo me ss. SS.

Romae, 28 septembris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

112. **15 octobris 1932.**

De septuagesimo quinto anniversario Paroeciae S. Familiae in urbe Chicagiensi (Prov. Chicag.).

AD R. P. RAYMUNDUM WALSH

CHICAGIENSIS ECCLESIAE S. FAMILIAE PRAEFECTUM.

Reverende in Xto. Pater:

P. Xti.

Multum me iuvat, occasione septuagesimi quinti post fundatam paroeciam S. Familiae anniversarii, non solum R.ae V.ae, sed et omnibus suis adiutoribus et toti paroeciae, gaudium meum et gratulationes meas ex intimo corde depromptas significare. Ex vita Patris Damen eius fundatoris (1), ex libro Memoriali a bono Fratre Mulkerins edito (2), ex litteris et documentis Romam missis, ne quid dicam de multitudine fidelium qui ibi caelestis patriae viam edocti sunt, luculenter constat quam pleni vita spirituali fuerint hi anni, quam digni qui sollemni celebratione commemorentur. Quae commemoratio sine dubio plurimos labores et angustias in memoriam revocabit; sed ex altera parte maximas consolationes merito suscitabit ob uberes et laetos fructus pro gloria Dei et animarum salute perceptos.

Libenter vobiscum amplissimas Deo et Domino Nostro gratias ago pro beneficiis et donis spiritualibus et temporalibus hoc diuturno temporis spatio in paroecia S. Familiae acceptis. Et quamvis nunc valde mutatae sint conditiones pristinae, spero tamen vos etiam in posterum zeli apostolici vestrorum praedecessorum aemulatores fore, atque antiquas istius paroeciae traditiones pro honore Ecclesiae et Societatis fideliter esse servaturos.

R.ae V.ae et omnibus quorum interest expetitam benedictionem gratulabundus impertior.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 15 octobris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

(1) P. Arnoldus Damen († 1890).

(2) Fr. Thomas M. Mulkerins, qui iam a 50 annis eoque amplius in eadem ecclesia aedituum agit: cfr. *Memorab. S. I.*, vol. III, 1928, pag. 217.

113. **26 novembris 1932.**

De centenario Provinciae Belgicae.

AD SOCIOS PROVINCIAE BELGICAE.

REVERENDI PATRES ET FRATRES IN XTO. CARISSIMI:
P. XTI.

Adventante iam die festo S. Francisci Xaverii, quo die abhinc centum annis venerandus meus Decessor R. P. Ioannes Roothaan de restituenda Provincia Belgica decretum edidit, paterno ex animo vobis faustissimum centenarium vehementer gratulabundus, cum nequeam praesens, litteris saltem, en venio, ut vobiscum fervidas Deo gratias agam pro tot tantisque beneficiis, quibus hoc primo restitutae Provinciae saeculo divina Bonitas vos cumulavit.

Et sane, Reverendi Patres Fratresque carissimi, si mente recolitis et confertis quantula tunc esset vestra Provincia, quanta vero nunc sit; si perpenditis eius tranquillum et constans incrementum, quo ex 4 domibus (non computata Neerlandia) ad 95, quarum 33 in Belgio, reliquas in Missionibus, atque ex 105 sociis ad fere 1600 excrevit, ita ut fieret longe maxima omnium Societatis Provinciarum; si plurima et grandia vestrae Provinciae opera a primis tentaminibus ad praesentem eorum vim uberesque fructus consideratis; idque non quidem sine difficultatibus factum esse, at certe sine illis perturbationibus, quibus plus minusve vix non omnes aliae Provinciae exagitatae sunt, adeo ut toties potuerit vestra Provincia insigni profecto cum caritatis laude fraternum hospitium exhibere aliis sodalibus patriam suam relinquere coactis, Gallis praesertim et Hispanis; si haec omnia, inquam, grato animo, ut par est, recogitatis, fieri nequit quin et vos cum pio Tobia benedicatis Deum caeli et coram omnibus viventibus confiteamini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam (1). Nam « neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus » (2).

Immortales autem Deo sint grates quod tot tantisque Belgicae Provinciae operibus tales plantatores ac rigatores dederit quales vestros in Christo Patres fuisse constat, « quorum memoria in benedictione est » (3). Et quoniam Spiritus Sanctus hortatur nos ut « lau-

(1) Cfr. *Tob.*, v, 6.
(2) *I Cor.*, IX, 7.
(3) *Eccli.*, XLV, 1.

demus viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua » ([1]), memineritis, Reverendi Patres Fratresque carissimi, quot eximios Superiores vobis dederit Deus, ut primos Praepositos Provinciales PP. Petrum Van Lil et Carolum Franckeville, ne quid dicam de PP. Paulo Goethals et Iosepho Van Reeth, qui a regenda Provincia ad Missiones moderandas ibique ad episcopalem dignitatem evecti sunt; quin et ipse amantissimus Societatis universae parens, R. P. Petrus Beckx, purissima est vestrae Provinciae gloria, quamquam parum admodum in ea est commoratus. Memineritis quot in medio vestri floruerint egregii verbi Dei praecones, ut PP. Isidorus Van de Kerckhove, Ioannes Bapt. Boone, Philippus Schoofs, Carolus Verbeke, Eduardus Molhant; quot industrii impigrique in vinea Domini operarii, varia pro variis hominum classibus utilissima pietatis et caritatis opera instituentes ac veritatem opportunis libellis foliisque quaquaversus diffundentes, ut PP. Iudocus Hillegeer, Adolphus Petit, Iulius Lechien, Victor Van de Put, Iulius Lintelo, Iosephus Hardy. Memineritis quot egregii scientiarum cultores, ut PP. Ignatius Carbonelle, Iosephus Delsaux, Iulianus Thirion, et maxime insignes sacrarum disciplinarum magistri, ut PP. Ludovicus De San, Eduardus Génicot, Iosephus Corluy, Alphonsus Delattre, vetustam Lovaniensis Collegii traditionem, quae nominibus S. Roberti Bellarmino, P. Leonardi Lessii, P. Cornelii a Lapide gloriatur, ad haec usque tempora digne continuarint; dum novi Bollandistae, ut PP. Victor De Buck et Carolus De Smedt eorumque discipuli, novam Belgicam Provinciam ostendunt haud esse degenerem ab ea, quae PP. Ioannem Bollandum ac Danielem Papebrochium olim genuerat.

Nec deesse poterant in renata Provincia Belgica pulcherrimi illi flores domestici, qui vestrum carissimum S. Ioannem Berchmans propius olerent, quales fuerunt inter alios candidissimi Scholastici Gustavus Martini, Gustavus Marlier, Henricus Beck, Franciscus Xav. Van den Peereboom, quorum duo postremi iuvenilem vitam pro Congolensi Missione laeti obtulerunt; et piissimi Fratres Coadiutores Henricus Van Tieghem ac Seraphinus Mazeleyne, et strenuus ille Franciscus De Sadeleer, qui aliqua ratione unus dici potest e fundatoribus utriusque difficillimae Missionis Zambesianae et Congolensis.

Ac per hoc iam tetigi eam, quae, praeter magnifica Collegia aliaque opera in ipsa Provincia florentissima, vobis carissima est et forte maxima domestica vestra gloria, generosum dico impigrumque laborem in Missionibus exteris promovendis, iuvandis, sustinendis:

([1]) *Eccli.*, XLIV, 1.

non enim in renata Societate fefellistis spem illam, quam Sanctus Indiarum Apostolus (quod quidem vobis magnae laudi est) in vestra gente reposuerat, quam spem forte intendebat indefessus ille nostrarum Missionum instaurator, sanct. mem. Pater Roothaan, cum decretum restitutionis Provinciae Belgicae ipso S. Francisci Xaverii die edendum curavit. Et bono quidem omine! nam, ut perbelle vobis meminit Praepositus vester Provincialis suis de hac centenaria commemoratione nuper datis litteris, « pro uno missionario, cuius nomen reperitur in incunabulis Provinciae, nunc ex vobis Patres et Fratres plus quam quadringenti in Missionibus exteris gentium conversioni dant operam », in quibus iam fere sexcenta christianorum millia habentur. Ceterum non est cur diutius immorer in memorandis hac de re vestrae Provinciae meritis, cum nomina PP. Petri De Smet, Aemilii Van Hecxthoven, Henrici Depelchin, Sylvani Grosjean, Constantini Lievens, Stanislai De Vos, aliorumque bene multorum, et florentissimae Missiones Calcuttensis, Ranchiensis, Gallensis, utraque Congolensis, atque etiam plurima opera missionalia a vobis excitata luce clarius fulgeant ad maiorem Dei gloriam.

Atque ita est, Reverendi Patres Fratresque carissimi: ad maiorem Dei gloriam! Nam si has domesticas laudes grato animo et quasi Societatis nomine commemoravi, si carissimam Patrum Fratrumque praeclariorum memoriam vobiscum renovandam duxi, non id ex vana quadam ostentatione praestiti, quae magno S. P. Ignatii spiritu indigna prorsus esset; sed ad inflammanda magis magisque corda vestra, ut tantis Patribus ac Fratribus digniores in dies efficiamini, eorumque praeclaram hereditatem non modo sustinere, sed et augere etiam atque etiam contendatis. Hac solum ratione vobis totique Provinciae vestrae atque adeo toti Societati proderit quam maxime haec centenaria commemoratio; nec dubito quin ex ea hunc revera fructum unusquisque vestrum sit adepturus, ut se sincere nihil huc usque fecisse sentiens quod sublimi vocatione sua dignum reputetur, totis viribus ad meliora charismata aemulanda sese extendat, ad ea videlicet quae non minus Superiorum vox quam Patrum exempla perhibent esse persequenda.

Viribus itaque unitis, caritatis vinculo inter vos et cum Superioribus coniuncti, nullis humanis negotiis implicati, Deum solum eiusque gloriam in omnibus et ubique quaerentes, tamquam una Christi acies unumque corpus praelia Domini fortiter pugnare pergite porro, et alterum vestrae Provinciae saeculum inite fidenter in nomine Domini, qui servis suis pro Ipso continenter impigreque laborantibus aderit profecto et SS. Cordis sui divitias copiose in vos effluet, intercedentibus benignissima Regina Pacis atque omnium gratiarum Me-

diatrice, quam vos peculiari quadam pietate sub his titulis venerari iam diu soletis, et S. Patriarcha Ioseph, totius Belgii Patrono, necnon SS. Francisco Xaverio et Ioanne Berchmans, quos peculiares Provinciae vestrae apud Deum Patronos iure habetis.

Ad me quod attinet, dum iterum iterumque vobis paterno ex animo vehementer gratulor et benedico, faustissima quaeque vobis singulis totique Provinciae a Deo suppliciter adprecor, atque in hunc finem 500 Missas proxima hebdomada applicabo.

Vestris SS. SS. et precibus me commendo.

Romae, die festo S. Ioannis Berchmans,
26 novembris 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

III. — RESPONSA.

A) Instituti declarationes universae Societati propositae.

(Cfr. Epit. n. 18 § 1).

114. **2 februarii 1932.**

De censura articulorum pro periodicis et sermonum « radio » transmittendorum (cfr. Epit. nn. 685, 879, 895).

R.ae V.ae erit sedulo et fortiter invigilare, ne quid a Nostris sine attenta censura vulgetur: et quamquam libelli periodici plerumque in suis statutis a Generali approbatis peculiares instituendae articulorum censurae normas habent, id non obstat quominus R. V. et possit et debeat ea alia praeterea praescribere quae sibi videbuntur ad finem propositum magis utilia. Id maxime fiat velim de articulis, qui circa actuales (ut aiunt) quaestiones versantur quique propterea a lectoribus quibuslibet et attentius investigantur et severius iudicari solent. — Idem dicendum de sermonibus per « radium » habendis, non equidem improbo, ut omnes norunt, quin potius vehementer probo huiusmodi recentiorum inventorum applicationem ad regnum Christi impensius promovendum; sed horum instrumentorum usus Superiorum vigilantiae subsit oportet, ne quis in hac re prudentiae fines transgrediatur: ideoque, nisi de verbo Dei stricto sensu, id est de concione vere sacra agatur, alia omnia, utpote quae revera conferentiae, et quidem ad innumerabiles auditores habendae, dici possint, censurae subiiciantur. — In omnibus vero, sive scripto vulgandis sive « radio » proferendis Nostri quidquid vel procul politicam sapit, studiose vitare curent, et qui deliquerint, pro culpae gravitate moneantur atque puniantur.

115. **14 maii 1932.**

De transitu Novitiorum a gradu Scholastici ad gradum Coadiutoris temporalis (cfr. Epit. nn. 67-69, 125).

Omnino expedit, quamquam id nullibi declaratur, ut ne Novitius quidem transeat ad gradum Coadiutoris sine consensu Patris Generalis. Si id conceditur et Scholasticus sex menses aut eo amplius iam in Novitiatu degerit, opus non erit ut postulatum agat antequam probationem tamquam Coadiutor incipiat, nam, ut patet, finis postulatus iam satis, immo eminenter attingitur.

116. **30 decembris 1932.**

De gratiarum et oblationum evulgatione in piis ephemeridibus (cfr. Epit. nn. 759 § 1, 879, 895).

Nullum dubium quin decretum Sacrae Congregationis Concilii « de gratiarum et oblationum in piis ephemeridibus evulgatione » die 7 iunii huius anni editum et in *Actis Apostolicae Sedis* die 1 iulii promulgatum [1] etiam Religiosos ideoque Nostros quoque obliget. Tam clara autem sunt quae praescribuntur, ut nulla ex parte mea egeant declaratione. Id potius curandum ut fideliter ab omnibus exsecutioni mandentur.

Unum tamen peculiari ratione commendandum urgendumque puto: hoc est, ut Censores quos R. V. designabit, attendant studiose « ut enarrata, quae sub gratiarum nomine exhibentur, ea praeseferant credibilitatis signa ut, omnibus prudenter perpensis, fidem mereri possint, atque insuper ut omnis inter gratiam obtentam et eleemosynam oblatam vel minima connexionis suspicio exsulet », seu (ut ipsum decreti prooemium animadvertit) curandum est « ne in narratis acceptum beneficium ita cum oblata pecunia connectatur, ut alterum ab altero pendere videatur ». Ita obtinebitur quod tantopere Sancta Sedes exoptat quodque tota huius decreti ratio fuit, ut quavis vel minima turpis lucri speciei sublata, nulla praebeatur occasio admirationis « iis

---

[1] *Act. Ap. Sed.*, vol. XXIV, 1932, pp. 240-241.

potissimum, qui praeiudicatis opinionibus adversus catholicorum cultum sunt imbuti ».

Optime vero faciet R. V., si hac occasione in Superiorum localium memoriam revocet, non modo Superiorum maiorum sed ipsorum quoque esse « notitiam et exsecutionem decretorum Sanctae Sedis, quae Religiosos respiciunt, suos inter subditos promovere » [1].

---

(1) Epit. n. 759 § 1; cfr. Reg. 54 Super. local.

ACTA ROMANA SOCIETATIS IESU

VOLUMEN VII

FASCICULUS II - ANNO 1933

AD USUM NOSTRORUM TANTUM

ROMAE
APUD CURIAM PRAEPOSITI GENERALIS

—

1933

ACTA ROMANA SOCIETATIS IESU

VOLUMEN VII

FASCICULUS II - ANNO 1933

AD USUM NOSTRORUM TANTUM

ROMAE
APUD CURIAM PRAEPOSITI GENERALIS

—

1933

INDEX

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

I. — PRO SOCIETATE.

Acta beatificationis B. Iosephi Pignatelli.

Litterae quaedam officiosae vel gratulatoriae.

ACTA PRAEPOSITI GENERALIS

I. — PRO SOCIETATE.

II. — PRO PROVINCIIS, MISSIONIBUS, DOMIBUS

Litterae gratulatoriae Patris Nostri pro festis iubilaribus quarundam Provinciarum, Domorum, Operum

III. — RESPONSA.

A) Instituti declarationes universae Societati propositae.

B) Alia Responsa.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

I. — PRO SOCIETATE.

1. **20 ianuarii 1933.**

De Dioecesis Zamboangensis in insulis Philippinis dismembratione et de novae Dioecesis Cagayanae erectione (1). — Constit. Apost. (2).

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Ad maius religionis incrementum et animarum bonum facilius procurandum maxime prodest dioeceses nimis territorii vastitate praestantes dividere et novas ibi dioeceses erigere et constituere. Cum itaque dioecesis Zamboangensis, in Philippinis insulis, adeo latissime pateat, ut unus Episcopus haud facile eam regere et gubernare queat, iamdiu ab Apostolica Sede postulatum fuit ut ipsa divideretur alteraque exinde erigeretur dioecesis. Nos autem, omnibus mature perpensis, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consilio ac attento venerabilis fratris Gulielmi Piani, Archiepiscopi titularis Dramensis ac in Philippinis insulis Delegati Apostolici, favorabili voto, oblatis precibus an-

(1) Sicut ante divisionem pristina et integra dioecesis Zamboangensis, ita etiam nunc utraque dioecesis, in insula Mindanao sita, Societatis curae commissa est (Miss. Philippin., Prov. Maryland.-N. E.), Episcopis quoque de Societate electis, Exc.mis ac RR. DD. Aloisio del Rosario (Zamboangen.) et Iacobo T. G. Hayes (Cagayanen.).

(2) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXV, 1933, pp. 360-362.

nuere censuimus. Quam ob rem, suppleto quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, ea quae sequuntur de Apostolicae potestatis plenitudine statuimus ac decernimus: 1) Dioecesim Zamboangensem in Philippinis insulis bifariam dividimus eamque ad partem quae ad occidentem et meridiem spectat coarctamus, iuxta fines novae ut infra erigendae dioecesis. 2) Partem vero septentrionalem ab ipsa dioecesi seiungimus, eamque in novam ac distinctam erigimus dioecesim, quam *Cagayanam* ab urbe *Cagayana* nuncupari volumus. 3) Haec nova dioecesis has complectetur provincias civiles: *Surigao* cum insulis *Dinagat* et *Siargao, Agusan, Misamis* orientalem cum insula *Camiguin, Misamis* occidentalem, *Bukidnon* atque provinciae *Lanao* partem meridionalem hisce circumscriptam limitibus, nimirum, a solis ortu ad occasum, a flumine *Malaig,* a montibus *Butig,* a rivo *Porque,* a lacu *Dapau,* a monte *Imaoan* vel *Inlaoan,* et a collibus vergentibus ad litus maris *Tukuran* versus. Harum vero provinciarum fines modo erectae dioecesis erunt quoque limites. 4) Novae huius dioecesis Cagayanae sedem episcopalem in urbe *Cagayana,* a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, constituimus; eique propterea omnia concedimus iura et privilegia quae episcopalibus civitatibus sunt propria. 5) Episcopi autem cathedram in ecclesia paroeciali, Deo in honorem S. Augustini dicata, in ipsa Cagayana urbe exstante, figimus; quam proinde ad cathedralis ecclesiae gradum et dignitatem perpetuo evehimus, eique eiusque pro tempore Episcopis iura omnia, honores, insignia, favores et privilegia tribuimus, quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Antistites iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent; ipsam vero cathedralem eiusque Episcopos iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri per orbem Episcopi et cathedrales ecclesiae subiciuntur. 6) Hanc novam insuper dioecesim Cagayanam suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Manilanae eiusque pro tempore Episcopos Archiepiscopi Manilani metropolitico iuri subiicimus. 7) Quod autem attinet ad huius Cagayanae dioecesis regimen et administrationem, ad Capituli cathedralis vel Consultorum collegii institutionem, ad Seminarii dioecesani erectionem, ad Vicarii capitularis seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri

canones decernunt. 8) Quod vero ad clerum saecularem praecipue spectat, decernimus ut statim ac dioecesis erectio ad effectum deducta fuerit, eo ipso clerici qui ibidem legitime exstent, novae dioecesi censeantur adscripti. 9) Volumus insuper ut episcopalem huius novae dioecesis mensam praeter curiae episcopalis taxas et emolumenta, oblationes omnes constituant, quae forte a fidelibus, in quorum bonum dioecesis ipsa erecta est, praeberi solent. 10) Mandamus denique ut documenta omnia et acta, quae hanc novam dioecesim eiusque fideles respiciunt, quamprimum fieri poterit, a Zamboangensis dioecesis episcopali curia, nuper erectae dioecesis Cagayanae cancellariae tradantur.

Quibus omnibus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda quem supra diximus venerabilem fratrem Gulielmum Piani, in Philippinis insulis Apostolicum Delegatum, deputamus, eidemque propterea necessarias et opportunas facultates tribuimus tum definitive sententiam dicendi de quavis difficultate vel oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, tum subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, eidemque ad Sacram Congregationem Consistorialem quamprimum authenticum transmittendi exemplar peractae exsecutionis actorum onus facimus.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fi-

des, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quisbusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem has Litteras Nostras dismembrationis, assignationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo tertio, die vigesima mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri undecimo.

E. Card. Pacelli
a Secretis Status.

Fr. Raphael C. Card. Rossi
S. C. Consistorialis a Secretis.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolic.*
Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ Plumbi.

2. **20 ianuarii 1933.**

Peculiaris facultas audiendi confessiones peregrinorum conceditur Nostris peregrinationes Romam hoc anno comitantibus (1). — Rescript. S. Poenit. Apost.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA.

Beatissime Pater,

Procurator Generalis Societatis Iesu ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, petit ut Sacerdotibus Societatis Iesu, qui hoc anno 1933 comitabuntur nonnullas peregrinationes iuve-

(1) Postea generaliores facultates pro omnibus confessariis peregrinis intra Annum Sanctum (usque ad 2 apr. 1934) Romam venientibus promulgatae sunt a Sacra Poenitentiaria Apostolica die 28 februarii 1933: v. *Act. Ap. Sed.*, vol. XXV, 1933, pp. 65-69.

num, operariorum et aliarum personarum, ex variis nationibus, Urbem petentes, facultas fiat confessiones illorum peregrinorum excipiendi, peregrinatione perdurante.

Et Deus, etc.

Sacra Poenitentiaria, Apostolica Auctoritate, benigne indulget pro gratia iuxta preces; dummodo praefati Sacerdotes legitime adprobati sint ad excipiendas confessiones.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Sacra Poenitentiaria, die 20 Ianuarii 1933.

L. ✠ S.

S. Luzio, *S. P. Regens.*
A. Anelli, *S. P. Substit.*

3. **2 februarii 1933.**

Summus Pontifex gratias agit et gratulatur Apostolatui Orationis. — **Epist. Card. Secret. Stat.**

AD R. P. AUGUSTINUM TESIO

PROCUR. GEN. SOC. IESU.

Dal Vaticano, 2 febbraio 1933.

Rev.mo Padre,

L'Augusto Pontefice ha vivamente gradito il cortese omaggio dell'« Annuarium Apostolatus Orationis 1933 » che la P. V. Rev.ma Gli ha presentato a nome della Direzione Generale del pio Sodalizio.

Sua Santità con viva soddisfazione del Suo cuore paterno da tale opuscolo ha rilevato quale fervoroso spirito di preghiera e di attaccamento alla Madre Chiesa anima questo esercito orante e com'esso provvidamente dilati le sue benefiche schiere.

A questo attestato di gratitudine e di benevolenza per il caro dono la Santità Sua aggiunge la Benedizione Apostolica, che concede di cuore quale pegno dei doni divini a tutti i dirigenti, come altresì a tutti i membri dell'Associazione summentovata.

Valendomi dell'opportuna circostanza per esprimerLe le mie sentite grazie per l'esemplare con tanta cortesia a me destinato, mi confermo con sensi di sincera e distinta stima

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

Latina interpretatio:

Ex Aedibus Vaticanis, 2 februarii 1933.

REVERENDISSIME PATER,

Mirifice gratum Pontifici Augusto venit *Annuarium Apostolatus Orationis* 1933, munus videlicet perofficiose a Paternitate Tua Reverendissima oblatum, supremae auctoritatis nomine pium Sodalicium istud dirigentis.

Quo ex opusculo, Sanctitati Suae, cum magna paterni animi sui delectatione, inferre licuit, quam fervido spiritu et exorandi Deum et Matri Ecclesiae adhaerendi animatus sit iste *exercitus* precantium, quamque providens benefica sua agmina dilatet.

Huic grati ac benevolentis animi attestationi Sua Sanctitas adiungit Apostolicam Benedictionem, quam et directoribus et sodalibus omnibus memoratae Sodalitatis libentissime concedit.

Hanc opportunam nactus occasionem, meas quoque gratias Tibi exhibeo ob exemplar mihi tam comiter oblatum, atque meae sincerae peculiarisque aestimationis sensus confirmo.

Paternitati Tuae Reverendissimae
addictissimus in Domino
E. Card. PACELLI.

4. **23 februarii 1933.**

Summus Pontifex gratissimas Sibi exstitisse affirmat litteras postulatorias Societatis nomine a Patre Nostro Ei exhibitas ad universalem Deiparae Virginis mediationem dogmatice definiendam [1]. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Dal Vaticano, die 23 februarii 1933.

REV.ME PATER,

Supplices litteras a te humanissime datas, rogandi gratia ut Deipara Virgo universalis apud Christum mediatrix ab Ecclesia Catholica definiatur, Beatissimus Pater perbenigne accepit legitque perlibenter; ex huiusmodi namque litterarum officio summa cum animi Sui iucunditate iterum habuit perspectam pietatem, qua sodales omnes e Societate Iesu in Matrem eius dulcissimam feruntur.

Quod postquam perfecit, mihi commisit ut preces vestras ad Supremam Sancti Officii Congregationem reddi curarem.

De quo te certiorem faciens, qua par est observantia, me profiteor

Tibi addictissimum:
E. Card. PACELLI.

5. **24 februarii 1933.**

Normae de usu « Radii » a Patre Nostro statutae a Sancta Sede approbantur. — Epist. Card. Praef. S. C. de Semin. et Stud. Univ.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Roma, 24 febbraio 1933.

REV.MO PADRE,

Ringrazio V. P. Rev.ma di avermi comunicato le norme che ha creduto opportuno di dettare circa l'eventuale uso della « Ra-

---

[1] Litteras postulatorias, de quibus hic est sermo, itemque similes Litteras de Assumptione B. M. V., vide infra inter *Acta Praepositi Generalis.*

dio » nelle Case Religiose della Compagnia e negli Istituti affidati alla direzione di essa (1).

Ho la soddisfazione di poterle dire che approvo completamente i criteri cui dette norme sono informate.

Per il caso concreto che V. P. propone circa la concessione della Radio negli Istituti Pontifici diretti dalla Compagnia, questo Sacro Dicastero ne rimette la decisione alla prudenza della stessa P. V. Rev.ma.

Mi è grato l'incontro per confermarmi con distinto ossequio

di V. P. Rev.ma
dev.mo per servirla
GAETANO Card. BISLETI, *Prefetto.*
ERNESTO RUFFINI, *Segretario.*

Latina interpretatio:

Romae, die 24 februarii 1933.

REVERENDISSIME PATER,

Paternitati Tuae Rev.mae gratias ago quod mecum communicaverit normas, quas tradendas duxit de usu « Radii » in Domibus Societatis et in Institutis eidem commissis. Gaudens autem affirmare possum me plene approbare criteria, quibus illae normae informantur.

Ad Instituta vero Pontificia, quod pressius attinet, Societati concredita, haec Sacra Congregatio totam rem prudentiae Paternitatis Tuae Rev.mae decernandam relinquit.

Laetus hac occasione utor ut me peculiari obsequio profitear

Paternitati Tuae Rev.mae
addictissimum:
CAIETANUS Card. BISLETI, *Praefectus.*
ERNESTUS RUFFINI, *Secretarius.*

---

(1) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pp. 841-844.

6. 12 martii 1933.

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS

INSTITUTUM ORDINIS SOCIETATIS IESU DENUO, POST CODICEM IURIS CANONICI PROMULGATUM, CONFIRMATUR (1).

PIUS PP. XI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

PATERNA CARITAS, qua omnes Ecclesiae filios in Domino complectimur, erga eos Nos impensius inclinat, qui impigros dominicae vineae operarios et fideles voluntatis Nostrae administros sese exhibent, quales iam diu Religiosorum Ordines experti sumus et cotidie experimur; nihilque iucundius Nobis accidere potest, quam ut, occasione oblata, Nostri pro eorum laboribus grati animi testimonia iis praebeamus, atque ita eos ad evangelicum opus studiosius in dies prosequendum Apostolicae benignitatis stimulo incitemus. Iamvero, cum hos inter Religiosorum virorum Ordines, quos, tamquam fertilia agri dominici plantaria, sapiens Romanorum Pontificum pietas instituit, haud infimum teneat locum Societas Iesu, quae singularibus erga hanc Apostolicam Sedem meritis conspicua, viris pietate, religione, sacrarum eisque ancillantium bonarum litterarum scientia, ac propriae alienaeque salutis studio eximie praeditis semper refulsit, quaeque etiam nunc, magni Parentis Ignatii spiritu penitus imbuta, ubique terrarum in Dei gloriam amplificandam, in Christi regnum promovendum alacriter acriterque incumbit, eam peculiaribus Nostrae benevolentiae significationibus identidem prosequi ac recreare gaudemus.

Cum autem nuper dilectus filius Noster Wlodimirus Ledóchowski, eiusdem Societatis Iesu hodiernus Praepositus Generalis, absoluto diuturno seduloque labore accommodandi Institutum sui Ordinis ad novas Ecclesiae leges in Codice Iuris Ca-

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXV, 1933, pp. 245-246.

nonici contentas, Nos fecerit certiores novam nunc parari totius Instituti editionem, primam eam quidem post Codicem promulgatum, atque eius in primis partis quae Bullarium dicitur et Litteras Apostolicas exhibet Societati et eius Conditori S. Ignatio de Loyola ceterisque post eum Praepositis Generalibus scriptas; exemplum decessoris Nostri fel. rec. Leonis XIII secuti, qui, similem nactus occasionem, per Litteras Apostolicas « *Dolemus inter* » die XIII Iulii MDCCCLXXXVI in forma Brevis datas, decessorum suorum documenta in Societatis Iesu gratiam edita et proximae, quae tunc parabatur, Instituti editioni inserenda denuo confirmare voluit, idem eo Nos libentius etiam nunc praestare statuimus, quo maioribus in praesentiarum eadem Societas ob deditissimam erga hanc Sanctam Sedem observantiam iniquis exagitatur impugnationibus.

Itaque, eiusdem decessoris Nostri Leonis XIII verba mutuantes et Nostra facientes eisque vim atque efficaciam Nostra addentes auctoritate, « omnes et singulas Litteras Apostolicas, quae respiciunt erectionem, institutionem et confirmationem Societatis Iesu, per praedecessores Nostros Romanos Pontifices a fel. rec. Paulo III ad haec usque tempora datas, tam sub plumbo quam in forma Brevis confectas, et in iis contenta atque inde secuta quaecumque, nec non omnia et singula vel directe vel per communicationem cum aliis Ordinibus Regularibus eidem Societati impertita, quae tamen dictae Societati non adversentur, neque a Tridentina Synodo aut ab aliis Apostolicae Sedis Constitutionibus in parte vel in toto abrogata sint et revocata, privilegia, immunitates, exemptiones, indulta, hisce Litteris confirmamus et Apostolicae auctoritatis robore munimus, iterumque concedimus ».

Quam decessoris Nostri privilegiorum et iuris peculiaris Societatis Iesu confirmationem, ex certa scientia et propensa erga eandem Societatem voluntate, iteramus atque Apostolicae Nostrae auctoritatis robore, quatenus opus sit, denuo munimus, eamque etiam post novum Codicem Iuris Canonici plene vigere edicimus, iis tantum exceptis privilegiis, quae a canonibus eiusdem Codicis expresse revocata fuerint, neque a Nobis dein quo-

cumque modo restituta. Persuasum enim habemus fore ut Societas Iesu eo securius atque alacrius in vinea Domini in maiorem Dei gloriam et Ecclesiae utilitatem comparandam incumbat, quo firmius consistant omnia et singula quae Legifer Pater, divino afflatui parens, voluit religioni a se conditae propria esse et peculiaria.

Sint igitur dilectae Nobis Societati Iesu hae Litterae Nostrae novum, post tot alia a Nobis eidem impertita, Nostrae benevolentiae testimonium, eique, huic Sanctae Sedi devotissimae ac propterea tot tantisque impetitae calumniis, levamen aliquod afferant, quo recreati eius Sodales impensius in dies « iuxta pium eorum institutum (ut sacrosanctae Tridentinae Synodi verbis utamur), a Sancta Sede approbatum, Domino et Ecclesiae eius inservire possint » (*Sess. XXV, cap. 16 « de Regularibus », ubi de Societate Iesu*).

Eiusdem vero paternae Nostrae benevolentiae testis etiam esto Apostolica Benedictio, quam dilectis filiis Praeposito Generali et sodalibus Societatis Iesu peramanter in Domino impertimus.

Decernimus autem has Litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, et iis ad quos spectat et spectare poterit plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XII m. Martii, anno MCMXXXIII, Pontificatus Nostri anno decimo secundo.

L. ✠ S.

E. Card. Pacelli, *a Secretis Status.*

7. **27 aprilis 1933.**

Sacra Congregatio de Propaganda Fide Societati gratulatur et gratias agit ob felicem exitum « Diei Missionum » in nostris ecclesiis et operibus. — Epist. Secret. S. C. de Propag. Fide.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI

PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Roma, 27 Aprile 1933.

Reverendissimo Padre,

Di grande consolazione e soddisfazione è stato a questa S. C. il Rapporto della P. V. Rev.ma sull'attività dimostrata dai Padri della Compagnia di Gesù, cui V. P. degnamente presiede, per la buona riuscita della « Giornata Missionaria » (1). Dalla Sua relazione ho potuto constatare i cospicui risultati ottenuti per la raccolta delle offerte, che sono quasi raddoppiate in confronto a quelle dell'anno precedente, non ostante la crisi economica che grava in ogni luogo.

A nome adunque di questa S. Congregazione vengo a ringraziare non soltanto la P. V. che ha voluto rinnovare a tutte le Case di cotesta Compagnia le sue calde esortazioni, ma ancora tutti coloro che corrispondendo largamente al Suo invito, hanno posto ogni industria esortando i fedeli a concorrere con la preghiera e con le oblazioni al mantenimento e allo sviluppo delle nostre SS. Missioni.

Ho fiducia che cotesta benemerita Compagnia vorrà continuare anche per l'avvenire in tale santo apostolato; e intanto, pregando il Signore che Le conceda le sue grazie, mi confermo

della P. V. Rev.ma
devotissimo nel Signore
† Carlo Salotti
Arciv. tit. di Filippop.
Segretario.

---

(1) Mense octobri anni 1932.

Latina interpretatio:

Romae, die 27 aprilis 1933.

REVERENDISSIME PATER,

Sacrae huic Congregationi magno fuit solatio et valde grata exstitit Relatio Paternitatis Tuae Reverendissimae de sedulo labore a Patribus Societatis Iesu, cui Paternitas Tua praeest, exhibito, ut « Dies Missionum » feliciter celebraretur. Ex ipsa illa Tua relatione comperire potui praeclaros in oblationibus colligendis obtentos fructus; oblationes enim, si cum collectis anno superiore comparentur, fere duplicatae sunt, non obstante hodierno rei oeconomicae discrimine, quo omnes ubique premuntur.

Sacrae igitur huius Congregationis nomine gratias ago non solum Paternitati Tuae, quae suas ad omnes istius Societatis Domos fervidas hortationes iterare voluit, sed etiam iis universis qui, huiusmodi invitationi copiose respondentes, in id industriose incubuerunt, ut Christifideles hortarentur ad nostras Sacras Missiones et precibus et oblationibus iuvandas atque promovendas.

Non dubito quin benemerita ista Societas etiam deinceps in tam sancto apostolatu perseverare velit; interea vero, dum uberes a Domino gratias Tibi adprecor, me habeas velim

Paternitati Tuae Rev.mae
addictissimum in Domino:
† CAROLUS SALOTTI
Archiep. tit. Philippopolitan.
Secretarius.

8. **12 maii 1933.**

Prorogantur ad aliud septennium Indulgentiae pro decem Dominicis in honorem S. Stanislai Kostka. — Rescrip. S. Poenit. Apost.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Mandante Patre Nostro, cum R. V. aliisque Nostris communico recens Rescriptum Sacrae Poenitentiariae Apostolicae, quo renova-

tur ad septennium concessio Indulgentiae plenariae pro decem Dominicis S. Stanislai.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 18 maii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS DEMAUX-LAGRANGE
Secr. Soc. Iesu.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

OFFICIUM DE INDULGENTIIS.

BEATISSIME PATER,

Procurator Generalis Societatis Iesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humillime petit prorogationem gratiae concessae per Rescriptum Apostolicum datum die 5 maii 1926, quo christifidelibus, qui decem Dominicis pia opera in honorem S. Stanislai Kostka expleverint, plenaria Indulgentia ad septennium tribuebatur (1).

Et Deus, etc.

Die 12 *maii* 1933.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA benigne annuit pro petita prorogatione ad aliud *septennium* servato tenore concessionis in supplici libello memoratae.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. ✠ S.

S. LUZIO, *S. P. Regens.*
S. DE ANGELIS, *Substit.*

(1) V. *Acta Rom.*, vol. V, 1926, pp. 407-408.

9. **13 maii 1933.**

Nova paroecia S. Roberto Bellarmino dicata in Urbe conditur et Societati committitur. — Constit. Apost. (1)

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Quae maioris religionis incremento aeternaeque omnium christifidelium saluti, eorum potissimum, qui fere sub oculis nostris commorantur, prospere et bene eveniant, ea sedulo studio decernere Nos admonet supremi apostolatus quo fungimur officium. Iamvero cum nostra hac aetate tantus in Almae Urbis extremis regionibus domorum incolarumque numerus creverit, novas illic paroecias erigere et canonice constituere prorsus necessarium visum est. In vasta quoque inter Flaminiam et Salariam vias regione, vulgo *Parioli* nuncupata, plura fidelium millia suum in praesens fixerunt domicilium ac propterea novum ibi, Dei favente gratia, ad spiritualia iis subsidia facilius procuranda, exstrui templum coeptum est, divi Roberti Bellarmino Cardinalis et Ecclesiae Doctoris nomine dicandum. Nos itaque haec considerantes, conlatis cum dilecto Filio Nostro Francisco titulo S. Mariae Novae S. R. E. Presbytero Cardinali Marchetti-Selvaggiani, Nostro in Urbe Vicario in spiritualibus Generali, consiliis, obtento vel suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, omnibus mature perpensis, de Apostolicae potestatis plenitudine, novam in regione illa paroeciam erigere statuimus.

Quare a finitimis S. Teresiae et S. Crucis in via Flaminia paroeciis territorium avellimus ac seiungimus ab eodem Cardinali Vicario Nostro definiendum, atque ex eo novam ac distinctam paroeciam, S. Roberti Bellarmino nuncupandam, suprema Nostra auctoritate, erigimus et canonice constituimus; illamque, derogantes, quatenus opus sit, regulis vel peculiaribus constitutionibus, quibus Societatis Iesu alumni ecclesiastica beneficia recipere prohibentur, *pleno iure* in perpetuum committimus prae-

(1) *Act. Ap. Sed.*, ser. II, vol. I, 1934, pp. 13-15.

fatae Societati, cuius flagrans in animarum salutem studium certissimos Nos facit eos non modo ad illam paroecialem curam omni qua diligentia incumbere, verum etiam S. Roberti Bellarmino, quod supra diximus templum, tum sacerdotum frequentia tum sacrarum supplicationum splendore, magis ac magis in dies ita micare posse, ut templum ipsum florentissimae spiritualis vitae fons et centrum, Deo auctore, sit futurum. Novae autem ita erectae paroeciae ecclesiam parochialem sacram hanc aedem, etsi nondum perfectam, et divi Roberti Bellarmino titulo Deo dicandam, decernimus ac declaramus; simulque concedimus ut, donec templum illud perfectum fuerit, in eius crypta divina mysteria et sacrae functiones meliori quo fieri possit modo interea peragantur. Eidem insuper paroeciali ecclesiae eiusque pro tempore parochis omnia concedimus iura, insignia, privilegia et praerogativas, quibus ceterae paroeciales Urbis ecclesiae earumque parochi iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent; eisque pariter onera omnia et obligationes imponimus, quibus ceteri Romae curiones subiiciuntur; atque peculiare eis onus imponimus duos saltem coadiutores habendi, qui in pastoralibus muneribus obeundis validum ipsis praestent adiumentum. Pro eiusdem vero paroeciae dotatione, honestaque parochi eiusque vices gerentium substentatione, praeter domum paroecialem, congruam Nos ipsi dotem assignabimus.

Quibus omnibus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda, quem supra diximus dilectum Filium Nostrum in Urbe Cardinalem Vicarium deputamus, cui propterea necessarias et opportunas concedimus facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, cum potestate controversias dirimendi in exsecutionis actu quomodolibet orituras; eique onus imponimus authenticum peractae exsecutionis exemplar redigendi et in Vicariatus tabulario illud asservandi. Volumus quoque ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris Nostris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, aliisque constitutionibus et ordi-

nationibus Apostolicis, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, consuetudinibus ceterisque contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, quibus omnibus per praesentes auctoritate Apostolica derogamus. Nemini autem has Litteras Nostrae dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel eis contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo tertio, die decimatertia mensis Maii, in festo S. Roberti Bellarmino, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr. Thomas Pius O. P. Card. Boggiani
Cancellarius S. R. E.
Franciscus Card. Marchetti-Selvaggiani
Vicarius Generalis Sanctitatis Suae.

Loco ✠ Plumbi.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolic.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotar. Apostolicus.*

10. **18 maii 1933.**

Summus Pontifex laudat consilium promovendi per Apostolatum Orationis piam assiduamque S. Missae Sacrificii frequentiam. — Epist Card. Secret. Stat.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
Praepositum Generalem Societatis Iesu.

Dal Vaticano, 18 Maggio 1933.

Rev.mo Padre,

Molto si è compiaciuto il Santo Padre della volenterosa disposizione che la P. V. Rev.ma, come Direttore Generale dell'Apostolato della Preghiera, Gli ha significato, ad attuare e propagare il più largamente che si possa, mediante l'Apostolato stesso, la pia pratica, suggerita del Rev. Don Giovanni Water-

keyn, Segretario della « Society for the Maintenance of the Apostolic See », di una più assidua, cioè, e più devota partecipazione dei fedeli, durante quest'Anno Santo, al divino Sacrificio della Messa, in unione con le intenzioni del Santo Padre.

Essendo infatti questo divino Sacrificio una commemorazione insieme e una rinnovazione continuata, sebbene incruenta, del Sacrificio cruento del Calvario — onde si è compiuta l'umana Redenzione che in quest'anno giubilare con particolare divozione si celebra — non si può dare modo nè frutto più prezioso della celebrazione stessa, che quello raccomandato nella menzionata proposta.

E, d'altra parte, primeggiando la Santa Messa tra le forme tutte della preghiera e le pratiche di pietà cristiana, niun Sodalizio può essere meglio chiamato a promuoverne la comprensione e la partecipazione migliore e più fruttuosa presso tutti i fedeli, che l'Apostolato della Preghiera, con tanta saggezza e fervore di zelo diretto dalla Paternità Vostra Rev.ma.

Il Santo Padre La ringrazia, pertanto, caldamente della sua pronta volontà di procurare tale diffusione con tutti i potenti mezzi che sono a sua disposizione, mediante l'Apostolato della Preghiera; e in prova del Suo augusto compiacimento, imparte alla P. V. Rev.ma, al Rev. Don Giovanni Waterkeyn ed a quanti con Lei cooperano nella Direzione del menzionato Sodalizio, l'Apostolica Benedizione.

Lieto di partecipare alla P. V. questi augusti sensi e la Benedizione del Santo Padre, unisco i miei voti più ardenti perchè la provvida e santa proposta abbia a recare, sotto la direzione della P. V., i frutti più consolanti e più copiosi di bene.

Profitto volentieri dell'incontro per raffermarmi con sensi di distinta e sincera stima

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

Latina interpretatio:

Ex Aedibus Vaticanis, 18 maii 1933.

Reverendissime Pater,

Gratissima exstitit Sanctitati Suae prompta, quam Reverendissima Paternitas Tua, tamquam Moderator Generalis Apostolatus Orationis, Ipsi manifestaverat, voluntas longe lateque per ipsum Orationis Apostolatum propagandi piam praxim a R. D. Ioanne Waterkeyn, Secretario associationis cui nomen « Society for the Maintenance oh the Apostolic Sec », propositam, ut nimirum Christifideles, hoc Anno Sancto decurrente, divino Missae Sacrificio in unione et ad mentem Sanctitatis Suae saepius et maiore cum pietate assistant.

Et sane cum divinum hoc Sacrificium sit simul et commemoratio et renovatio continua, etsi non cruenta, cruenti illius Sacrificii in monte Calvario peracti, quo humani generis consummata est Redemptio, hoc anno iubilari singulari cum devotione recolenda, fructuosior atque pretiosior huius commemorationis ratio inveniri non potest, quam quae praxi supra proposita commendatur.

Cum autem altera ex parte inter omnia orationis obsequia christianaeque pietatis exercitia divinum Sacrificium Missae primum teneat locum, nulla alia consociatio aptior esse potest ad profundiorem cognitionem ac magis assiduam uberioremque participationem mysteriorum divini Sacrificii promovendam quam Apostolatus Orationis Sodalitas, quam Reverendissima Paternitas Tua tam prudenter studioseque moderatur.

Quare Beatissimus Pater maximas agit gratias de Tua prompta voluntate curandi ut haec pietatis ratio quaquaversus propagetur, idque omnibus atque validissimis instrumentis, quae Apostolatui Orationis praesto sunt; ac testem augusti Sui beneplaciti esse vult Apostolicam Benedictionem, quam cum Reverendissimae Paternitati Tuae, tum Rev. D. Ioanni Waterkeyn et omnibus Tuis in dirigenda praelaudata Consociatione adiutoribus impertit.

Hac libenter utor occasione ut peculiaris sinceraeque meae existimationis sensus confirmem, quibus me profiteor

Paternitati Tuae addictissimum in Domino:
E. Card. Pacelli.

11. **27 maii 1933.**

Conceditur quaedam facultas circa commorationem Novitiorum ruri per aliquod tempus alicubi necessariam. — Rescript. S. C. de Relig.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Mandante Patre Nostro, cum R. V. communico Rescriptum, quo Sacra Congregatio de Religiosis ad aliud quinquennium renovavit peculiare indultum circa validitatem novitiatus, quod primum anno 1928 obtentum fuerat et cum iis solis Provinciis communicatum erat, quarum intererat quaeque aperte petierant; nunc vero visum est ad omnium Praepositorum notitiam esse deferendum. Tenor indulti ab ipso Rescripto facile desumitur: notandum tamen est eius usus ab unius Praepositi Generalis facultate pendere, ad quem proinde pro singulis probationis domibus, quae illo indigerent, recurrendum erit.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 14 iunii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS DEMAUX-LAGRANGE
Secret. Soc. Iesu.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS.

BEATISSIME PATER,

Procurator Generalis Societatis Iesu, ad pedes S. V. provolutus, humiliter petit renovationem Rescripti diei 8 maii 1928, quo concedebatur ut Novitii Domorum illarum Novitiatus Societatis, qui, ob rationes a Praeposito Generali recognitas, infra annum, per aliquod tempus, ruri vitam communem ducere coguntur, hoc facere possint quin valor ipsius Novitiatus detrimentum patiatur, iisdem perdurantibus causis. Et Deus etc.

Vigore facultatum a SS.mo Domino Nostro concessarum, S. Congregatio negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne annuit pro gratia ad aliud quinquennium iuxta preces, servatis forma et tenore praecedentis concessionis (*) aliisque de iure servandis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, die 27 maii 1933.

VINCENTIUS LA PUMA, *Secretarius.*
I. MANCINI, *Adiutor a studiis.*

(*) *In praecedenti concessione haec habebantur*:
« Vigore etc.... benigne commisit Rev.mo Praeposito Generali ut, pro suo arbitrio et conscientia, gratiam iuxta preces ad quinquennium concedat, sanatis, quatenus opus sit, pro praeterito omnibus quae sanatione indigent et sanabilia sunt ».

12. **25 iulii 1933.**

Gratiae aguntur pro oblato thesauro spirituali Societatis et Apostolatus orationis atque Petriana Stipe. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Dal Vaticano, 25 Luglio 1933.

REVERENDISSIMO PADRE,

Mi è di viva gioia comunicare alla P. V. Rev.ma i sentimenti di benevolenza, di gratitudine e di compiacimento, con cui l'Augusto Pontefice ha accolto il Tesoro spirituale della Compagnia di Gesù (1), quello dell'Apostolato della Preghiera e la generosa offerta dell'obolo (2).

---

(1) Agitur de spirituali thesauro, quem Pater Noster colligendum commendaverat in gratiarum actionem ob Litteras Apostolicas *Paterna caritas.* — Cfr. *Memorab. S. I.*, vol. IV, fasc. VIII, 30 oct. 1933, pag. 510, nota.

(2) Quotannis circa festum SS. Apostolorum Petri et Pauli offertur Summo Pontifici nomine Societatis « Stips Petriana » quae dicitur, seu « Obolum S. Petri ».

Tale omaggio è nuova ed eloquente manifestazione di quella generosa e virile volontà di servire la Chiesa con perfetta dedizione di sè all'augusto Capo di essa, volontà che nella Compagnia di Gesù si traduce in concorde armonia di lavoro e in ricca fecondità di opere.

La Santità Sua in segno di sentita riconoscenza imparte di cuore alla P. V. e a tutti i membri della Compagnia l'Apostolica Benedizione, che è pure efficace pegno delle fecondatrici grazie del Signore.

Mi valgo volentieri dell'opportunità per confermarmi con sensi di sincera e distinta stima

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

Latina interpretatio:

Ex Aedibus Vaticanis, 25 iulii 1933.

REVERENDISSIME PATER,

Vehementer gaudeo cum Paternitate Tua communicare benevolentiae, grati animi et delectationis sensus, quibus Augustus Pontifex excepit spiritualem Societatis Iesu thesaurum (1), itemque thesaurum Apostolatus Orationis et liberalem Petrianae Stipis oblationem (2).

Hoc obsequium nova est et eloquens exhibitio illius generosae ac virilis voluntatis serviendi Ecclesiae eiusque Capiti augusto cum plena sui deditione, quae voluntas in Societate Iesu per harmonicam

---

(1) V. supra, pag. 285, nota 1. — Thesaurus hic spiritualis Summo Pontifici exhibitus est in pergamena papyro pulcre descriptus, praeposita hac dedicatione: *Beatissimo Patri — Summoque Christi in terris Vicario —* PIO XI P. M. — *cuius « paterna caritas » — Pauli III et Pii VII benevolentiam aemulata — Institutum Societatis Iesu — post Codicem Iuris Canonici promulgatum — denuo confirmavit — et primum renatae Societatis florem —* IOSEPHUM PIGNATELLI — *ad altarium honores evexit — Ignatiana Familia universa — hoc tenue grati animi pignus — D. D. — Die festo SS. Petri et Pauli Apostolorum Principum — Anno saeculari Christianae Redemptioni recolendae Sacro —* MCMXXXIII.

(2) V. supra, pag. 285, nota 2.

quandam sese prodit laboris concordiam et uberem operum fertilitatem.

Sanctitas Sua in gratissimi animi signum Paternitati Tuae omnibusque Societatis Sodalibus ex corde impertit Apostolicam Benedictionem, quae simul efficax fecundantium divinarum gratiarum est pignus.

Hac occasione libenter utor ut meos sincerae peculiarisque aestimationis sensus confirmem.

Paternitati Tuae Reverendissimae
addictissimus in Domino
E. Card. PACELLI.

13. **2 octobris 1933.**

ALLOCUTIO SUMMI PONTIFICIS AD PATRES CONGREGATIONIS PROCURATORUM.

Beatissimus Pater, postquam omnibus Patribus Congregatis, indicante Patre Nostro unde singuli venirent, manum deosculandam porrexerat, stans in medio Aulae, eos his fere verbis paterno more est allocutus:

« Dilettissimi Figli, Voi Ci rappresentate allo sguardo un microcosmo, proprio un piccolo mondo, o meglio un *grande* mondo, perchè davvero tutto il mondo è qui da voi rappresentato.

Non è affatto necessario di dirvi quello che voi Ci leggete negli occhi, la gioia che proviamo nel vedervi convenuti quasi da ogni parte della terra, nel vedervi e salutarvi nella casa del Padre comune, la quale casa se appartiene a tutti i figli (e perciò appunto dicesi casa comune), appartiene in modo speciale a figli così *qualificati*, che Ci rappresentano una somma grande di lavoro e di fatiche per la gloria di Dio, per il bene della Chiesa e per la salvezza delle anime; bene, che la Compagnia di Gesù svolge in tutto il mondo nelle sue varie grandiose opere, e al quale voi avete molta parte, sia colla direzione, sia coll'opera, in una parola, *procurando*, nel vero senso, nel senso classico di questa parola.

Noi dunque Ci congratuliamo di cuore con voi e vi auguriamo ciò, che non sappiamo omettere di augurare quando Ci acca-

de di trovarCi dinanzi figli così singolarmente buoni come voi; vi auguriamo cioè soltanto di moltiplicare il molto bene che fate, ripetendovi l'invito: « Avanti così, sempre più e sempre meglio »; perchè il bene ha diritto di crescere, e Noi lo desideriamo, lo auguriamo con piena fiducia. Questa è appoggiata prima di tutto sul passato, su quanto la Compagnia fin qui ha operato e opera, perchè certamente la continuazione non mancherà.

La Nostra fiducia poi è ancora più profonda, perchè abbiamo la sorte di benedirvi sotto gli auspici di quest'Anno Santo, proprio straordinario, della Redenzione del mondo; anno che va considerato vostro in modo speciale. E' superfluo ricordare a voi, diletti Figli, i rapporti che la Compagnia di Gesù ha con questo Giubileo, perchè, dire Compagnia di Gesù, vuol dire Compagnia del Redentore, e perciò l'Anno Santo della Redenzione è in modo speciale il vostro Anno Santo.

Noi non abbiamo bisogno di augurarvi che quest'anno sia pienamente santo per le salutevolissime cose che voi operate per le anime. Anche a ciascuno di voi auguriamo da Dio datore di tutti i beni che quest'Anno Santo sia proprio un anno di maggiore santificazione.

Con questo augurio vi benediciamo, dilettissimi Figli, proprio di cuore, estendendo la Nostra benedizione in tutte le direzioni e incaricandovi di portarla là donde siete venuti e a tutti quelli che rappresentate e che avete nella mente e nel cuore.

Latina interpretatio:

Vos, dilectissimi Filii, ob oculos Nobis microcosmum, ut ita loquamur, ponitis conspiciendum; profecto parvus mundus estis, vel, ut verius dicamus, magnus mundus, cum re ipsa vera, totus in vobis sit orbis repraesentatus.

Sane non opus est verbis id vobis exprimere, quod ipsi Nostris in oculis iam procul dubio perspexistis, gaudium, inquimus, quo perfundimur, cum vos undique collectos conspicimus, cum vos contemplamur et in domo Patris communis salutamus; quae profecto domus cum omnibus filiis sit propria (quod oppido in causa est cur optimo iure domus communis nominetur), tum vobis, tantae notae filiis, iure quodam id contingit singulari. Vobis, inquimus, qui tam ingentem laboris et defatigationum segetem pro Dei gloria,

pro bono Ecclesiae, pro salute denique animarum, Nobis obiicitis contemplandam.

Quam sane tanti boni copiam undequaque terrarum Societas Iesu expandit in suis bene multis, iisque magnificis operibus, quorum vos magna pars estis, sive ea dirigendo, sive ipsis collaborando, sive, ut uno verbo dicamus, *procurando*, vera illa et classica huius vocis significatione.

Nos igitur Nobismetipsis, una vobiscum, toto corde gratulamur, vobisque ea omnia adprecamur, quae semper consuescimus adprecari, cum coram filiis tam unice dilectis invenimur, nimirum ut bonum a vobis iam obtentum multiplicetis, illud effatum ut aliis ita etiam vobis repetendo: « Sic pergite porro, semper amplius, semperque melius »; bonum enim suum ius habet incrementi, quod incrementum et Nos cupimus vehementer et cum illa plena fiducia ominamur, quae cumprimis in ante iam actis innititur, in omnibus scilicet, quae adhuc Societas est exsecuta, et quae nostris hisce diebus exsequitur; etenim certo certius operum continuatio non est defutura.

Tum Nostra fiducia eo firmior exsistit, quod, fortuna quadam, vobis benedictionem impertimus sub auspiciis huius Anni Sancti, sane singularis, hominum Redemptionis recolendae sacri, qui annus speciali quadam ratione ut vester considerari debet. Supervacaneum profecto est, dilecti Filii, quam connexionem Societas Iesu cum hoc anno Iubilari habet, eam nunc vobis in memoriam revocare: siquidem Societatem Iesu dicere, perinde sit ac Societatem Redemptoris pronuntiare. Vel hac igitur una de causa Annus Sanctus Redemptionis, modo quodam excellenti, vester Annus Sanctus exsistit.

Non est cur vobis Nostra vota significemus, quibus vehementer desideramus ut hic annus plenissime sanctus evadat pro iis saluberrimis ministeriis, quae vos in salutem animarum exigitis. Singulis quoque vestrum, a Deo omnium donorum largitore exoptamus, ut hic Annus Sanctus etiam annus maioris exsistat sanctificationis.

Hisce optatis vos, dilectissimi Filii, imo ex corde benedicimus, Nostram benedictionem quaquaversus protendentes, eo officio ut eam illuc afferatis unde estis advecti, et omnibus illis, quorum personam geritis quosve mente vel corde gestatis.

14. **16 decembris 1933.**

Vicariatus Apostolicus Nankinensis (Prov. Franc.) in duos Vicariatus dividitur, Nankinensem alterum clero saeculari commissum, alterum de Shanghai Societati (Prov. Franc.) manentem nuncupandos (1). — Epist. Secret. S. C. de Prop. Fide.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU.

Roma, 16 Dicembre 1933.

REVERENDISSIMO PADRE,

Sua Santità si è degnata dividere in due parti il Vicariato di Nanking, secondo il progetto redatto di comune accordo da Mons. Haouisée e da Mons. Delegato C. Costantini. Per tal modo il Vicariato di Nanking verrà diviso in due parti, di cui l'una, comprendente 15 sottoprefetture civili, conserverà il nome di Vicariato Ap. di Nanking e verrà affidata alle cure del clero secolare cinese; la restante, che comprenderà tutto il residuo territorio, assumerà il nome di Vicariato di Shanghai e resterà commessa a codesta benemerita Compagnia. Mons. Haouisée (2) avrà cura del Vicariato indigeno fino a tanto che non ne verrà nominato un Ordinario od Amministratore cinese.

Comunicando alla P. V. R. quanto sopra, sono lieto di aggiungere l'espressione di compiacimento e di gratitudine di questo Sacro Dicastero, perchè grazie alla generosità della Compagnia di Gesù, si è finalmente potuto realizzare quel desiderio che la S. Congr. di Propaganda nutriva da tempo, di porre cioè in Nanking, nella sede del Governo centrale della Repubblica Cinese, un Vescovo Indigeno. Confido poi pienamente che Ella

(1) Cum nondum editae sint Litterae Apostolicae de hac divisione, visum est interea in *Acta Romana* inserere hanc epistolam, quae iam sufficientem divisionis adumbrationem contineat.

(2) Exc. ac RR. DD. Augustus Haouisée S. I. (Prov. Franc.), hactenus Vicarius Apostolicus Nankinensis.

vorrà assistere la nuova fondazione nel modo migliore, specie in questi primi tempi.

Mi valgo infine del presente incontro per raffermarmi della Paternità Vostra Rev.ma

devotissimo
† Carolus Salotti
Arciv. tit. di Pilippop.
Segretario

Latina interpretatio:

Romae, 16 decembris 1933.

Reverendissime Pater,

Sanctitas Sua Vicariatum Nankinensem in duas partes dividere dignata est, secundum schema ab Exc. DD. Augusto Haouisée et Exc. DD. Delegato Celso Costantini communi consilio propositum. Itaque Vicariatus Nankinensis in duas partes dividetur, quarum altera, quindecim civiles subpraefecturas complectens, Vicariatus Apostolici Nankinensis nomen servabit et cleri saecularis sinensis curae committetur; altera, quae reliquum territorium complectetur, Vicariatus de Shanghai nomen accipiet et isti benemeritae Societati concredita manebit. Exc. DD. Haouisée (1) Vicariatus indigenae curam habebit donec Ordinarius vel Administrator sinensis renuntiatus sit.

Dum haec cum Paternitate Tua Reverendissima communico, gaudeo equidem huius Sacrae Congregationis satisfactionem et gratum animum exprimere; nam Societatis Iesu magnanimitati debetur si Sacrae Congregationis de Propaganda Fide desiderium, quod iam diu conceperat, tandem compleri potuit, collocandi nimirum Episcopum indegenam Nankinensi in urbe, quae centralis Gubernii Reipublicae Sinensis sedes est. Non autèm dubito, quin Paternitas Tua, his maxime primis temporibus, meliore qua potest ratione, novae institutioni favere velit.

Qua occasione usus, me denuo confirmo

Paternitati Tuae Rev.mae
addictissimum:
† Carlo Salotti,
Archiep. tit. Philippopolitan.
Secretarius.

---

(1) V. supra, pag. 290, nota 2.

15. **22 decembris 1933.**

Summus Pontifex novum nominat Rectorem Magnificum Pont. Universitatis Gregorianae. — Decr. S. C. de Semin. et. Stud. Univ.

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS.

Il Santo Padre nell'udienza concessa il 14 Novembre al sottoscritto Cardinale Prefetto della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi, si è degnato nominare *Rettore Magnifico della Pontificia Università Gregoriana il* Rev. P. Vincenzo L. McCormick S. I. (1).

Roma, dal Palazzo S. Callisto, il 22 Dicembre 1933.

L. ✠ S.

Il Prefetto
Gaetano Card. Bisleti.
Il Segretario
Ernestus Ruffini.

16. **Anno 1933.**

In quibusdam aliis « Actis Apostolicae Sedis » anno 1933 editis de Societate Iesu eiusve Sanctis aut Sodalibus aut operibus honorifica fit mentio.

I.

(*1 maii 1933*).

In Constitutione Apostolica « Quod omnes », qua nova paroecia in Urbe erigitur S. Francisci Xaverii nomine nuncupanda, clero saeculari commissa:

« ... Cum itaque Roma Urbs tanta domorum et incolarum frequentia postremis hisce temporibus aucta sit, extra Portam

---

(1) E Prov. Marylandiae-Neo Eboracensi.

potissimum S. Pauli in via Ostiensi, novam S. Benedicti Abbatis paroeciam iam ab anno millesimo nongentesimo vigesimo sexto Nos constituendam curavimus. Sed, succrescente in regione illa incolarum numero, cum S. Pauli extra moenia paroecia, tantum adhuc pateret, ut ab uno vel diligentissimo Pastore vix regi potuisset, quo melius eius spirituali bono provideretur, ab illa, iam a die sexta Decembris anni millesimi nongentesimi trigesimi, regionis vulgo *Garbatella* nuncupatae territorium seiunximus, in quo novum Deo in honorem S. Francisci Xaverii templum exstrui coeptum est, atque sacerdotibus e clero saeculari, a Nostro in Urbe Cardinali Vicario specialiter delegatis, animarum cura commissa fuit. Nunc vero, tum praefati S. Francisci Xaverii templi, tum ei continentis paroecialis domus exstructione perfecta, Nos, conlatis cum dilecto filio Nostro Francisco tituli S. Mariae Novae S. R. E. Presbytero Cardinali Marchetti-Selvaggiani, Nostro in Urbe Vicario in spiritualibus Generali, consiliis, ad novae in regione illa paroeciae canonicam constitutionem deveniendum censuimus. Quare, obtento vel suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, quod supra diximus territorium regionis *Garbatella* in novam ac distinctam parochiam, S. Francisci Xaverii nomine nuncupandam, per has Nostras Litteras erigimus et constituimus, eamque presbyteris cleri saecularis committendam volumus. Memoratam autem S. Francisci Xaverii sacram aedem ad noviter sic erectae paroeciae ecclesiae paroecialis gradum et dignitatem extollimus... » [1].

II.
(*3 iunii 1933*).

In Litteris Encyclicis « Dilectissima Nobis » de iniusta rei catholicae condicione in Hispania:

« .... Quodsi, ut diximus, ob huiusmodi nefas, haud mediocri dolore afficimur, at Nos et vos Nobiscum, Venerabiles fratres ac dilecti filii, ob iniurias Divinae Maiestati illatas vel vehementius angimur. Cum enim illos Religiosorum hominum Ordines dis-

---

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXV, 1933, pp. 458-459.

solvunt, qui aliis, ac Reipublicae rectoribus, obedientiae votis obstringantur, nonne inimicos atque infestos Deo ab eoque traditae religioni animos manifesto significant?

Hoc enim modo rationeque Societatem Iesu, quae Apostolorum Principis Cathedrae unum se esse ex fulciminibus validioribus iure meritoque gloriari potest, dirimere ac dimittere voluere; ea forte spe freti posse se in posterum Catholicae Religionis fidem ac praecepta in Hispanorum gentis animis restinguere, quae praeclarum illud Ecclesiae iubar, Ignatium nempe Loyoleum, edidit. At praeterea — ut iam pridem a Nobis publice denuntiatum est — supremum ipsum Catholicae Ecclesiae Moderatorem laedere ac veluti percellere voluerunt. Romani equidem Pontificis nominatim mentionem facere non ausi sunt; re tamen vera ab Hispanicae Nationis regimine Iesu Christi Vicarii auctoritatem extraneam esse edixere. Idque, perinde ac si Pontificis munus, eidem a Divino Redemptore concreditum, in quavis terrarum orbis parte extraneum asseverari possit; vel tamquam si divinam Iesu Christi auctoritatem agnoscere ac vereri, legitimae auctoritatis humanae deminutio evadat atque impedimentum; vel denique haud secus ac si civili potestati aliquo modo adversetur spiritualis ac supernaturalis potestas. Quod profecto dissidium ex eorum dumtaxat improbitate haberi potest, qui idcirco hoc ipsum discupiunt, quod exploratum habent, miseras oves nullo ductas Pastore, et e veritatis via aberraturas, et in fallacium pastorum praedam facilius esse cessuras.

Etsi tamen iniuriae nota, divinae Romani Pontificis auctoritati inusta, grave vulnus paterno animo Nostro non inferre non potuit, minime tamen dubitavimus quin eadem avitam studiosamque Hispanorum in Beati Petri Cathedram observantiam vel parum remittere posset.

Immo potius, quemadmodum ad recentiora usque tempora ex historiae fide experti sumus, quo acrius Ecclesiae osores a Iesu Christi Vicario populos avertere conituntur, eo arctius iidem — providentissimi Dei consilio, qui ex malis potest trahere bona — Romano Pontifici adhaerere contendunt; studiosiusque adserunt ab eo uno mentibus tot errorum caligine obumbratis affulgere lucem posse, qui quidem, ut Christus Dominus, *verba vitae aeternae habet* (cfr. Ioan., VI, 69)... » (1).

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXV, 1933, pp. 269-271.

Acta beatificationis B. Iosephi Pignatelli (1).

17. **19 februarii 1933.**

Decernitur constare de duobus miraculis intercedente Ven. P. Iosepho Pignatelli a Deo patratis. — Decr. S. C. Rit. (2).

ROMANA.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

IOSEPHI MARIAE PIGNATELLI

SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

I.

DECRETUM.

SUPER DUBIO: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.*

Inter insigniores viros, quos miserentis Dei Providentia sub decimioctavi saeculi finem et deciminoni initium in suae Ecclesiae fulcimen et ornamentum suscitavit, merito Ven. Iosephus Maria Pignatelli accensendus. Ex dynaste Antonio et marchionissa Francisca Moncayo, sanguinis nobilitate et christianis virtutibus clarissimis, anno 1737 Caesaraugustae in Hispania is ortum duxit. Mature Societatem Iesu est ingressus, in qua legiferi patris Igna-

(1) In actis beatificationis, praeterquam in ipsis Litteris Apostolicis quibus Beatus renuntiatur, passim vocatur *Iosephus Maria,* ut a biographis huc usque appellabatur; sed recentiores indagines pro certo statuerunt Beatum cum in documentis coaevis tum in ipsius litteris nunquam appellari nisi *Iosephum* (sine altero praenomine *Maria*).

(2) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXV, 1933, pp. 165-167.

tii spiritu repletus, mira virtutum omnium specimina dedit. Iniqua lege ex Hispaniae regno pulsis anno 1767 sodalibus, noluit indulto sponte oblato frui, sed eorum sortis particeps fieri maluit. Tenerrima caritate confratribus in itineribus et in variis exsilii stationibus maximo fuit auxilio et solamini.

Invicto animi robore et summa dexteritate eosdem ab insidiis et omne genus vexationibus, quantum ei datum erat, liberare nisus est: quin immo Ignatianae Societatis formam illibatam servare, novosque alumnos fovere et ad religiosas virtutes informare omni studio adlaboravit. Nec satis: post Societatis Iesu suppressionem, ad saecularem clerum adactus, Ferrariae et Bononiae sacerdotalibus virtutibus mire effulsit. Tum Colorni in Parmensi ditione et Neapoli, Pontificio indulto, dilectae Societatis domos instauravit, tum in hac Alma Urbe, ubi die 15 Novembris mensis anno 1811 sanctam obivit mortem.

Heroicis virtutibus Servum Dei fulsisse VIII kalendas Apriles anno 1917, Benedicti XV fel. rec. auctoritate, ab hac Sacra Congregatione decretum est.

Ex multis, quae eius intercessioni tribuuntur, signis sollertes actores duas delegerunt sanationes, quae veris miraculis accensendae visae sunt. Apostolica auctoritate processus Barcinone et Ebusi constructi sunt, pro quorum iuridica vi die 4 Maii anno 1931 editum est decretum.

Barcinone prior evenit miraculosa sanatio. Maria Bertha Guíu Martínez peritoneali tuberculosi afficiebatur, uti chirurgus, duplicem laparatomiam annis 1925 et 1927 operatus, oculis vidit, manibusque contrectavit. Tuberculosis postea pulmones quoque infecit. Quare infaustam prognosim curantes medici ediderunt, quam alter ex ipsis eodem sanationis mane, die 21 Novembris anno 1928, confirmavit. Verum, Venerabili Iosepho Pignatelli unice invocato, Maria Bertha in instanti, ab omnibus sive pulmonum, sive abdominalibus morbis perfecte sanata est, et in bona recuperata valetudine perseveravit; quod quidem, organici morbi natura perpensa, nonnisi miraculo tribui potest; in quam sententiam tum tres curantes medici, tum tres ab H. S. C. adlecti periti unanimiter conveniunt.

Ebusi in Balearibus, in S. Cristophori Monasterio Maria ab Assumptione, Canonissa Regularis, Ordinis S. Augustini, in saeculo Antonia Palau Torres, arthritismo laborabat: qui vehemen-

tius sub gravis lithiasis renalis forma prodivit, eamque quatuordecim saltem per annos acerbe vexavit.

Insanabilem fuisse, omnibus perpensis aegrotae adiunctis, morbum hunc duo curantes medici edixerunt. Atqui postquam Venerabilis Iosephi Pignatelli patrocinium invocasset, Soror Maria extemplo die 29 Martii anno 1928 a renali lithiasi et ab omnibus arthritismi consectariis, quibus afflictabatur, perfecte et constanter sanata est.

Miraculum curantes medici, miraculum tres periti a Sacra Congregatione deputati conclamant.

Servato itaque iuris ordine, de his sanationibus apud RR.mum Cardinalem Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Ostien. et Albanen., causae Ponentem seu Relatorem, in Antepraeparatoria Congregatione die 5 Aprilis mensis anno 1932, deinde in Praeparatoria ad Vaticanas Aedes die 22 subsequentis Novembris coram RR.mis Sacri Huius Coetus Cardinalibus, disceptatum est. Denique Generalis Congregatio die 14 vertentis Februarii coram Ss.mo D. N. Pio Papa XI coacta est, in qua RR.mus Cardinalis Relator dubium proposuit: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur*. RR.mi Cardinales, Officiales Praelati et PP. S. R. C. Consultores suum, pro sua conscientia, edidere suffragium, quod Beatissimus Pater benigne excepit. Preces Se effudisse dixit, eas tamen ingeminari et ab iis qui aderant, est hortatus, antequam quid de re iudicaret Ipse aperiret.

Supremam Suam editurus sententiam, diem hanc 19 Februarii mensis, Dominicam in Sexagesima, elegit. Opportunum sane consilium. Venerabilis enim Iosephus, uti iam Beatus Paulus Apostolus, multa in animarum salutem patravit, multaque est perpessus: ipseque fuit semen mortificatum, quod *in bonam cecidit terram et fructum centuplum* suo tempore attulit, Societatis Iesu nempe restaurationem, quae tres post annos a Pio VII sa. me., universo catholico orbe plaudente, perfecta est.

Accitis itaque ad Se RR.mis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto et Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostien. et Alban., causae Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, meque infrascripto Secretario, sacris pientissime operatus, Summus Pontifex edixit: *Constare de duobus miraculis, Venerabili Iosepho Pignatelli in-*

tercedente, a Deo patratis; videlicet: *Instantaneae perfectaeque sanationis*: I. *Mariae Berthae Guíu Martínez a tuberculosi pulmonari cum tuberculosi abdominali coniuncta; necnon*: II. *Sororis Mariae ab Assumptione a lithiasi renali.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. R. C. referri mandavit: die 19 Februarii anno Domini 1933.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*
A. CARINCI, *Secretarius.*

II.

ORATIO PATRIS NOSTRI AD SUMMUM PONTIFICEM (1).

Beatissimo Padre,

Oggi più che mai l'umile famiglia di S. Ignazio sente il bisogno di esprimere tutta la profonda e vivissima gratitudine che, dopo Dio, sa di dover professare alla Santità Vostra per il grande e singolare gaudio dell'odierno decreto, che segna un passo decisivo nella causa di beatificazione del Ven. P. Giuseppe Pignatelli e lascia intravedere non più lontana l'aurora del completo trionfo, quando potremo vederlo cinto del nimbo dei Beati e invocarlo novello e potente Patrono nelle lotte presenti, tanto simili a quelle che travagliarono lui stesso e ne affinarono la santità.

Quando il 25 marzo 1917 l'augusto Predecessore di Vostra Santità, Benedetto XV, di gloriosa memoria, dopo la pubblicazione del decreto sull'eroicità delle virtù del nostro Venerabile, si degnò con paterno affetto di congratularsene con noi, non dubitò di chiamare il Ven. Padre Pignatelli « il restauratore della Compagnia di Gesù ». E restauratore egli fu veramente: non già per grandi opere e iniziative, quantunque anche per queste il Signore l'avesse dotato di doni eminenti, ma perchè egli, chiamato a formare alla vita religiosa un eletto stuolo di nuove reclute, il primo che dopo la soppressione della Compagnia potesse riunirsi in Italia, e passato poi a reggere la prima religiosa Provincia regolarmente ricostituita in Napoli, trasfuse in tutti, e in modo particolare con profetico intuito nel futuro Generale P. Luigi Fortis, il genuino spirito del Santo Fondatore; ma soprattutto perchè ci mostrò espressa vivamente in sè la capitale impor-

(1) Cfr. ephem. « *L'Osservatore Romano* », 20-21 febr. 1933.

tanza dello studio assiduo delle solide e perfette virtù per poter utilmente servire la Chiesa e sempre meglio cooperar all'unica grande opera dell'universo: la gloria di Dio; essendo queste cose interne, come dice S. Ignazio, la sorgente donde deve scaturire l'efficacia nell'attività esteriore.

Dal Cuore SS. di Gesù, di cui fu divotissimo, il Venerabile Padre Pignatelli trasse specialmente quella fortezza d'animo che lo sostenne imperturbato in mezzo alle gravissime persecuzioni e tribolazioni della sua vita, quella incrollabile fiducia in Dio che fu una delle sue doti distintive e che era di ammirazione a quanti lo conobbero.

Non è temerario il credere che il grande Pontefice Pio VII, il quale trattò spesso col Servo di Dio e con paterno affetto lo accolse e l'ospitò nella Città Eterna, alla vista di questo vero figlio di Sant'Ignazio e allo spettacolo delle sue eroiche virtù si sia confermato nel proposito di ristabilire la Compagnia di Gesù tale e quale era uscita dalla mente e dal cuore del suo Fondatore, senza apportare, come altri volevano, mutazione alcuna al suo Istituto.

Ben a ragione quindi il Venerabile Padre Pignatelli nelle nostre domestiche memorie viene chiamato « l'anello più cospicuo che unisce all'antica la risorta Compagnia di Gesù », la quale perciò della glorificazione di lui si allieta non come di quella d'ogni altro suo figlio, ma in misura del tutto singolare.

Godo poi di poter umiliare al Trono di Vostra Santità anche i fervidi ringraziamenti della veneranda Famiglia di San Paolo della Croce (2), la quale nella gloria della beatificazione ormai assicurata all'umile Verginella di Lucca, Gemma Galgani, vede una nuova celeste conferma dello spirito sublime da cui è animata, perchè di questo spirito, fatto tutto di amore al Dio Crocifisso e di zelo per una sempre più ampia e copiosa applicazione dei frutti della Redenzione, visse realmente la Venerabile Gemma, benchè non le sia stato concesso di professarne apertamente la regola, come ardentemente bramava; e ne visse così intensamente che, emulando i serafici ardori di S. Paolo della Croce, riprodusse in se stessa la immagine viva di Gesù Crocifisso, e a Lui si offrì vittima per la conversione dei peccatori, per la salute di quel mondo che la ignorava o la disprezzava.

E a noi si unisce pure tutta la nobile città e archidiocesi di

(2) Simul cum decreto de miraculis Ven. P. Pignatelli promulgatum fuerat etiam decretum *de tuto* pro beatificatione Ven. Gemmae Galgani, virginis saecularis, cuius causa a PP. Passionistis promovetur, qui olim eam in spiritu rexerant.

Lucca con quei sentimenti che il degnissimo Presule di essa espresse in questo luogo, or non è molto, in occasione simile a questa. La città del Crocifisso taumaturgo e del Volto Santo può davvero santamente gloriarsi di poter offrire, nell'anno giubilare dei sacrosanti Misteri del Calvario, alla Chiesa di Gesù Cristo, un sì bel fiore, degna primizia del secolo XX; essendo appunto la Venerabile Gemma Galgani, tra tutti i già numerosi e grandi Servi di Dio che illustrarono questo primo trentennio del nostro secolo, la prima che sale agli onori dei Beati.

Si degni la Santità Vostra gradire questi sensi della nostra figliale riconoscenza e, mentre ci auguriamo che un Anno così straordinariamente Santo sia anche per la Santità Vostra un anno pieno di celeste letizia e di dolce conforto al Vostro Cuore afflitto per le miserie dell'umanità, imploriamo umilmente su tutti noi, e sopra tutti quelli che rappresentiamo, l'Apostolica Benedizione.

III.

RESPONSUM SUMMI PONTIFICIS.

A tale indirizzo il Santo Padre rispondeva con alcune mirabili parole di circostanza (3):

Eccoci di nuovo — incominciava Sua Santità rivolgendosi a quei dilettissimi figli — eccoci di nuovo dinanzi a stelle doppie, a duplici stelle di santità che sono dalla mano di Dio accoppiate, affinchè, sebbene di dimensioni e splendori visibilmente diversi, sia facilmente comprensibile il fondo comune, la medesima luce che le irradia. Gemma Galgani, Giuseppe Maria Pignatelli: due grandi figure l'una e l'altra, ma pur di così diverso disegno, di così differenti proporzioni — almeno di quelle visibili ad occhio nudo, tanto per restare nel linguaggio del campo astronomico — e in tanta parte della loro attività così differenti l'una dall'altra. Eppure, quasi a farlo apposta, eccole congiunte in unica celebrazione. Veramente c'è Chi l'ha fatto apposta: la mano, la mente, il Cuore di Dio, il quale tutto mirabilmente dispone, « fortiter et suaviter », affinchè tutto giovi alle anime redente dal Sangue suo. A farlo apposta ecco due anime e due vite, le quali, anche a met-

(3) Ex ephem. « *L'Osservatore Romano* », 20-21 febr. 1933.

tere soltanto insieme quello che dànno come prima visione di sè stesse con quello che presentano ad una prima riflessione, offrono un completo e perfetto modello di ciò che deve essere la vita di ogni anima che tende alla perfezione spirituale.

Da una parte ecco l'umile Verginella di Lucca: una vita, almeno in apparenza, tutta di orazione, di segrete penitenze, di nascondimento, di umiltà che il nascondimento cerca e coltiva; una vita, una forma di vita anzi puramente contemplativa: una vita condotta nel secolo, in mezzo al turbinìo, alle distrazioni del secolo, eppure tutta, completamente, assorta, assorbita nella contemplazione del Crocifisso Redentore, dei suoi dolori, dei suoi desideri, del suo amore sovratutto, sino a diventarne quasi una copia fedelissima anche nell'esterno, anche nel suo stesso corpo verginale. Ma, sotto questa luce, o se si vuol dire così, all'ombra di questo nascondimento, di questa esistenza interamente dedita alla preghiera e alla contemplazione, di questo ardore di opere sante, di quello anzi che v'è di più operoso nella vita stessa della Chiesa, di questo fervore di apostolato — apostolato di preghiera, della buona parola, di edificazione — chi può dire, anche alla sola notizia che si raccoglie dalla biografia della Venerabile, il bene da lei fatto ed operato, le nuove conversioni ottenute, le grazie impetrate per tante anime, l'abbondanza di beneficî ottenuti per tutta la vita stessa della Chiesa, dalle più alte gerarchie sino agli ordini più umili? Tale lo spettacolo che ci colpisce alla pur succinta considerazione di questa umile, semplice, nascosta figura di santità.

D'altra parte ecco il Venerabile Servo di Dio Giuseppe Maria Pignatelli, un tipo di virile e di robusta santità; una figura dalle grandi linee, tracciata dalla mano maestra di Dio, infinitamente magistrale, con quei tratti che tanto spesso Iddio si compiace di mettere nelle opere sue, naturali e soprannaturali: dalle grandezze astronomiche del cielo, alle meraviglie degli infusori ed alle prime formazioni chimiche e minerali; dai tesori più nascosti di anime che passeranno ignorate da tutti e sempre, note soltanto a Lui solo — proprio come quei fiori delle inospitali spiagge da nessun piede toccate che emanano effluvi profumati al cielo dalle meraviglie dei loro calici variopinti — alle più grandi figure che incominciano dai Profeti, dagli Apostoli e dal Precursore stesso degli Apostoli e del Redentore, e si succedono attraverso i secoli

nella storia della Chiesa: grandi figure, ciascuna delle quali sembra dover bastare a riempire il secolo nel quale si è avuta la loro esistenza.

In questo stile dunque si presenta il gran Servo di Dio Giuseppe Pignatelli: per convincersene basta — ed è necessario del resto - contemplarlo nel grande quadro in cui la mano di Dio l'ha posto, la voce di Dio l'ha chiamato: un quadro vastissimo, dal quale si rilevano subito vari reparti, ricco ciascuno di particolare grandezza sì da potersi ognuno considerare in sè un gran quadro.

Dando uno sguardo al primo di questi reparti, ecco anzitutto, la congiura dei governi e delle sètte che imperavano e che avrebbero voluto impedire ogni attività religiosa; congiura contro Iddio e contro la Chiesa e quindi per conseguenza (gloriosa conseguenza!) congiura contro la Compagnia di Gesù. E' una congiura fatta di odio e di prevenzione, che esplode in fiera persecuzione e finisce per sovvertire ogni ordine, ogni attività ecclesiastica, sorpassando ogni precedente. Dal Portogallo la bufera passa alla Francia e quindi in Ispagna, ove la raffica coglie la grande figura del Servo di Dio, e il Venerabile ben può somigliarsi ad una roccia, ritta, immobile di fronte a più d'una burrasca di terra, di aria e di acqua, sì da potersi ripetere di lui la espressione scultorea del poeta: « *nec flamini, nec flumini, nec fulmini* ».

In un secondo reparto vien da considerar subito che la Compagnia di Gesù e la Chiesa stessa non sono perseguitate soltanto in Ispagna: ma, pur volendosi soffermare a questa nazione, quali coincidenze, quante tristi somiglianze, quali richiami tra allora e adesso; quali ritorni di un passato che era legittimo sperare tramontato per sempre e non più mai reduce in una nazione la quale ha pagine così gloriose per la Chiesa: la povera, la cara Spagna per la quale il Papa domanda tante preghiere, specialmente in questa vigilia di Anno Santo.

In un terzo reparto è riposto un altro dolore ben più grave ancora, poichè riguarda specialmente la Compagnia di Gesù, la famiglia spirituale che il Venerabile Servo di Dio aveva scelto, o meglio a cui era stato chiamato da Dio, perchè solo da Dio possono venire tali chiamate: non più la cacciata, ma la soppressione, decretata dall'autorità legittima, la sola che poteva farlo. Pagina dolorosa di storia (tutti lo sanno), dolorosa anche solo a

rileggerla a tanta distanza di tempo; che cosa dovette essere nella realtà per il P. Pignatelli e per i suoi numerosi confratelli!

Un altro reparto ancora — sempre nella generale considerazione di una vita così meravigliosa — è dato dalla rivoluzione francese che porta ai piedi del Servo di Dio, alle sue ginocchia, alle soglie del suo rifugio le vittime di questo grande uragano: profughi che al profugo domandano e trovano consolazione e aiuto.

Infine un altro reparto, non meno vasto, turbinoso, burrascoso: le guerre napoleoniche. L'onda ignita e ferrata arriva anche al nostro Venerabile e lo caccia di luogo in luogo, creando sempre intorno a lui una situazione di incertezza, di timore, di pressura quotidiana e di angustie per il domani.

Eppure, in tutti questi momenti della sua vita, in tutti questi reparti della sua esistenza, la grande figura rimane sempre eretta in faccia alla tempesta, al pericolo, alle persecuzioni; rimane costantemente in attiva operosità fatta sopratutto di carità, di generosità, di mirabile serenità. E donde egli traeva tanta forza? Dal segreto stesso che alimentava la vita della Verginella di Lucca: dal Crocifisso. Il cuore di lui ferve di inestinguibile ardore di carità; egli è dedito ad una operosità vertiginosa, incessante: va di lido in lido, da mare a mare, da paese a paese, da città a città, ed è sempre in atto di arginare rovine, di medicare le piaghe.

Coltiva egli la speranza di poter raggiungere alfine un porto ove trovare momentaneo riposo, ed eccolo invece sempre ricacciato in alto mare e riprendere di continuo la sua attività incessante; e ciò anche mentre egli non può contare su una fibra fisica robusta, ma sovente messa a pericolo.

Eppure, dunque, come mai egli permane in tanta imperturbabile serenità sì da destare ovunque meraviglia? Gli è che il suo occhio e il suo spirito sono sempre rivolti a Dio, al suo Dio, al Dio della sua giovinezza, e della sua vocazione; questo Dio che gli aveva domandato un omaggio di fedeltà, ed al quale egli aveva risposto nell'ardore della sua giovinezza, e verso il quale egli si mantenne ognora fedele, di una fedeltà sempre candida come nei primi giorni, sempre ardente come nella gioventù; l'occhio e lo spirito levati in alto, sempre in quella direzione divina; alla stessa guisa dei vecchi piloti che sanno condurre la nave in mezzo

a difficoltà ed a pericoli, al furore dei flutti, ben conoscendo il punto di riporto, il punto di confronto: sanno come regolarsi, l'occhio fisso nelle loro ben note esatte direzioni: vanno tranquilli là ove altri trepidano.

E' poi particolarmente mirabile ricordare che, se fra tutte queste vicende, il Venerabile ha un qualche momento di respiro, torna ai suoi esercizi di devozione, alle sue abitudini preferite di preghiera, particolarmente ai santi Spirituali Esercizi, come se nulla d'altro avesse fatto o dovuto fare: e non per poco, ma, fattosi in essi maestro agli altri, vi si trattiene quanto più a lungo è possibile. E dallo studio della pietà torna allo studio propriamente detto, allo studio della scienza e con tanto impegno che quella si sarebbe detta la sua più forte inclinazione, e così da potersi da taluno credere che il suo passato fosse stato unicamente di quieto raccoglimento; egli era un grande raccoglitore, un gran pagatore di libri, non solo per sè, ma anche per gli altri. E più ancora, in modo speciale, allorchè i primi albori di una ricostituzione della Compagnia incominciano a brillare nel cielo, egli non si riduce, no, ad una vita di riposo, ma bensì si applica ad un lavoro più intenso e più vasto che gli doveva meritare, appunto in quella congiuntura di tempo, il titolo di « restauratore della Compagnia » ed essere considerato come il maggior anello di congiunzione tra la Compagnia di prima e quella di poi.

Del resto anche la sua vita privata allorchè egli fece parte del clero secolare, fu sempre dedita allo studio e alla preghiera; allo studio e al Tabernacolo; fra l'applicazione alla scienza e la adorazione del suo Sacramentato Signore, in cui dovevano congiungersi le sue multiformi attività per così ottimamente fruttificare sotto lo sguardo di Dio.

Ecco qualche cosa che ci insegna come le due vite devono essere unite, come l'una deve aiutare l'altra e completarsi a vicenda. E' ciò — continuava l'Augusto Pontefice — il segreto della formazione completa e perfetta delle anime; è là il segreto di quella partecipazione piena di bene di cui sarà ricco l'imminente Anno Santo. Il Santo Padre lo aveva già detto in altre occasioni: perchè i frutti di esso siano abbondanti, occorre prepararsi all'eccezionale periodo di grazia con spirito di preghiera e di attenzione a Dio; Iddio voglia che ciò avvenga in tutte le anime redente; che esse abbiano almeno un pensiero per questo Croci-

fisso Signore e Redentore, per la sua Croce salvifica, a questo coronamento delle opere di Dio con le quali si è compiuta la Redenzione del genere umano.

Ma inoltre con questo pensiero per il Cristo Redentore, che è già la migliore delle preghiere, con questa attenzione a Lui che è morto e si è sacrificato per noi, va congiunta la attenzione, la cura per quelli che sono intorno a noi, che hanno partecipato ai tesori della Redenzione in misura diversa da noi. Quante anime avrebbero fatto grandi accoglienze ai doni di Dio e ricavato chissà quali frutti da essi e stanno invece inerti perchè non li conoscono! Noi perciò dobbiamo adoperarci in tutti i modi e fare il nostro possibile perchè così infiniti beni si diffondano in maggior copia sulle anime, assecondando in tal modo i desiderii stessi del Cuore di Dio, il quale appunto ebbe a dire che proprio dalla Croce avrebbe attratto tutto e tutti a sè: *omnia traham ad me ipsum.*

Si tratta qui di qualche cosa che deve a buon diritto richiamare intera la nostra attenzione. Il Papa a questo pensava indicendo il Giubileo straordinario; è questo, cioè, tutto un santo lavoro perchè l'umanità maggiormente goda dei frutti della Redenzione. Egli a tutti lo propone, affinchè nella più larga ed ampia misura nelle anime nostre ed altrui si compia il desiderio stesso del Redentore.

E' ciò del resto che Egli chiede e con accresciuta, maggiore fiducia al Signore stesso, invocando le nuove potenti intercessioni dei due Servi di Dio in questi particolari bisogni ed angustie in cui si dibatte il mondo.

Il Papa ha viva, fondata speranza: che alla preghiera della sua Chiesa, alla preghiera molteplice, incessante di tante anime Iddio risponda con l'esaudire i voti del suo Vicario in terra. Questa fiducia è avvalorata dal diffondersi sempre più provvido di tali preghiere intensificatesi in tante anime, fattesi, dopo molto tempo di oblio, ricordevoli della Redenzione, e dello spirito di preghiera in tutto il mondo, dall'accrescimento di buone opere di carità e di quell'apostolato di cui la Venerabile Galgani e il Venerabile Pignatelli ci dànno così entusiasti luminosi esempi: — apostolato della buona parola così facile, così accessibile a tutti; apostolato del buon esempio, della edificazione che a tutti dice come si può essere ottimi cristiani, ottimi cittadini, come si può

vivere bene dinanzi a Dio e dinanzi agli uomini. — Che il Signore, per intercessioni così potenti, voglia accogliere dunque tali voti, non solo per tutto il mondo, ma anche più misericordiosamente e più largamente là dove più vasto, più profondo ne è il bisogno: nella povera Russia, dove i buoni — e ce ne sono ancora tanti — dove tanti vescovi e sacerdoti, servi e serve di Dio, religiosi, religiose e fedeli menano una vita che è un martirio più grande del martirio stesso; nel Messico, dove la devastazione spirituale continua larga e feconda di tante rovine; nella povera Spagna, così vicina al Papa non soltanto di luogo, ma di cuore, ove sono tante memorie di prossimo passato, di dolente presente e con tanta minaccia per l'avvenire. Voglia Iddio, Signore pietoso e misericordioso, intervenire in modo speciale là ove più intenso e doloroso è il bisogno; là dove le sètte tenebrose da una parte minano o tentano di minare tutto ciò che v'è di religioso e lo stesso spirito del Signore specialmente nella educazione della gioventù, e, dall'altra, gli sfrontati nemici di Dio alzano protervi il vessillo: « senza Dio » e « contro Dio ». Unico conforto, in così desolata visione di cose tremende, è appunto il pensare che la Redenzione è infinita, che ha infinito valore a redimere sempre, a perdonare, a salvare.

Prima d'impartire le chieste benedizioni, il Santo Padre teneva a ripetere come Egli partecipasse, con paterno affetto, al gaudio di tutti quelli che gioiscono di questi splendori verginali, di questi splendori eroici; e specialmente con le grandi Famiglie di S. Paolo della Croce e di S. Ignazio, con la città e archidiocesi di Lucca; con tutti quelli che hanno relazioni speciali coi due Servi di Dio; anzi con tutta la Chiesa, perchè queste figure, di tali dimensioni, sono ormai patrimonio di tutta la famiglia dei redenti; ed anche con tutta l'umanità che in questi eroi vede dove tutti possono arrivare, a che cosa tutti debbono aspirare, come a tutti è data la grazia della Redenzione.

Infine la Benedizione del Padre sarebbe discesa su tutti i presenti, e su tutte le intenzioni di ciascuno e in tutte le direzioni invocate.

18. **12 martii 1933.**

Decernitur « tuto » procedi posse ad sollemnem Ven. P. Iosephi Pignatelli beatificationem. Decr. S. C. Rit. (1).

ROMANA.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

IOSEPHI MARIAE PIGNATELLI

SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

I.

DECRETUM.

SUPER DUBIO: *An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione,* TUTO *procedi possit ad praedicti Venerabilis sollemnem Beatificationem.*

Clarum genere, virtute clariorem datur hodie mirari virum, quem asperrimis temporum procellis diu direque exagitatum Deus, inter adversa, mirifice sustentavit, suaque gratia ad sanctitatis culmen evexit: Venerabilem dicimus Iosephum Pignatelli, Sacerdotem professum Societatis Iesu. Is nobilissima prosapia Caesaraugustae in Hispania ortus, avitae domus divitiis commodisque posthabitis, trilustris adolescens Societati Iesu se adiunxit, ut in ea sub Christi Regis vexillo, ad maiorem Dei gloriam totus incumberet. Strenuum sane militem sibi Deus praeparabat, qui, imminentibus iam novis contra Ecclesiam et Societatem Iesu bellis, bonum certamen certaret, suisque, adventante discrimine, praesidio foret ac solamini. Quod quidem incredibili animi fortitudine ac simul serenitate, aspirante intus caritate Christi, mirabiliter praestitit, erecto semper animo, contra impetum succedentium tempestatum obsistens.

Pulsos ex Hispania confratres voluntario exsilio sequutus, aerumnosa maris peregrinatione huc illuc iactatos, nec habentes

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXV, 1933, pp. 214-216.

ubi quiete consisterent, consilio, opera, pecunia, fraterno incensus amore, iuvit, donec eos tandem, laboribus fractos, ac morte imminutos, Ferraria in Pontificia ditione tranquillo domicilio excepit.

Sed iam asperior ingruebat adversitas, Societatis Iesu suppressio. Neque tamen in eo summo discrimine turbatus animo plus aequo est, sed perculsos dolore fratres supernae sapientiae verbis in spem erexit. Et sane, eo incidente casu, nescias quid mireris magis, an plenissimum Servi Dei erga Apostolicam Sedem obedientiae obsequium, an fidelissimum eius in Societatem Iesu amorem.

Quo ex utroque coniuncto eius animi studio, accedente eius prudenti consilio, actuosa opera ac praesertim spectatissima vitae sanctitate, factum est, ut instaurandae suo tempore Societati, in eius pristinis ac genuinis lineamentis, via feliciter complanaretur.

Cuius sanctitatis specimen rursus enituit, quum, gallicae perturbationis motibus ac subsequutis dein bellis, Italia ipsa contremuit. Fulgide tum praesertim eius apostolici animi zelus apparuit, quo, ut primum ipsi licuit, in Parmensi Ducatu ac postea Neapoli et Romae ad animarum salutem fructuose adlaboravit, omnium in se animos convertens.

Quibus difficillimis temporibus effusissima item eius liberalitas effulsit, qua, urgente Christi caritate, omnimodas calamitates ita largiter sublevabat, ut res prodigio similis videretur. Par enim eius erat animi contra adversa fortitudo et actuosissima erga afflictos misericordia, utramque sustentante immutata, quam fovebat, in Deum fiducia.

Qua in re filialis eius in Summum Pontificem pietatis testimonium praetereundum non videtur.

Quum enim sa. me. Pius VI ab Urbe violenter abductus, captivus aerumnoso itinere in Galliam duceretur, Florentiae primum, dein Parmae, ubi Pontifex infirmus brevi constiterat, eum Servus Dei tenerrima complexus caritate, non solum filialis sui amoris sensibus recreavit, sed bis eius paupertati amplissimo subsidio subvenit. Quin immo, et Parmensem Ducem apostolica libertate graviter reprehendit, quod imperio, contra omnem humanitatem sibi dato, novo itineri infirmum Pontificem ad destinatum ei exsilium committendi, obtemperasset.

Qui vero nunc, eiusdem nominis undecimus, Summus Pontifex Ecclesiam gloriose regit, Servo Dei, honores ei tam amplos

pro meritis hodie decernendo, decessoris Sui velut vices rependere videtur.

Equidem post eius mortem, quam pie, quartum supra septuagesimum annum agens, die 15 Novembris mensis anno 1811, Romae obivit, sanctitatis fama, qua vivus inclaruerat, latius increbuit.

Quare, Gregorio XVI sa. me. in Petri Cathedra sedente, apud S. R. C. eius causa introducta est. Benedicti XV fel. rec. auctoritate eius virtutes fuisse heroicas, die 25 Martii mensis anno 1917 decretum est: duas, quas diligentissimi actores exhibuerunt, sanationes vera esse miracula die 19 nuper elapsi mensis, Ss.mo D. N. probante, est pariter decretum. Unum itaque, ut ad Ei decernendos Beatorum honores gradus fieret, discutiendum dubium supererat, videlicet: *An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione,* TUTO *procedi possit ad praedicti Venerabilis sollemnem Beatificationem.*

Dubium hoc, in Generali sacrorum Rituum Congregatione, coram Ss.mo D. N. die 25 Februarii mensis hoc anno habita, RR.mus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte discutiendum proposuit. RR.mi Cardinales, Officiales Praelati et Patres Consultores in unanimem affirmativam sententiam convenerunt. Sanctitas vero Sua usque ad diem hanc Dominicam secundam in Quadragesima, natali quoque sancti decessoris Sui Gregorii Magni sacram, iudicium proferre distulit.

Singulari porro laetitia inclita Societas Iesu gestit, quum hunc tam fidelem sodalem, quem merito veluti alterum Parentem salutat, super candelabrum in Ecclesia ad collucendum extolli conspiciat, hac feliciter recurrente die, duodecima Martii mensis, qua sollemnis canonizationis honores legifero Patri Ignatio nec non et aliis hispanis Francisco Xaverio alteri Sodali suo, Teresiae a Iesu et Isidoro Agricolae tributi olim fuerunt. Faxit vero Deus ut nobilis catholica Hispania, pristinae gloriae memor, iis filiis augeri laetarique iterum gaudeat, qui tantum ei decus addidere, et tam amplam spiritualium bonorum copiam attulere. *Reminiscere miserationum tuarum, Domine,* cum universa Ecclesia humiliter adprecetur,... *ne umquam dominentur nobis inimici nostri.* (Introit. Miss. Dom. II in Quadrag.).

Accitis itaque RR.mis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, et Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo

Ostien. et Albanen., causae Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci Fidei Promotore Generali meque infrascripto Secretario, divino Eucharistico sacrificio pie oblato, Ss.mus D. N. Pius Papa XI edixit: TUTO *Procedi posse ad sollemnem Venerabilis Iosephi Pignatelli Beatificationem.*

Hoc autem decretum promulgari, in acta S. R. C. referri, litterasque Apostolicas sub anulo Piscatoris de Beatificationis sollemniis in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis expediri mandavit.

Datum Romae die 12 Martii a. D. 1933.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

A. CARINCI, *Secretarius.*

II.

ORATIO PATRIS NOSTRI AD SUMMUM PONTIFICEM (1).

Beatissimo Padre,

Chiamato un'altra volta in sì breve tempo ad umiliare ai piedi del Vostro Trono l'espressione della più profonda gratitudine di tutta la Compagnia di Gesù per il gaudio che ci procura l'imminente e ormai assicurata glorificazione del Ven. P. Giuseppe Maria Pignatelli, non ho che da ripetere con intensificata letizia i sentimenti già espressi pochi giorni or sono. Non è soltanto un degno figlio di S. Ignazio quello che il Decreto odierno ci addita già sul punto di essere illuminato dai raggi della più pura e più eccelsa gloria di quaggiù, la gloria degli altari; ma è in certo senso un restauratore dell'opera di lui, dopo la tempesta che l'aveva per un tempo quasi disfatta; ed è perciò che la beatificazione del Venerabile Pignatelli segnerà una data memoranda nella storia della Compagnia, la quale al nome del nuovo Beato godrà di associare per sempre con grato ricordo il nome augusto della Santità Vostra.

Ma la nostra letizia viene ancora accresciuta dalla soave disposizione della divina Provvidenza, la quale assegnò alla pubblicazione dell'odierno Decreto un giorno che è per noi del più lieto auspicio di quei grandi frutti spirituali che, con l'aiuto di Dio, ci

(1) Cfr. ephem. « *L'Osservatore Romano* », 13-14 mart. 1933.

ripromettiamo dalla glorificazione del nostro Venerabile. In questo giorno, sacro ad uno dei più grandi Papi e grande figlio di San Benedetto, S. Gregorio Magno, la Compagnia di Gesù commemora la canonizzazione del suo Santo Padre e Fondatore e quella del suo più grande figlio S. Francesco Saverio; e il vedere in sì fausta ricorrenza assicurato un simile onore al più illustre tra quelli che furono scelti da Dio a trasmettere, come preziosa eredità di famiglia, alla Compagnia che risorgeva per grazia di un altro figlio di S. Benedetto, Pio VII, insieme con l'immutato codice delle sue leggi e tradizioni, anche il genuino spirito di S. Ignazio e il magnanimo zelo dell'Apostolo delle Indie, ci è un caro pegno a confidare che la risorta Compagnia non sia degenere dall'antica e che lo spirito di Ignazio l'animerà sempre a vivere unicamente per la maggior gloria di Dio e per il servizio della Santa Chiesa sotto l'obbedienza del Romano Pontefice.

E poichè in questi giorni la pietà dei fedeli suole con sempre crescente fiducia rivolgersi al grande Patrono delle Missioni S. Francesco Saverio con la Novena detta, per la sua straordinaria efficacia, *della grazia*, che in molti luoghi assurge all'importanza di una straordinaria Missione, e appunto oggi solennemente si chiude, mi pare di vedere in ciò non solo un augurio di sempre più abbondante messe di anime nelle lontane Missioni così care al Vostro Cuore paterno, ma anche un'effusione di quello « spiritus gratiae et precum » che è sempre un segno precursore di più copiosa misericordia, che tutti invochiamo e che ci fa sempre più fiduciosamente sperare il magnifico moltiplicarsi dei celesti intercessori.

E difatti anche quest'oggi il Venerabile Pignatelli non è solo: accanto a lui, che, come Vostra Santità si degnò di rilevare l'altra volta, si erge, maestosa figura, in uno sfondo grandioso di storici avvenimenti, accanto a lui anche oggi sta un'altra umile, e nella sua stessa umiltà così ineffabilmente grande, Serva di Dio, una degna figlia di S. Vincenzo de' Paoli, la Venerabile Caterina Labouré (2), che passò oscura ed ignorata sulla terra, aggirandosi per più di quarant'anni tra gli infermi e i poveri con quella santa alacrità e sorridente sollecitudine che è così propria delle Figlie della Carità. E mentre tutto il mondo era pieno delle meraviglie d'ogni genere che andava ovunque seminando la Medaglia detta appunto miracolosa, essa, la fortunata Veggente della *Rue du Bac*, con un

(2) Simul cum decreto « *de tuto* » pro Ven. Patre Pignatelli lectum fuerat decretum item « *de tuto* » pro beatificatione Ven. Catharinae Labouré, e Filiabus Caritatis S. Vincentii a Paulo, cui apparuit Beatissima Virgo a Numismate miraculoso.

eroico silenzio di tutta la vita (esempio forse unico nella storia delle più celebri rivelazioni) seppe così bene custodire il secreto dei celesti favori di cui era stato l'oggetto, che, all'infuori dei Superiori ecclesiastici che primi ne avevano fatto regolare inchiesta, nessuno sospettò mai la grande parte da lei avuta nel dare l'impulso a quel felice risveglio di fede e divozione alla Vergine Immacolata, nell'aprire quella nuova fonte di prodigi; lasciando così al mondo i più splendidi e salutari insegnamenti di carità e di nascondimento.

Degnatevi pertanto, Beatissimo Padre, gradire i vivi ringraziamenti che a nome dei Figli e delle Figlie di S. Vincenzo de' Paoli e a nome della Compagnia di Gesù Vi porgiamo per il gaudio presente e per le più solenni festività a cui gli odierni Decreti ci invitano.

La duplice Famiglia di S. Vincenzo e quella di S. Ignazio sono spesso vicine nel campo dell'apostolato; è vicendevole quindi la gioia di essere unite anche nella pura letizia di questo giorno.

Quanto a me poi personalmente, mi è dolce il ricordare un vincolo tutto speciale che mi lega alla benemerita Congregazione della Missione, poichè in essa si ritirò e santamente chiuse i suoi giorni in Varsavia il mio bisavolo paterno, lasciandomi in eredità una particolare e profonda venerazione per quel santo Istituto.

Vogliate in fine, Beatissimo Padre, consacrare il nostro vicendevole gaudio fraterno ed avvalorare le nostre speranze con l'Apostolica Benedizione, che umilmente imploriamo per tutti i presenti e per tutti quelli che sono a noi uniti di mente e di cuore nella odierna celebrazione.

III.

RESPONSUM SUMMI PONTIFICIS (1).

Al devoto indirizzo del Rev.mo Padre Ledóchowski il Santo Padre rispose con un elevato discorso, di cui riferiamo i concetti principali:

Sua Santità cominciava col notare che quelle due belle, alte, sante, grandi figure, egualmente grandi pur nelle loro caratteristiche diversità, il Venerabile Pignatelli e la Venerabile Labouré,

(1) Ex ephem. « *L'Osservatore Romano* », 13-14 mart. 1933.

erano passate altra volta davanti al Suo sguardo e a quello di quei Suoi dilettissimi figli e dilettissime figlie, ed ora riapparivano magnifiche, come si era di nuovo veduto ed udito, in tutto il loro merito, in tutto lo sfondo dell'ambiente, con tutto quel mirabile concorso di date, di cose, di Istituti, di grandi personaggi, di Missioni e della vita della Chiesa, ed anche quei ricordi di rapporti domestici e familiari: graziosissime combinazioni che la mano della Provvidenza di Dio sa preparare, di cui essa sola ha il grazioso segreto.

« Che cosa potremmo Noi aggiungere, — si domandava Sua Santità, — a tanta bellezza di cose? tanto più che queste due figure Ci sono comparse davanti anche recentemente per altri decreti e già dicemmo di loro altre cose ».

Ma negli odierni decreti il Santo Padre trovava un invito (avrebbe quasi voluto dire una tentazione, una buona tentazione!) a prendere questa volta un'altra via. I decreti che erano stati letti si chiamano del « *tuto* »: questa parola « *tuto* » vi ricorre più volte, almeno due volte in ciascuno, al principio e alla fine. Ma che cosa significa la parola « *tuto* »? Sua Santità deve confessare di non aver mai spiegato in simili circostanze, in tutta la sua portata, questa parola « *tuto* »: non sa se questa omissione sia stata per colpa Sua o per una graziosa disposizione, anche questa, della Provvidenza che riservava per oggi questo insegnamento.

Atque hic Beatissimus Pater longe lateque explicare aggreditur quomodo in sola Ecclesia Catholica et in sola eius doctrina habeatur vera securitas tam pro intellectu quam pro voluntate humana, id est tam in iis quae credi vel sciri debent, quam in iis quae rectam agendi viam docent.

Qui quidem sermo, quamquam pulcherrimus, cum ad causam Beati Pignatelli proxime non pertineat, visus est non esse hic exscribendus (2).

---

(2) Integer refertur in ephemeride « *L'Osservatore Romano* », 13-14 mart. 1933.

19. **29 aprilis 1933.**

Conceditur ut sepulcrum Ven. P. Iosephi Pignatelli in templo SS. Nominis Iesu Romae exstans aperiatur ad eius exuvias recognoscendas etc. — Rescript. S. C. Rit.

ROMANA.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

IOSEPHI PIGNATELLI

SACERDOTIS PROFESSI SOC. IESU.

Quum bona spes fulgeat ut quantocius deveniatur ad formalem beatificationem praefati Ven. Servi Dei Iosephi Pignatelli, Sac. Prof. Soc. Iesu, Rev.mus P. Carolus Miccinelli, Societatis Iesu Postulator Generalis, SS.mum Dominum nostrum Pium Papam XI supplex exoravit ut facultatem impertire dignaretur qua liceat sepulchrum ipsius Venerabilis aperiri quod in Urbe exstat apud Ecclesiam SS.mi Nominis Iesu, ad effectum recognoscendi exuvias atque extrahendi reliquias quae occasione beatificationis sive ad cultum sive ad distributionem, iuxta morem, adhiberi debent. Sacra porro Congregatio Rituum vigore facultatum specialiter sibi tributarum a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, his precibus annuens, potestatem facit R. P. D. Salvatori Natucci, S. Fidei Promotori Generali, deveniendi una cum Rev.mo Subpromotore generali et per acta Cancellarii S. Rituum Congregationis ad petitam aperitionem sepulchri, exuviarum recognitionem atque reliquiarum extractionem, in casu et ad effectum de quo agitur. Servatis de cetero de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 29 Aprilis 1933.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

20. 21 maii 1933.

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS

VENERABILIS DEI SERVUS

IOSEPHUS PIGNATELLI

PRESBYTER PROFESSUS SOCIETATIS IESU

BEATUS RENUNTIATUR (1).

PIUS PP. XI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Ardore inexplebili ad caritatem accensos, in adversis praesertim calamitosisque tempestatibus, quibus Christi Ecclesia eiusque Instituta aliquando impediuntur, misericors Deus providentissime viros sanctos suscitat, qui pro rerum temporumque necessitatibus in miserias sublevandas, in diffidentes confirmandos, in animos erigendos, in deperdita recreanda continenti navitate studioque incumbant. Quos inter viros, virtutibus quibus ipsi exornantur, factisque in exemplum adducendis, quae agunt, plane mirandos, clarus genere, virtute clarior habendus est etiam Venerabilis Dei Servus Ioseph Pignatelli, e Societate Iesu presbyter professus, quem asperrimis temporum procellis diu exagitatum benignissimus Deus inter adversa mirifice sustentavit, suaque gratia ad sanctitatis culmen evexit.

Caesaraugustae in Hispania anno millesimo septingentesimo tricesimo septimo natus est e nobilissima familia ipse Venerabilis Dei Servus, qui quintum aetatis suae vix attingens annum, pia genitrice orbatus, Neapolim petiit ut eadem in civitate commoraretur suam apud sororem, quae omni cura atque industria illum christianis institutionibus educavit. Duodecimum annum agens, ob adversam valetudinem qua laborabat, in Hispaniam reversus, exceptus est, singulari venia, in Caesaraugustano Societatis Iesu collegio. Adhuc puer puerilia quaeque fastidivit et in virtutes tantum exercendas ac studia peragenda incubuit; tunc

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXV, 1933, pp. 304-308; cfr. etiam *ibid.*, pag. 560 (inter « quaedam corrigenda »), qui error hic suo loco iam correctus est.

temporis quidem iam innocentia vitae, obedientiae consuetudine, ingenii acie ac suavitate praeditus, gravitate praesertim atque humanitate morum ita enitebat, ut angelus pacis nuncuparetur; singulari vero exornabatur pietate in Deum et in Beatissimam Virginem Mariam, quam piissime cotidianis precibus venerabatur.

Adulescens magno motus desiderio se vovendi sacro animorum ministerio in frugifera Societate Iesu, enixe rogavit ut in eandem reciperetur, ac, variis diversisque difficultatibus superatis, quindecim annos natus Tarraconensem Novitiatus Domum magno animi gaudio ingressus est. In tirocinio cum tanquam religiosae vitae atque observantiae regularum exemplum plene se gesserit, post biennium vota simplicia nuncupavit; ad studia vero proclivis, antea in litteras ac philosophiam Manresae et in Calatayudensi Conlegio Societatis cum omnium laude incubuit; dein divinarum rerum disciplinas Caesaraugustae ita addiscere est aggressus, ut tam diligentia quam ingenio inter sodales facile excelleret. Mense autem Decembri anno millesimo septingentesimo sexagesimo secundo sacerdotio auctus, Divinum Sacrificium die festo S. Ioannis Evangelistae primum litavit; et adversa valetudine, qua iam tunc temporis laborabat, spreta, apostolici ministerii laboribus, una cum prima grammaticae elementa edocendi pueros munere, statim se devovit.

In sacris peragendis et in divini Officii recitatione sedulus, in pauperes atque infirmos misericors, in peccatorum confessionibus excipiendis impiger maximam omnium existimationem sibi conciliavit, adeo ut Societati Iesu a Deo provide donatus videretur. Oborta enim contra divi Patris Ignatii pios alumnos persecutione, qua rex Hispaniae anno millesimo septingentesimo sexagesimo septimo e finibus regni sui illos pepulit, Venerabilis Dei Servus, inter tot adversa ac rerum angustias plene suis compos, pro-rectoris munus, a Praeposito Provinciae Aragonensis ei traditum, caute, prudenter ac vigilantissime explens, poenae consortes ad fiduciam erigere, ad constantiam hortari studuit, eorum necessitatibus et saluti prospexit, nihil de se sollicitus in animum ac robur addendum sociis tantum suis intendit. Cum sodalibus ex Hispania pulsis primum se recepit in Corsicam, ibique, dum diversoria, annonam, medicamenta, omniaque alia ad vivendum necessaria confratribus per annum provisit, insulae

quoque incolis suum auxilium contulit; postea ob politicas militaresque loci perturbationes e Corsica digressus, per regionem Ianuensem et Parmensem socios suos, laboribus fractos ac morte etiam imminutos, ditionis Status Pontificii intra fines Ferrariam mirabiliter duxit. Hac in civitate rebus illico prospexit eorum e Societate Iesu, quos ex Hispania voluntarius in exilium comitatus optime quoque moderatus erat. Tandem quasi ad praemii instar die secunda mensis Februarii anno MDCCLXXI in templo Ferrariensi Societatis sollemnia vota emisit.

At iam nova atque asperior alumnis Sancti Ignatii non modo hispanicis sed et ceteris omnibus adversitas instabat: repente enim a Romano Pontifice Iesu Societate soluta, Patres quoque Ferrariae degentes communem vitam relinquere ac regularem observantiam desinere coacti sunt. Neque tamen in huiusmodi summo discrimine Venerabilis Dei Famulus animo plus aequo turbatus est, sed perculsos dolore confratres supernae sapientiae verbis in spem erigere conatus, plenissimo erga Apostolicam Sedem obedientiae obsequio et fidelissimo etiam in suam Iesu Societatem amore enituit. Religioso proinde habitu deposito, saecularis sacerdotis vestibus indutus Bononiam se contulit, eademque in urbe ne otio indulgeret, cum in sacrum animarum ministerium incumbere ex lege contra Societatem lata nequiret, studiis bonisque artibus colendis totum se applicuit. Libros tum plurimos eosque magni momenti collegit, publicum et celeberrimum Athenaeum, doctoribus magistrisque acceptissimus, frequentavit. In domo vero sua Bononiensi quotquot e Societate sodales vel studentes aut etiam sacerdotes qui, gallicas perturbationes fugientes, per Bononiam transirent, hospitio humaniter excipiebat; pauperes autem studiosissime copioseque adiuvabat.

Dum ita ipsa in civitate versabatur, iugiter exoptans sese recipere in denuo restitutam Iesu Societatem, legitimitate cognita e suo Ordine Familiae, quae adhuc in Russia vigebat, religiosa vota iteravit ac Patribus, qui memoratam Russicam Familiam in Parmensi ducatu degentes sequebantur, se adiunxit, et domui tironum intra fines parmenses Colornii, annuente rec. mem. Decessore Nostro Pio Pp. VI constitutae, diligentissime praefuit. Post vero decretum tertio calendas augusti anno millesimo octingentesimo quarto editum, quo Summus Pontifex ut Societas Iesu in Regno Neapolitano restitueretur benigne indulgebat, Ve-

nerabilis Dei Famulus, qui paulo ante Neapolim petierat, ibi multa prudentia maximaque animi fortitudine res egit ac feliciter ad finem perduxit.

Provinciae Neapolitanae sic renovatae Praepositus factus, Dei Servus de suorum sodalium tam spirituali quam corporali salute valde sollicitus nec non de bono fidelium, quamvis difficillimis temporibus, suo munere naviter fructuoseque functus est. Nonis dein Iuliis an. MDCCCVI cum sodalibus e Regni Neapolitani finibus ob, quae evenerant, politicas novitates discedere coactis hanc Almam in Urbem confugit, ubi benignissime exceptus a Summo Pontifice, post aliquod tempus antea in diversorio ac postea in Romano Conlegio transactum, in aedibus templo adnexis Beatae Virgini a Bono Consilio dicato moratus est, ibique mansit usque ad mortem. Ultimis suae vitae annis dilectae Societati denuo efformandae tuendaeque Venerabilis Dei Servus totum se dedit, ita ut ex eiusdem praecipue actuosa opera et spectatissima morum sanctitate factum sit, ut suo tempore instaurandae omnino Societati Iesu via feliciter explanaretur.

Haec itaque assidue gerens, Dei Famulus, aetate senescente, continentibus corporis infirmitatibus vexatus, ad mortem iam iam appropinquabat. Nam morbus haemophthysis, quo ipse gravius modo, modo levius ab adulescentia laboraverat, ingravescere coepit; ita ut brevi Dei Servus ad extremum ductus, Ecclesiae Sacramentis rite munitus, adstantibusque omnibus e domo patribus ac fratribus, placidissime in Domino obdormiverit die decima quinta mensis Novembris, anno millesimo octigentesimo decimo primo. Ob temporum calamitates funebria privatissimo more, absque pompa et fere occulta peracta sunt; corpus autem Venerabilis prope altare maius ecclesiae Beatae Mariae de Bono Consilio tunc conlocatum, postea, Ordine Ignatiano plene restituto, ad templum urbanum Ss.mi Nominis Iesu translatum est et in conditorio, ubi Generales quiescebant Praepositi Societatis, depositum; nunc autem in sacello Sanctissimi Crucifixi pie servatur.

Vir fuit profecto Ioseph ipse ingenio, doctrina clarus et conspicuis prudentiae et consilii donis a Deo insignitus; eximius religiosarum virtutum cultor: abstinentia, sui despectione, poenitentia, rerum humanarum contemptu, invicta animi in adversis fortitudine, admirabili in tolerandis infirmitatibus patientia,

prompta obedientia enituit; fide firmus, spe certus, singulari in Deo fiducia plenus, caritate in proximos sollicitus, liberalitate in pauperes effusus, ab omnibus dum vivebat in honore et veneratione habitus est; ad omnia maxima natus nihil se valere existimavit, religiosam familiam cui diu praefuit optime rexit, ita ut a dec. Nostro Pio Pp. VII supremi Societatis Iesu regiminis dignus iudicaretur; sanctus denique ab omnibus putatus, post pretiosam eiusdem in conspectu Domini mortem, res ad eumdem pertinentes tamquam reliquiae certatim a pluribus quaesitae sunt.

Nec ex ipso mortis tempore huiusmodi sanctitatis Dei Servi fama unquam deferbuit, ita ut, processibus Ordinarii peractis, et ad Sacrorum Rituum Congregationem adlatis, de Beatorum Coelitum honoribus Servo Dei tribuendis causa agitari coepta sit. Quare Decessor Noster Gregorius Pp. XVI, omnibus rei momentis attento seduloque studio perpensis, per decretum editum die tricesima mensis septembris anno millesimo octingentesimo quadragesimo secundo, Introductionis Causae Commissionem manu propria signavit; absolutisque iis omnibus, quae in huiusmodi iudicio pertractanda erant, disceptari coeptum est super Venerabilis Dei Servi virtutibus, quae tanquam heroica qualitate praeditae et exornatae, sollemni Apostolicae Cathedrae sententia, sedente rec. mem. Decessore Nostro Benedicto P. XV, octavo calendas Apriles, anno MCMXVII adprobatae declarataeque fuere.

Agitata dein quaestione de duobus miraculis, quae a Deo patrata ferebantur per Venerabilis Iosephi Pignatelli intercessionem, post duas Congregationes antepraeparatoriam scilicet et praeparatoriam, nec non aliam generalem Congregationem, quae coram Nobis die XIV mensis Februarii vertentis anni habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, Nosmetipsi, die decima nona memorati mensis Februarii proposita miracula constare sollemniter declaravimus ulteriusque proinde in casu procedi posse.

Cum propterea illud tantum superesset discutiendum num Venerabili Dei Famulus inter Beatos Coelites tuto foret recensendus, in generali conventu die vicesima quinta mensis Februarii hoc anno coram Nobis habito, omnes qui aderant tam Cardinales quam Sacrorum Rituum Consultores et Praelati unanimi consensu affirmative responderunt. Nos autem in re tanti mo-

menti Nostram aperire mentem cunctati sumus ut enixis precibus supernum antea auxilium posceremus. Quod quidem cum fecissemus, die duodecima mensis Martii proxime praeteriti, religiosissime litato Eucharistico Sacrificio, adstantibusque dilecto filio Nostro Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, nec non Venerabili Fratre Nostro Ianuario Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostiensi et Albanensi, Causae Relatore, itemque dilectis filiis Alfonso Carinci, Congregationis Rituum a Secretis, et Salvatore Natucci, generali Santae Fidei Promotore, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad Venerabilis Servi Dei Ioseph Pignatelli, presbyteri professi e Societate Iesu, beatificationem.

Quae cum ita sint, precibus permoti universae Societatis Iesu, auctoritate Nostra Apostolica, praesentium Litterarum tenore concedimus ut idem Venerabilis Ioseph Pignatelli Beati nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana seu reliquiae non tamen in sollemnibus supplicationibus deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur; itemque permittimus ut imagines eiusdem Servi Dei radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra largimur ut de eo quotannis Officium recitetur de Communi Confessorum non Pontificum cum lectionibus propriis per Nos adprobatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis pariter per Nos adprobatis celebretur, servatis rubricis, sed tamen in dioecesi dumtaxat Caesaraugustana in qua Dei Famulus natus est, atque hac Alma in Urbe in quo ipse migravit ad Dominum, itemque in templis ac sacellis ubique terrarum sitis, quibus utitur Societas Iesu, ab omnibus fidelibus qui horas canonicas recitare teneantur, et quod ad Missas attinet ab omnibus sacerdotibus tam saecularibus quam regularibus ad ecclesias seu sacella in quibus festum agitur convenientibus. Denique concedimus ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Dei Famuli Iosephi Pignatelli, presbyteri professi Societatis Iesu, supradictis in dioecesibus celebrentur, nec non in ecclesiis seu sacellis memoratae Societatis Iesu, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum ab iisdem sollemnibus in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana rite peractis. Non obstantibus Constitutionibus atque Ordinationibus Apostolicis nec non decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet.

Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii enunciatae Sacrorum Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, eadem prorsus fides adhibeatur in disceptationibus etiam iudicialibus, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Maii anno MDCCCCXXXIII, Pontificatus Nostri decimo secundo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

21. **29 maii 1933.**

Conceditur facultas et datur Instructio pro triduanis festivitatibus celebrandis in honorem novensilis Beati Iosephi Pignatelli. — Rescript. S. C. Rit.

SACRA CONGREGATIO RITUUM.

SOCIETATIS IESU.

Rev.mus P. Carolus Miccinelli, Societatis Iesu Postulator Generalis, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XI enixe rogavit, ut triduana solemnia in honorem novensilis Beati Iosephi Pignatelli, Confessoris eiusdem Societatis, nuper in Beatorum albo inscripti, intra annum ab eius beatificatione peragi valeant in cunctis Societatis Iesu Ecclesiis in toto orbe exsistentibus, nec non in civitate et Dioecesi Caesaraugustana, in qua Beatus natus est, et in Romana Dioecesi, in qua supremum diem obiit. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab Ipso Sanctissimo Domino Nostro tributarum, triduana solemnia in honorem praefati Beati peragenda, benigne indulsit iuxta preces, diebus respective designandis, et fideliter servata Instructione huius Sacrae Congregationis praesenti Re-

scripto adiecta [1], tam quoad Missam quam quoad Indulgentiam Plenariam; servatis de cetero omnibus de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 29 Maii 1933.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*
A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

22. **Febr.-dec. 1933.**

Acta quaedam in Causa VV. MM. Rioplatensium [2].

BONAEREN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII

SERVORUM DEI

ROCHI GONZALEZ DE SANTA CRUZ

ALFONSI RODRIGUEZ ET IOANNIS DEL CASTILLO

E SOCIETATE IESU.

I.

DECRETUM DE NON CULTU

(*1 februarii 1933*).

Instante Rev.mo P. Carolo Miccinelli e Societate Iesu et Causae praefatorum Servorum Dei Postulatore, E.mus ac Rev.mus Dominus Alexander Cardinalis Verde, ipsius Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis Particularibus Sacrorum Rituum Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: « An sententia lata a Iudice Delegato ab Exc.mo

(1) Hic non transcribitur haec Instructio, quia eadem est atque ea alias non semel in *Acta Romana* inserta: cfr. v. gr., *Acta Rom.*, vol. VI, 1930, pp. 457-459.

(2) Cum sollemnis eorum beatificatio mense ianuario 1934 habenda sit, reliqua beatificationis acta in proximum fasciculum reiici debent.

Archiepiscopo Bonaerensi super cultu nunquam exhibito praefatis Servis Dei. seu super paritione Decretis sa. me. Urbani Papae VIII., sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur ». Et E.mi ac Rev.mi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius E.mi Ponentis. audito voce et scripto R. P. D. Salvatore Natucci. Fidei Promotore Generali. omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt: « Affirmative. seu sententiam esse confirmandam ». Die 24 Ianuarii 1933.

Facta postmodum de his omnibus per ipsum Fidei Promotorem Generalem Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI relatione. Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Rituum Congregationis confirmare benigne dignata est. die 1 Februarii 1933.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *S. R. Praefectus.*

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

II.

DECRETUM DE SCRIPTIS

(22 februarii 1933).

Instante R. P. Carolo Miccinelli Societatis Iesu Postulatore Generali, Eminentissimus ac Reverendissimus Dominus Alexander Cardinalis Verde. Causae Servorum Dei Rochi González de Santa Cruz et Sociorum Martyrum eiusdem Societatis Ponens seu Relator. in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis, subsignata die ad Vaticanum habitis. dubium super scriptis ipsis Servis Dei tributis discutiendum proposuit.

Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi. post relationem ipsius Eminentissimi Ponentis. audito R. P. D. Salvatore Natucci Fidei Promotore Generali. omnibus mature perpensis rescribere censuerunt: « Procedi posse ad ulteriora. salvo iure Promotoris Generalis Fidei. obiiciendi. si et quatenus de iure ». Die 21 mensis Februarii 1933.

Facta postmodum de his omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI per subscriptum Sacrae Rituum Congregatio-

nis Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Eminentissimorum ac Reverendissimorum Patrum adprobare dignata est. Die 22 Februarii 1933.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*
A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

III.

FACTUM CONCORDATUM (1)

(*1 novembris 1933*).

Dum praeclarae huius Causae Acta uno veluti conspectu, ut solet, complectimur, tres fortissimi Christi pugiles nostros obversantur ob oculos, qui gloriosam apostolicam vitam gloriosiore exitu concluserunt.

Eorum dux merito habetur P. Rochus González, Assumptione in ditione Paraquariensi anno 1576 ortus, vir undequaque eximius et unus e primis ac praecipuis celeberrimarum illarum « Reductionum » institutor, quae primaevam *Christianismi felicis* (ut eum iure vocat eximius Muratori) imaginem renovarunt. Nec a duce dissimiles erant strenui eius sodales PP. Alfonsus Rodríguez et Ioannes del Castillo, ex Hispania in Paraquariam (ut tunc tota illa Missio vocabatur) progressi, illarum animarum salutem unice quaerentes.

Asperos apostolici muneris labores bene multos sanguinis effusione coronarunt anno 1628, PP. quidem Rochus González et Alfonsus Rodríguez die 15 novembris, P. vero Ioannes del Castillo die 17 eiusdem mensis.

---

(1) Ita vocatur summarium quod de totius Causae cursu ab Emo. Causae Ponente seu Relatore praeponi solet ultimae « *Positioni* », ut EE.mi Cardinales Sacrae Rituum Congregationis cum plena cognitione causae votum suum edere possint. Cum haec Causa, post longam admodum moram, proximis hisce annis citissime ad felicem exitum pervenerit, cumque haec prima sit e Causis Societatis, quae secundum novam de Causis *historicis* legislationem processerit, visum est hac vice etiam hoc documentum (quamquam proprie non est « *actum* » Sacrae Congregationis, sed solum actum praevium) hic inserere ad pleniorem huius Causae notitiam.

Tanta autem omnes coaevos de veritate martyrii tenuit persuasio, ut statim iuridicae inquisitiones fieri coeptae sint; quae paucos post annos Romam delatae sunt. Verum decreta Urbaniana causae Introductioni obstiterunt, cum processus de non cultu desideraretur. Hoc vero ob inexperientiam non facto, antiqui informativi processus deperditi sunt; quare, supervenientibus contra Societatem Iesu tempestatibus, causa haec nobilissima quievit usque ad nostra tempora, quando quidam ex antiquis processibus in Archivo nationali Bonaërensi inventi sunt.

Anno vero 1928, occurrente a Servorum Dei morte tertio centenario, novus processus informativus in Curia archiepiscopali Bonaërensi construi coepit. Eo rite confecto et addito processu de non cultu, omnes iudiciariae tabulae ex officio traditae sunt Sacrae Rituum Congregationi die 10 novembris 1930, meque infrascriptum Cardinalem SS. DD. N. Pius PP. XI Causae Relatorem seu Ponentem renuntiare dignatus est die 17 decembris eiusdem anni.

Instantibus autem compluribus Americae Latinae Praesulibus, ut Causa haec sine mora apud S. R. Congregationem agitaretur, iisdem morem gerere idem Sanctissimus Dominus (salvis tamen omnibus Iuris praescriptis) benigne decrevit.

Quare cunctis historicis et iuridicis documentis ex ordine dispositis ductu Rev.mi Praesidis Sectionis Historicae H. S. C. (2) eorumque auctoritate et sufficientia ab eodem declarata, in Ordinario S. R. C. conventu die 5 iulii anni 1932 disceptatum est de more an signanda esset Commissio Introductionis causae. Die vero 13 eiusdem mensis et anni Sanctissimus Dominus Commissionem Introductionis Causae Sua Manu signavit, et Decretum de ea promulgatum est.

Tum, ut de causis quae peculiarem causarum historicarum rationem sequi debent cautum est, omissis Apostolicis Processibus, accuratius Sectionis Historicae studium expetitum est, quae die 15 februarii 1933 in proprio consessu cum historicam causae documentationem summis extulit laudibus, tum religiosam causam caedis Servorum Dei ex parte tyranni indubie admittendam declaravit. De quibus Rev.mus Relator Generalis ex officio ad Em.um S. R. C. Praefectum scripto retulit die 20 februarii 1933.

Interea, die 24 ianuarii 1933 in Congregatione ordinaria particulari agitata fuerat quaestio de non cultu, et die 1 februarii eiusdem anni relativum latum erat decretum (3). Pariter de scriptis Servorum

(2) Is est R. P. Dom. Henricus Quentin, O. S. B.

(3) V. supra, pag. 322.

Dei inquisitum est et die 22 februarii latum est decretum de approbatione scriptorum quae adhuc exstant ([4]).

Atque ita legitime aperta via ad ulteriora, die 25 aprilis 1933 in Aedibus infrascripti Cardinalis Causae Ponentis seu Relatoris Congregatio *antepraeparatoria* habita est super Martyrio et causa martyrii ac signis seu miraculis praedictorum trium Servorum Dei; die vero 13 iunii eiusdem anni Congregatio *praeparatoria* in Aedibus Vaticanis coacta est.

Cum itaque constitutus iudicialis ordo nunc postulet, ut Generalis Congregatio coram Sanctitate Tua habeatur, sequens dubium propono, antea cum R. P. Sanctae Fidei Promotore Generali concordatum: « *An constet de martyrio et causa martyrii, ac de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur?* ».

Romae, die 1 novembris 1933.

Alexander Card. Verde
Causae Relator.

IV.

DECRETUM DE MARTYRIO ET CAUSA MARTYRII

(3 decembris 1933).

Super dubio: *An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur.*

Opportune incidit in hunc diem memoriae S. Francisci Xaverii sacrum, ut eorum declaretur pro fide propaganda martyrium, qui Societatis Iesu et ipsi alumni, eos susceperunt apud occidentales Indos apostolicos labores, quos ille tanta animi magnitudine et tam copioso fructu in extremis Orientis oris exantlavit. Merito enim dixeris Franciscum Xaverium in eo fervido apostolatus motu, qui moderno ineunte aevo feliciter instauratus est ad infideles populos Christo adiungendos, principem tenuisse locum, suaque flamma plurimos incendisse ad tam nobile opus aggrediendum.

(4) V. supra, pag. 323.

Sed propius ad nostros veniamus heroes Rochum González de Santa Cruz, Alfonsum Rodríguez et Ioannem del Castillo, omnes sacerdotes Societatis Iesu sodales, qui paullo post decimiseptimi saeculi initia evangelicam praedicationem suo sanguine obsignarunt.

Eorum apostolici laboris campus in meridionalis Americae vastissima plaga late patuit, divisa nunc inter plures nobilis illius regionis Respublicas, Argentinensem, Brasiliensem, Paraquariensem, Uruquariensem, quarum unaquaeque eorum triumpho nobilitatur et gaudet.

Inter praeclariora missionalium virorum gesta memorati saeculi decimiseptimi, historia arduum illum ac simul felicem conatum recenset, quo, praeeunte P. Lorenzana, missiones, quae dicebantur Paraquarienses ab alumnis Societatis Iesu constitutae sunt, eo fine, ut barbarae adhuc Indorum tribus vagae per montes et silvas, a vexationibus et advenarum incursibus ipsius Hispanici Regis auctoritate protectae, omnique amota oppressione, in oppida affabre commodeque disposita, quibus *Reductionum* nomen inditum, libere colligerentur, civilibus artibus christianisque moribus instituendae; eo aptissimo sociali ordine constituto, quem non possis quin mireris. His condendis atque evangelizandis oppidis summo animi ardore incumbebant heroes nostri. Dux erat Rochus González de Santa Cruz, aetate provectior, vitae sanctitate et rerum gestarum magnitudine clarus. Is nobili genere ortus ex prosapia hispanica anno 1576 in urbe Assumptione Paraquariensi, post innocentissimam adolescentiam sacerdotio auctus et sacerdotali ministerio in exemplum functus, Societati Iesu se adiunxit ut impensiori etiam studio ad maiorem Dei gloriam adlaboraret. Susceptum inter silvicolas Indos apostolicum munus ea animi fortitudine, eo caritatis impetu viginti annorum spatio ad mortem usque sustinuit atque exercuit, ut vix credas mortali homini tantum roboris animi suffecisse tot aerumnis laboribusque perferendis. Qui ferocissimi inter Indos populi habebantur, ad eos Christo lucrandos procedebat intrepidus apostolicus vir; et quo nunquam mercatorum avaritia aut armorum vis penetraverat, eo Christi praeco, pacis nuncius adveniebat, non alio usus gladio, quam quo utebantur Apostoli ad victoriam: verbo Dei. Difficillimis itineribus anno 1619 ad inexploratas eatenus regiones pervenerat, Uruquarienses dictas ex flumine eius

nominis, easque ad mortem usque excoluit. Socios dein habuit Alfonsum Rodríguez et Ioannem del Castillo.

Ambo, prae Rocho aetate multo iuniores, in Hispania orti et Societati Iesu in adolescentiae flore adlecti, in Americam mense novembri anno 1616, ad urbem Cordubam, missi fuerunt. In America perfuncti studiis et sacerdotio aucti, urgente Christi caritate, arduas illas periculisque obnoxias missiones expetierant.

P. Alfonsus nitidissimi animi candore fulgens. Iesu Christi passionem multis effusis lacrimis recolebat, fervidissima in Deum et proximum caritate aestuabat.

Non minori innocentia morum renidebat P. Ioannes, nec minori ferebatur caritatis studio pro infidelibus Christo adducendis, quorum iura contra oppressores, ad exemplum P. Rochi, fortiter defenderat. Eum P. Rochus, ad feros Indos *Caaró* iter faciens, ex oppido S. Nicolai adducit, novaeque *Reductioni* die 15 Augusti anno 1628 apud Ijuhì fundatae, quam ab *Assumptione* nuncupat, eum praeficit. Una cum P. Alfonso ultra procedens P. Rochus apud Indos Caaró die prima insequentis novembris *Reductionem* fundat *Omnium Sanctorum*.

Iamque imminebat supremi hora certaminis. Maleficus eius regionis regulus, nomine *Niezú*, qui magicis artibus eos populos deceperat et terrebat, odio abreptus in Christi praecones, qui per sanctissimam Evangelii doctrinam populos ab errore retrahebant, timens ne immania quae adhuc patraverat crimina iam prosequi non posset, sicarios minis territos mittit, qui novos missionarios caede interimant, sacraque eorum omnia vastent.

Dies aderat pro nostris Martyribus triumphi et gloriae, decimaquinta memorati mensis novembris. P. Rochus, celebrata Missa, in eo erat ut aes campanum, magna adstante populi caterva, erigeret, quum ex improviso lapideae securis ictu percussus, effracto capite occubuit.

Conclamante populo, P. Alfonsus, vix ac litato Sacro accurrit, sicarios sibi obvios ad necem inferendam mansuetissimis hisce verbis compellat: *Filii, quid agitis, quid agitis, filii*? ut olim Iesus proditorem Iudam amicum appellaverat: acceptisque lethalibus vulneribus, in ipso Ecclesiae limine exanimatus procidit. Utriusque Martyris cadavera discerpta et combusta, succensum sacellum, direpta et profanata sacra supellex.

Ira amens Niezú caedem Ioanni del Castillo inferendam si-

cariis mandat, qui eum postridie mane a tergo aggressi devinciunt, fustibus caedunt, mortem ei subeundam edicunt. Tum vero suae mortis vera explorata causa, Martyr dum per aspera crudeliter raptatur saxisque contunditur, Iesum pie invocat, ad caelum cor erigit, donec lapidibus obrutus expirat. Cadaver feris dilaniandum frustra relictum flammis postea datum.

Fama martyrii vulgata statim magna celebritate est, summisque honoribus receptae Martyrum reliquiae, quum quasi ad triumphum in oppidum de *Conceptione* allatae sunt.

Instructi statim ordinarii processus tres, Romamque transmissi fuere. Deficiente tamen super non cultu inquisitione, quam tunc primum Urbaniana decreta praeceperant, res stetit. Gravibus subsecutis postea adversus Societatem Iesu procellis, causa diu siluit, deperditis interim informativis processibus. Quum vero recentius, exquisitissima diligentia adhibita, et reperti fuerint antiqui processus, et documenta coaeva, plurima numero et pondere gravissima, fuerint collecta, novus informativus processus super fama martyrii in Archiepiscopali Curia Bonaërensi instructus est anno 1928 et ad Urbem missus.

Praehabito studio Historicae Sectionis huius Sacri Ordinis, ac discussa re in Ordinaria Congregatione diei 5 Iulii mensis anno 1932, Ss.mus D. N. Commissionem Introductionis Causae die 13 mensis eiusdem Sua manu signavit. Tum iuxta novissima Motus proprii Ss.mi D. N. Pii Papae XI praescripta, loco apostolici processus, ab eadem Historica Sectione accuratissima trutina excussa iterum sunt documenta omnia ad causam pertinentia, et eorum Consultorum excepta suffragia. Quibus praemissis, habitae deinceps fuerunt tres, prout de iure, Congregationes: Antepraeparatoria die 25 Aprilis mensis anni huius; Praeparatoria die 13 insequentis Iunii, ac tandem Generalis coram Ss.mo D. N. die 28 nuper praeteriti Novembris mensis. In qua R.mus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, sequens dubium proposuit: *An constet de martyrio et causa martyrii, ac de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur.* Omnes quotquot aderant Patres Cardinales, Officiales Praelati atque Consultores suum edidere votum. Ss.mus vero prolatis suffragiis intento exceptis animo, suum pronunciare iudicium in hanc diem 3 Decembris mensis, primam Dominicam sacri Adventus distulit, interim ad Patrem luminum preces iteraturus.

Quare ad Se accitis RR.mis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, meque infrascripto Secretario, Sacrosancto Eucharistico Sacrificio pientissime oblato, edixit: *Ita constare de martyrio et causa martyrii Venerabilium Servorum Dei Rochi González de Santa Cruz, Alfonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo, ut indulta benigna dispensatione super signis seu miraculis pro Ven. Ioanne del Castillo et, quatenus opus sit, pro aliis duobus, ad ulteriora procedi possit.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. R. C. referri mandavit.

Die 3 Decembris anno Domini 1933.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*
A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

V.

ORATIO PATRIS NOSTRI AD SUMMUM PONTIFICEM

POST EDITUM DECRETUM DE MARTYRIO ET CAUSA MARTYRII

(*3 decembris 1933*).

Beatissimo Padre,

Con particolare commozione prendo la parola all'augusta presenza di Vostra Santità in questa faustissima circostanza, in cui la divina Provvidenza ha soavemente disposto che toccasse all'umile successore di S. Ignazio il grande onore e la grande consolazione di presentare alla Santità Vostra i vivi ringraziamenti della duplice vasta famiglia del Beato Don Bosco per il Decreto che ormai assicura i supremi onori della canonizzazione al loro meraviglioso Padre e Fondatore [1]. Ma non sono soli i suoi figli e le sue figlie a rallegrarsi per la imminente glorificazione di Lui: a loro si associano tutti gli

[1] Simul cum decreto de nostris Martyribus editum est decretum « *de tuto* » pro canonizatione B. Ioannis Bosco, piae Societatis Salesianae Fundatoris.

alunni ed ex alunni degli istituti Salesiani, tutte le anime beneficate dalla loro attività apostolica, tutti i loro amici e cooperatori; anzi si può ben dire che tutto il mondo vi prende e prenderà parte, perchè si tratta di uno di quegli uomini veramente provvidenziali, che fanno epoca nella storia della Chiesa e dell'umanità; uno di quegli uomini, che Dio nella sua misericordia suscita di tanto in tanto, ma con quella sapiente parsimonia che li fa tanto più apprezzare quanto sono più rari; uno di quegli uomini, di cui si può dire con verità che « in omnem terram exivit sonus eorum et in finem orbis terrae verba eorum ».

La mia consolazione nel partecipare così da vicino alla gioia della grande famiglia Salesiana, che con tanto fervore di opere, di Missioni, di apostolato di ogni genere e in ogni campo, ha preso uno dei primi posti nella vigna del Signore, la mia consolazione (dico) si accresce ripensando alla costante e così schietta amicizia che il futuro Santo ebbe sempre e luminosamente dimostrò verso la Compagnia di Gesù e i suoi membri, ricordando la profonda venerazione che sempre nutrì e promosse verso i Santi della Compagnia, in particolare verso S. Luigi Gonzaga e S. Francesco Saverio; amicizia e divozione ch'Egli lasciò in eredità ai suoi figli, i quali oggi forse più che mai a noi uniti nel vincolo della carità, colgono con fraterna premura ogni occasione per attestarci il loro affetto e il loro aiuto. Mi sia lecito ricordare qui in modo speciale con profonda riconoscenza quanto essi, e prima di tutti il loro Reverendissimo Rettor Maggiore [2], hanno fatto per noi nelle recenti tribolazioni della nostra Compagnia nella Spagna, e in particolare quanto cordialmente s'industriino di confortare quei Padri e Fratelli che hanno cercato rifugio nel Piemonte.

Accanto al grande e notissimo Beato Don Bosco ci si presentano oggi anche tre umili figli di S. Ignazio, poco noti certamente al resto del mondo, ma diventati ormai popolari nelle regioni un tempo da essi evangelizzate e irrigate col loro sangue, e sopratutto grandi dinanzi a Dio per quel titolo, che S. Ambrogio proclamava equivalente al più bel panegirico: « Dixi martyrem, praedicavi satis ». Tutti e tre, ma specialmente il loro capo, Venerabile P. Rocco González, sono tra i primi fondatori di quelle famose « riduzioni » che resero celebre il « *Cristianesimo felice* » del Paraguay, così ben descritto da Ludovico Antonio Muratori. La loro glorificazione quindi, di cui già si vedono i primi albori nell'odierno decreto, desta molto giustamente il santo entusiasmo delle fiorenti Repubbliche dell'America

---

[2] Is est R. D. Petrus Ricaldone.

Meridionale, tra cui è ora diviso il vasto teatro dell'eroismo dei nostri tre Venerabili sulle sponde del Rio de la Plata, cioè l'Argentina, il Brasile, il Paraguay e l'Uruguay: tutte quelle cattoliche popolazioni, con a capo i rispettivi Governi e Pastori, come l'hanno ardentemente implorato, così ora già vivamente pregustano il gaudio di poter salutare in essi i primi Beati Martiri di quelle regioni; il che tanto più vale del Ven. P. Rocco González, in quanto che egli, nato nella città dell'Assunzione capitale del Paraguay, stato sacerdote secolare prima di farsi religioso della Compagnia, entrato in questa per sfuggire gli onori di più alte cariche ecclesiastiche, e fattosi poi apostolo delle tribù abitanti sulle rive del Rio de la Plata, tra cui trovò la desiderata palma del martirio, è veramente in tutto il senso della parola cittadino dell'America Meridionale e, collocato sugli altari, sarà il suo primo fiore purpureo indigeno, spuntato e colto sul suo suolo, come S. Rosa ne è il primo vaghissimo fiore verginale.

Nè potevano mancare, in questo così straordinariamente solenne Anno Santo della Redenzione, le palme dei Martiri a far corona al Divino Martire del Golgota. E con umile compiacenza e profonda riconoscenza, la famiglia di S. Ignazio ringrazia di tutto cuore prima il Datore di ogni bene e poi la Santità Vostra dell'insigne favore che tali palme di Martiri da intrecciarsi alla meravigliosa fioritura di nuovi Santi e Beati dell'Anno Giubilare siano state scelte proprio nel modesto giardino della Compagnia di Gesù.

Beatissimo Padre,

In questo inizio del nuovo anno liturgico che già invita tutte le genti alla culla del divin Redentore, in questo giorno sacro al grande Patrono delle Missioni San Francesco Saverio, il Beato Don Bosco ci fa sentire il suo motto, grido accorato insieme ed innamorato: « Da mihi animas », e i tre Venerabili Martiri dell'America Meridionale ci mostrano fino a qual punto si debbano amare le anime redente col Sangue dell'Uomo-Dio. Ai piedi della Santità Vostra, mentre ringraziamo vivamente della gioia oggi procurataci, rinnoviamo il proposito, così bene rispondente allo spirito del Beato Don Bosco e di S. Ignazio, di lavorare con tutte le forze, per la pacifica conquista di tutto il mondo al Regno di Cristo sotto la guida del suo Vicario in terra.

Degnatevi, Beatissimo Padre, avvalorare questi nostri propositi con l'Apostolica Benedizione, che imploro per le nostre rispettive Famiglie Religiose, per le nazioni che nel Signore si gloriano di questi nuovi eroi, per tutti i presenti e per quanti sono a noi uniti di mente e di cuore.

VI.

RESPONSUM SUMMI PONTIFICIS (1).

A tale indirizzo il Santo Padre rispondeva con parole che, dallo straordinario eroismo dei nuovi Martiri e dalla luminosa figura del Beato Giovanni Bosco, indicavano i preziosi insegnamenti per tutti i redenti.

« Avete udito, dilettissimi figli, i Decreti letti, avete pure raccolta la bella, pia, fraterna illustrazione che di essi è stata fatta: avete veduto come ritorna fra noi la gigantesca e pur così cara figura del Beato D. Bosco accompagnante e rendendo i dovuti omaggi ai Martiri del Redentore divino, poichè il martirio è il supremo onore, come è il frutto supremamente prezioso della Redenzione, di quel Redentore, *a quo omne martyrium sumpsit exordium,* come così bene e così solennemente dice la Chiesa. E poichè la Bontà divina Ci ha già concesso di parlare e di intrattenerCi altre volte intorno al Beato D. Bosco, Ci soffermeremo ad ammirare questi grandi Martiri — pur senza tralasciare, come vedremo, un accenno allo stesso Beato D. Bosco — che tanto opportunamente vengono a mettersi nel corteo trionfale che accompagna la memoria diciannove volte centenaria della divina Redenzione stessa e del divino Redentore ».

Dopo questa premessa, il Santo Padre, a proposito appunto dei nuovi Martiri, rilevava l'opportunità, per ognuno di noi, di porsi qualche domanda su quello che dobbiamo non solo ammirare, ma anche imitare; poichè è pur sempre nell'economia altamente educatrice della Chiesa, di non mai presentare così accelse figure alla venerazione dei fedeli se non con lo scopo di eccitarne la salutare imitazione: *ut imitari non pigeat quos celebrare delectat* (2).

E, anzitutto, che cosa possiamo noi fare se non tributare la nostra ammirazione, quando ci troviamo dinnanzi a questi eroi della fede, eroi sino al sangue e sino alla morte? Eppure ecco subito una grande utilità per le anime, per tutte quante le anime,

(1) Ex ephemeride « *L'Osservatore Romano* » d. 4-5 dec. 1933.

(2) Cfr. S. August., Serm. 47 de Sanctis.

appunto in questa ammirazione dinanzi ad azioni che, come fu così bene detto, costituiscono le più fastose, le più magnifiche e splendide testimonianze che siano concesse all'umana natura, a noi poveri uomini, di poter rendere alla Verità che tutto e tutti giudica, che a tutti e tutto sovrasta e a tutto sopravvive; una testimonianza più di ogni altra grande e degna: la testimonianza del sangue. Un genio l'ha detto e genialmente: è questo il gesto più fastoso che l'uomo possa compiere.

E in tale campo, dinanzi a tali grandezze, è già un beneficio segnalato anche il semplice soffermarsi in tanta visione di cose. Poichè, come non si desterebbe, anche nelle anime più lontane dal mondo soprannaturale, se pur fornite di doti naturali, come non si desterebbe, anche in loro, con l'ammirazione, l'apprezzamento di così grandi cose e, con l'apprezzamento, chissà? forse un principio di desiderio e col desiderio un principio di conato, di sforzo verso queste sublimi elevazioni? ciò solo già costituirebbe un immenso guadagno per l'educazione delle anime.

Ma poi quali e quanto evidenti vantaggi anche nell'elevazione stessa di questi eroismi supremi, pur se essi restano più ammirabili che imitabili; giacchè un poco di riflessione basterà per far scorgere che vi sono taluni momenti e situazioni speciali di vita ed anche alcune ordinarie condizioni di vita, che esigono di ispirarsi a quello che ci insegnano questi supremi esempi di fedeltà, di pazienza, di eroismo condotto sino ai sacrifici più alti.

Situazioni e momenti della vita, a cui il Santo Padre accennava, sono quelli nei quali l'adempimento di un dovere, la rinuncia ad un vietato guadagno, ad un non lecito piacere può costare sacrificio: allora, proprio in quei momenti, sono questi grandi spiriti che ci ammoniscono, che ci indicano di fronte a tutte le debolezze e le esitazioni, a tutte le lotte trepide tra il dovere e il piacere, la via da percorrere, la legge da osservare; essi che hanno dato il sangue e la vita per trionfare, con la fortezza cristiana, di tutti gli ostacoli, a tutti ripetono: *nondum usque ad sanguinem restitistis;* che cosa è mai quello che si domanda a voi in confronto di quello che fu a noi richiesto? E sono tanti quelli che hanno dato il sangue e la vita per restare fedeli a Dio, per non perdere il frutto della Redenzione!

E poichè tutto ciò può diventare molto pratico, che cosa è mai — dicono i Martiri — che cosa è mai, per esempio, il sacrificio che la professione della vita cristiana, l'onore del nome, della dignità cristiana richiede a povere figliuole, a giovani donne, chiamandole a rinunciare ad una moda che offende Iddio, che offende il nome di cristiano, che offende anzi la stessa dignità umana? e che cosa è mai questa rinuncia in confronto di questi supremi sacrifici offerti per la fedeltà a Dio?; che cosa è, in confronto ad essi, il dovere umano e cristiano di rinunciare ad una non retta industria o ad un facile ma non onesto guadagno, di cui forse nessuno saprà mai, ma che non sfugge all'occhio di Dio? Che cosa si domanda a una giovane vita, a un giovane uomo che sente tutta la dignità della sua professione cristiana, del suo nome cristiano, quando si chiede di sfidare con nobile coraggio il rispetto umano (ciò che non dovrebbe essere poi troppo difficile) e di rinunciare a spettacoli, a convegni, a danze che vilipendono l'umana dignità oltrecchè l'onore cristiano?

Ecco, in tutto ciò, dei martirii ridotti, ridottissimi, che dai grandi, completi martirii debbono ricavare una forza, una luce celeste, un'ispirazione, alla quale nessuno deve rifiutarsi.

Ma poi vi sono delle condizioni intere di vita, ordini di cose, nei quali si riscontra una magnifica pratica di martirio. Quante volte si avvera la bella parola di S. Agostino: « la verginità non è onorevole perchè anche tra i vergini e le vergini si è avuto il martirio, ma sibbene perchè è essa che fa i martiri ». *Non ideo honorabilis virginitas quia etiam in virginibus martyrium reperitur, sed quia facit ipsa martyres.* Magnifica parola! poichè, infatti, ecco una vita, una pratica di virtù, una vita elevata e alimentata da questa virtù, che rassomiglia non poco ad un lungo martirio; una vita così alta, proprio modellata su quella portata in terra dal Signore degli Angeli col suo esempio; una vita fatta tutta di rinuncie a quello che la vita mondana cerca invece con tanta avidità ingorda. Ora, tal genere di vita ci fa pensare che tante volte quelle virtù sono nate dall'ammirazione tributata ai Santi Martiri, proprio come lo stesso S. Agostino, parlando della molteplicità dei martirii, diceva: le celebrazioni dei Martiri sono esortazioni al martirio; *exhortationes sunt martyriorum.*

Con la stessa meraviglia che ci fa tributare onore ai Martiri del sangue, noi consideriamo questi altri veri martirii, così mol-

teplici e tanto mirabili agli occhi nostri, ma spesso sconosciuti, seppelliti nell'ambito di una Casa religiosa, ai piedi di un altare, nel più completo nascondimento, in una penitenza di vita innocentissima, nella immolazione completa, nel desiderio, anzi, vivissimo, di arrivare sino al sangue e alla morte, pur di serbare fedeltà a Dio. Il mondo non conosce, nè conoscerà mai questi martirii compiuti da tante anime dimentiche di sè, vere vittime innocenti, e a null'altro intente se non ad allontanare — e quante volte li allontanano! — proprio dal mondo i rigori della divina Giustizia, specie in questi difficili e tristi tempi, per attirarli sulle proprie persone. Quanti buoni e veri padri cristiani vi sono di numerose famiglie, fedeli in tutti i loro doveri di coniugi, di parenti, di operai, di lavoratori cristiani, di servi cristiani, fedeli a tutti i loro doveri, a costo anche di indicibili angustie e privazioni, a costo di combattere continuamente l'inclemenza delle condizioni del momento: ecco dei veri altri martiri della vita cristiana.

E ancora: all'infuori di queste situazioni veramente gravi, alle quali spesso non manca nemmeno la nota tragica per essere martirii, quante altre vite più serene che si svolgono, almeno apparentemente, senza difficoltà: ma pur sono così ripiene di ostacoli nobilmente, cristianamente superati. Sono tante le vite che si consumano proprio nell'adempimento di modesti compiti, senza particolari durezze, ma con doveri precisi che non mancano di certe responsabilità e adempiuti sempre ogni giorno, tutti i giorni, tutti eguali. E ciò nella tremenda monotonia di tante vite obbligate ad un dovere che non presenta neppure qualcuno di quegli elateri o forze di propulsione ed incitamento, che tante volte ne facilitano appunto lo svolgimento; in quel terribile quotidiano lavoro che non varia mai e che richiede sempre le stesse diligenze, la stessa coscienza, esattezza e puntualità, senza morali compensi. Ecco dei martirii molto più modesti, molto meno fastosi dei grandi martirii, ma pur veri martirii anch'essi. E tanti ve ne sono: e anche ad essi i Martiri del sangue ripetono a vitale incoraggiamento: *nondum usque ad sanguinem restitistis.*

E ancora un'altra riflessione. Glorificando questi nuovi Martiri noi li ammiriamo ed onoriamo quando essi sono giunti alla cima del loro calvario, che non è ottenebrato come il Calvario dei Re dei Martiri, ma da Lui riceve splendida luce; e non pen-

siamo che a questi grandi arrivi essi si sono preparati con viaggi molto modesti, con quella pazienza, perseveranza, e fortezza che si richiedeva dal piccolo martirio della loro vita quotidiana. Varrà un esempio: il Santo Vescovo Fruttuoso, di Tarragona, viene condotto all'estremo supplizio, dopo tutta una giornata di strazii e di tormenti: uno degli sgherri, vedendolo così esausto, sfinito, riarso dalla sete per tanto sangue perduto, gli offre un calice d'acqua; il Santo Vescovo ringrazia, ma ricusa dicendo: non posso perchè è giorno di digiuno e non siamo ancora al tramonto. E giustamente il grande scrittore cristiano, Alessandro Manzoni, commenta: chi non sente che questo rispetto così riverente, così diligente e premuroso verso la legge divina, fu proprio quello che aveva preparato il Martire all'ultimo sacrificio?

A questo punto il Santo Padre soggiungeva un opportuno riferimento al Beato Don Bosco che trova bene il suo posto in questo magnifico ambiente e contesto di cose. Ecco una vita — ed il Papa l'aveva potuto vedere da vicino e proprio particolarmente apprezzare — ecco una vita che fu un vero, proprio e grande martirio: una vita di lavoro colossale che dava l'impressione dell'oppressione anche solo a vederlo, il Servo di Dio; una vita di pazienza inalterata, inesauribile, di vera e propria carità, sì da aver sempre Egli un resto della propria persona, della mente, del cuore, per l'ultimo venuto ed in qualunque ora fosse arrivato e dopo qualunque lavoro; un vero continuo martirio nelle durezze della vita mortificata, fragile, che sembrava frutto d'un continuo digiunare. Ecco perciò il Beato Don Bosco rientrare perfettamente al proprio posto fra questi campioni della fortezza cristiana professata sino al martirio.

Onore gli uni, onore l'altro di queste grandi Famiglie che oggi così giustamente e più che mai esultano nella loro memoria ed esaltazione!

Con entrambe il Santo Padre si congratulava per aver prodotti tali atleti ed esempi al mondo, all'umanità redenta, poichè solo la Redenzione poteva produrli. Ma esempi anche e campioni per l'umanità senza aggettivi, giacchè mai essa è più onorata come quando lo è da questi prodotti usciti proprio dalle sue file, veri grandiosi compensi per altre manifestazioni, per altri uomini che portano sì il nome di uomini, ma tali non sono per l'onore dell'umanità, poichè non fanno che alimentare le proprie

più ignobili passioni contro la virtù, contro Dio, contro la verità e il bene, contro tutto ciò, in una parola, che può formare e forma l'onore stesso dell'umanità.

L'Augusto Pontefice si congratulava con la famiglia del Beato Don Bosco e con la famiglia di S. Ignazio, anzi con la Chiesa tutta, col mondo intero giacchè le glorie esaltate non appartengono soltanto ad un popolo, ma sono il prodotto del genere umano ed appartengono a tutta l'umanità redenta. All'umanità dunque, che si gloria di questi nuovi eroi che dal divin Fondatore della Chiesa, Signore e Re, hanno avuta educazione e formazione e santità sino al martirio, le vive ed affettuose felicitazioni del Vicario di Gesù Cristo.

Il Santo Padre passava quindi ad impartire le chieste Benedizioni anzitutto per quei Paesi che sin d'ora sorridono di gioia dinanzi al rifulgere di queste glorie supreme di santità e di martirio; e poi a tutti quanti avevano partecipato a quel convegno di cose sante, con l'augurio che le Sue Benedizioni rimanessero in essi per sempre.

Acta quaedam in aliis Causis beatificationis.

23. **18 ianuarii 1933.**

Novus Cardinalis Ponens seu Relator eligitur in Causa beatificationis Servi Dei P. Bernardi de Hoyos. — Decret. S. C. Rit.

VALLISOLETANA.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

BERNARDI DE HOYOS

SACERDOTIS PROFESSI E SOCIETATE IESU.

Cum per obitum cl.me. Eminentissimi Domini Cardinalis Hieronymi Mariae Gotti, qui nominatus fuerat Causae Beatifi-

cationis et Canonizationis Servi Dei Bernardi de Hoyos ([1]), Sacerdotis Professi e Societate Iesu, haec Causa suo orbata sit Cardinali Ponente ([2]), Rev.mus P. Carolus Miccinelli, Postulator Generalis Societatis Iesu, a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI humillime petiit ut eligere dignaretur tamquam Relatorem seu Ponentem praedictae Causae alium ex Eminentissimis Cardinalibus Sacris tuendis Ritibus praepositis. Sanctitas porro Sua, has preces a R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, relatas benigne excipiens, E.mum ac Re.mum D. Petrum Cardinalem Segura y Sáenz in eiusdem Causae Relatorem seu Ponentem cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis eligere ac nominare dignata est.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 18 Ian. 1933.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

([1]) Servus Dei P. Bernardus Franciscus de Hoyos, apostolus devotionis SS. Cordis Iesu in Hispania, obiit die 29 nov. 1735, aetatis anno 25 nondum expleto, dum tertiam probationem perageret: itaque, quod vocetur « sacerdos *professus* », secundum stylum Sacrae Congregationis hoc unum significat, eum non esse novitium.

([2]) Em. Card. Gotti, quo Ponente Introductio Causae die 11 febr. 1914 habita erat, obiit die 19 mart. 1916; post ipsum revera Cardinalem Ponentem huius Causae egit Em. Card. Antonius Vico, Sacrae Rituum Congregationis Praefectus († 25 febr. 1929), sed cum post decretum de non cultu (12 dec. 1917) tota Causa Romae quieverit, de « ponentia » Cardinalis Vico vix constitit. Nunc vero, recurrente secundo centenario praecipuae manifestationis SS. Cordis Iesu Patri de Hoyos factae, novus Causae impulsus dari coeptus est: Processus apostolici in Hispania ante aliquot annos confecti transcribuntur et paratur « positio » quam vocant, seu ampla relatio etc. pro examine Sectionis Historicae, quod in hoc casu virtutum discussionem praecedere debet.

24. **20 maii 1933.**

Peculiares interpretes conceduntur pro versione processus in causis Servi Dei P. Iacobi Berthieu et Servae Dei Victoriae Rasoamanarivo. — Rescript. S. C. Rit.

VICARIATUS APOSTOLICI TANANARIVEN.

BEATIFICATIONIS ET DECLARATIONIS MARTYRII

SERVI DEI

IACOBI BERTHIEU

SAC. E SOC. IESU

ET

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVAE DEI

VICTORIAE RASOAMANARIVO

VIDUAE.

Cum in Vicariatu Apostolico Tananariven. Processus Ordinarii construantur super asserto martyrio Servi Dei Iacobi Berthieu Sac. S. I. (1), et super fama sanctitatis, virtutum et miracolorum Servae Dei Victoriae Rasoamanarivo (2), Rev.mus P. Carolus Miccinelli, harum Causarum Postulator, a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI facultatem petiit, qua ipse Vicarius Apostolicus

(1) *P. Iacobus Berthieu* (Prov. Tolos.) occisus fuit apud vicum Ambiatibé in insula Madagascar die 8 iunii 1896. Nuper, curante potissimum P. Hadriano Boudou, Causae Vicepostulatore, iuridicae inquisitiones de martyrio et causa martyrii inchoatae sunt.

(2) *Victoria Rasoamanarivo* est « magna illa christiana, quae (ut dixit Pater Noster in adhortatione I ad Congregationem Procuratorum die 27 sept. 1933) laboriosa nostrae Madecassensis Missionis initia materno fovit amore ». Obiit magna cum sanctitatis fama sub finem saeculi praeteriti; eius Causa Nostrorum cura promovetur.

Tananariven. (1) eligere ac deputare possit interpretes et revisores qui dictos processus e lingua malgascica in linguam latinam vel aliam a S. R. C. admissam vertant atque versionem rite perpendant. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum specialiter sibi tributarum a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI, petitam facultatem Vicario Apostolico Tananarivensi concedit ad effectum de quo agitur pro utroque processu. Servatis, his in rebus, omnibus de cetero iure servandis, praesertim iuramento de secreto servando et de munere fideliter adimplendo atque postea adimpleto.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 20 maii 1933.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

25. **6 iunio 1933.**

Decretum aperitionis processiculi « diligentiarum » super scriptis Servi Dei Iacobi Rem (2). — Rescript S. C. Rit.

EISTETTEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

P. IACOBI REM

SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

Quum in Actis Sacrorum Rituum Congregationis clausus sigillisque munitus reperiatur Processiculus *Diligentiarum* super scriptis Servi Dei P. Iacobi Rem, sacerdotis professi e Societate

(1) Exc. ac RR. DD. Stephanus Fourcadier S. I. (Prov. Tolos.).

(2) *P. Iacobus Rem,* Bregenz in Rhaetia anno 1546 ortus, Societatem ingressus Romae anno 1566, connovitius fuit S. Stanislai; in Germaniam reversus, per 49 annos subpraefectum disciplinae egit in variis Collegiis, Congregationes Marianas ingenti cum fructu ubique constituens. Obiit Ingolstadii magna cum sanctitatis fama die 12 oct. 1618. Eius beatificationis Causa diutius desiderata, tandem anno 1931 inchoata est, curante potissimum P. Ioanne Bapt. Metzler (Prov. Germ. Sup.), qui huius Causae Vicepostulator renuntiatus est.

Iesu, in Curia Eistettensi confectus [1], Rev.mus P. Carolus Miccinelli, eiusdem Societatis Iesu Postulator Generalis, Sanctissimum Dominum Pium Papam XI enixe rogavit, ut ad eiusdem Processiculi aperitionem rite deveniri queat. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab Ipso Sanctissimo Domino Nostro tributarum, benigne annuit pro gratia iuxta

---

[1] Anno praeterito a tribunali Ordinarii Eystettensis editum fuerat decretum de scriptis Patris Rem inquirendis et tradendis. Cum forte non ad omnes quorum intererat illud decretum perlatum sit, hic illud exscribendum esse visum est:

CONRADUS DE PREYSING

EPISCOPUS EYSTETTENSIS

CLERO AC OMNIBUS FIDELIBUS DIOECESIS.

Quum ad normam sacrorum Canonum colligenda sint scripta omnia, quae Servo Dei Iacobo Rem S. I. tribuuntur, praesenti decreto praecipimus omnibus et singulis, qui retinent scripta praefati Servi Dei, sive inedita sive typis impressa, sermones, epistolas, diaria, autobiographias, quidquid denique vel ipse per se vel aliena manu exaraverit, ut intra spatium trium mensium a die 1 Decembris computandum, sub debitis poenis et etiam comminatione censurarum Nobis ea tradere teneantur. Qui vero sciverit ea ipsa scripta ab aliis retineri, hos penes Episcopalem Curiam denunciet, ut opportuno tempore deponant in forma iuris, quidquid de re sciant. Qui vero, pietatis gratia erga Dei Servum, autographa apud se retinere cupiunt, horum exemplaria authentica poterunt exhibere.

Demum ad normam can. 2023 Christifideles omnes tenentur ea in Nostram notitiam perferre, quae contra virtutem aut miracula Servi Dei facere ipsis videantur, et nisi iam tamquam testes se inductos sciverint, dare ad Nos litteras debent, quibus, an aliquod factum peculiare aperiendum cognoscant et quodnam illud sit, breviter exponant.

Mandamus denique, ut praesens Decretum in omnibus domibus Societatis Iesu, quae in Provinciis Germaniae et Austriae necnon in Provincia Romana sitae sunt, affixum maneat loco visibili spatio duorum mensium a die receptionis computando.

Datum Eystadii, die 30 Novembris 1932.

† CONRADUS
Episcopus Eystettensis.

preces, servatis tamen omnibus de iure, stylo et consuetudine servandis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 6 iunii 1933.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*
A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

26. **17 iunii 1933.**

Conceditur ut in causa Ven. P. Iuliani Maunoir processus apostolicus institui possit etiam super novo miraculo, quod fertur, praeter alia tria de quibus iam sacrum tribunal inquirere poterat. — Rescript. S. C. Rit.

CORISOPITEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN.

IULIANI MAUNOIR

SAC. PROF. E SOCIETATE IESU (1).

Rev.mus P. Carolus Miccinelli, Postulator Generalis Societatis Iesu, ad pedes Suae Sanctitatis provolutus humiliter petit facultatem qua Ordinarius Corisopitensis (2), iam Litteris Remissorialibus delegatus ad conficiendum Proc. Ap. super tribus miris a Deo patratis, uti fertur, intercedente Ven. P. Iuliano Maunoir Soc. Iesu, valeat iuxta easdem Litteras et servata instructione a

(1) Causa Ven. P. Iuliani Maunoir († 1683), quae ad Congregationem *praeparatoriam* super virtutibus anno 1914 iam pervenerat, dein varias ob causas diu quievit; sed nuper, instantibus cum Nostris Prov. Franciae tum clero et populo Britanniae Minoris, rursus assumpta est et strenue promovetur, curante Vicepostulatore P. Aemilio Le Provost (Prov. Franc.), Corisopitensis Residentiae Superiore.

(2) Exc. ac RR. DD. Adulphus Ivo Dupare, Episc. Corisopitentis (Quimper).

R. P. D. Sanctae Fidei Promotore Generali iam tradita pro constructione supradicti processus, inquisitionem apostolicam facere etiam super alio asserto miro, uti fertur, patrato intercedente eodem Servo Dei.

Sacra porro Congregatio Rituum, attentis expositis, vigore facultatum specialiter sibi tributarum a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI, benigne facultatem facit Exc.mo Ordinario Corisopitensi, procedendi in terminis supracitatarum Remissorialium Litterarum et praefatae instructionis ad constructionem Processus etiam super novo asserto miro.

Servatis tamen novis interrogatoriis huic asserto miro aptatis, a Rev.mo P. D. Sanctae Fidei Promotore Generali conficiendis et apposite tradendis.

Servatis etiam omnibus aliis de cetero servandis de iure.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 17 iunii 1933.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

A. Carinci, *Secretarius.*

27. **21 iunii 1933.**

Novus Cardinalis Ponens seu Relator eligitur in Causa beatificationis Servi Dei P. Ioannis Roothaan. — Rescript. S. C. Rit.

ROMANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

IOANNIS ROOTHAAN

XXI PRAEPOSITI GENERALIS SOCIETATIS IESU.

Cum per obitum cl. me. Bonaventurae Cardinalis Cerretti [1] Causa Servi Dei Ioannis Roothaan, XXI Praepositi Generalis Societatis Iesu, suo Cardinali Ponenti orbata sit, Rev.mus P. Carolus Miccinelli, eiusdem Societatis Postulator Generalis, Sanctis-

(1) Obiit Romae die 8 maii 1933.

simum Dominum Nostrum Pium Papam XI humillime rogavit, ut alterum ex E.mis Patribus Sacris tuendis Ritibus Praepositis, eiusdem Causae Ponentem seu Relatorem deputare dignaretur.

Sanctitas porro Sua, referente R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, E.mum ec Rev.mum Dominum Petrum Cardinalem Segura y Sáenz Causae Servi Dei praelaudati Ponentem seu Relatorem, cum facultatibus necessariis et opportunis, eligere ac deputare dignata est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 21 iunii 1933.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

A. Carinci, *Secretarius.*

II. — PRO PROVINCIIS, DOMIBUS, SODALIBUS.

28. **7 februarii 1933.**

Peculiares Indulgentiae prorogantur ad septennium pro pia Unione « St. Ignatius-Bond » in Domo Exercitiorum Venlonensi (Prov. Neerland.). — Rescript. S. Poenit. Apost.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA.

OFFICIUM DE INDULGENTIIS.

Beatissime Pater,

Die 15 Novembris 1922 pia Unio secessus spiritualis sub titulo « St. Ignatius-Bond », canonice erecta in oratorio principali Domus Exercitiorum, « Manresa » nuncupatae, in civitate Venlonensi dioecesis Ruraemundensis in Hollandia, per Rescriptum N. 2140/22, sequentes indulgentias ad septennium obtinuit:

1° — Plenariam indulgentiam suetis sub conditionibus lucrandam *a*) ab iis qui in piam Unionem inscribuntur, die ingressus vel Dominica immediate subsequenti; *b*) a singulis consociatis, die festo S. Ignatii (31 iulii) vel una ex septem diebus immediate sequentibus.

2° — Plenariam indulgentiam in articulo mortis suetis conditionibus confessionis et Communionis, si fieri potest, sin minus invocatione nominis Iesu et acceptatione mortis de manu Domini.

3° — Indulgentiam 300 dierum, quoties zelatores et zelatrices aliquod pietatis vel caritatis opus iuxta finem Unionis corde contrito exerceant.

Termino vero concessionis iam ab aliquot annis praeterlapso, hodiernus Moderator supra nominatae Unionis ad S. V. pedes humiliter provolutus, enixe petit, ut velit S. V. eandem gratiam olim concessam iterum largiri. — Et Deus, etc.

Die 7 februarii 1933.

Sacra Poenitentiaria Apostolica benigne annuit pro petita prorogatione ad aliud septennium servato tenore concessionis in supplici libello memoratae. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

S. Luzio, *S. P. Regens.*
S. De Angelis, *Substitutus.*

29. **8 februarii 1933.**

Sollemnitas externa de B. Gulielmo Delfaut die 28 ianuarii in Collegio Sarlatensi (Prov. Tolos.) celebranda conceditur ad decennium. — Rescript. S. C. Rit.

SACRA CONGREGATIO RITUUM.

Beatissime Pater,

Rector Collegii Sarlatensis [1] in Provincia Tolosana S. I., ad pedes S. V. provolutus, humiliter sequentia exponit:

Inter Martyres Gallicae eversionis a S. V. die 17 Octobris anni 1927 Beatorum honoribus cumulatos, plures iam sodales Soc. Iesu exstant, quorum festum, iuxta calendarium Soc. Iesu in Gallia, celebratur die 2 Septembris. Inter hos Beatos Martyres iam Soc. Iesu sodales adest B. Guillelmus Antonius Delfaut, qui magisterii munus exercuit in Collegio Sarlatensi, ibique in eodem oratorio et altari, adhuc exstantibus, sacros ordines recepit. Huiusmodi festum optime inservit ad vocationes ecclesiasticas et religiosas fovendas inter alumnos; cum autem die 2 Septembris, uti nunc celebratur, e Collegio absint alumni, aestivarum feriarum causa, orator suppliciter petit ut festum istud, quod in calendario Soc. Iesu venit sub nomine BB. Iacobi Bonnaud, Guillelmi Delfaut et Soc. MM., pro Collegio Sarlatensi in perpetuum transferri possit ad diem 28 Ianuarii, qua die ritu tantum simplici colitur secundo festum S. Agnetis V. et M., et ut in orationibus Missae et Officii nomen B. Guillelmi Delfaut primo loco poni possit.

Et Deus etc.

SOCIETATIS IESU.

Humilibus enixisque precibus Rectoris Collegii Sarlatensis, in Provincia Tolosana Societatis Iesu, Rev.mi P. Procuratoris Generalis ipsius Societatis Iesu commendationis officio communitis, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum, ita benigne indulgere dignata est, ut de Beatis Iacobo Bonnaud, Guilelmo Delfaut et Sociis Martyribus, die 28 Ianuarii celebrari valeat solemnitas externa cum unica Missa solemni seu cantata et altera lecta propriis et approbatis; dummodo non occurrat duplex I vel II classis et serventur Rubricae. Valituro praesenti Indulto ad proximum decennium. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 8 Februarii 1933.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praef.*
A. Carinci, *Secretarius.*

---

(1) R. P. Paulus Marty.

30. **16 martii 1933.**

Alterum Pontificium Seminarium Regionale Calabrum Rhegii mox aperiendum Societati committitur (1). — Epist. Card. Praef. S. C. de Semin. et Stud. Univ.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDOCHOWSKI

PRAEPOSITUM GENERALEM SOC. IESU.

Roma, 16 Marzo 1933.

REV.MO PADRE GENERALE,

Nell'udienza di martedì p. p. riferii al Santo Padre intorno alla *spontanea* domanda fatta a V. P. Rev.ma da S. E. Rev.ma l'Arcivescovo di Reggio Calabria (2), a nome altresì degli Ecc.mi Suoi Confratelli, per ottenere che la direzione del secondo Seminario Regionale Calabro sia altresì assunta dai RR. Padri della Compagnia, e lessi la Sua *consolantissima risposta*. Sua Santità prese atto con paterno compiacimento dell'*Uno* e dell'*Altro* e mi diede l'ordine graditissimo di manifestarlo a V. P. perchè, con la Sua Benedizione, potesse fin d'ora pensare *a fare tutto quello che è in suo potere* per corrispondere al desiderio della stessa Santità Sua e degli Ecc.mi Ordinari della Calabria.

Del resto il provvedimento s'impone per la necessaria uniformità di Direzione (3).

Con venerazione profonda e con riconoscenza mi confermo di V. P. Rev.ma

devotissimo
GAETANO Card. BISLETI
Prefetto.

---

(1) Provinciae Neapolitanae.

(2) Is est Exc. ac RR. DD. Carmelus Pujia.

(3) Ab aliquot annis iam Societati (Prov. Neapol.) commissum est Pontificium Seminarium Regionale Catacense (*Catanzaro*) pro tota Calabria, quod cursus theologicos et philosophicos huc usque complectebatur. Nunc ibi manent soli auditores theologiae; auditores vero philosophiae in novum Seminarium Rheginum deinceps se conferent.

31. **20 aprilis 1933**

Viceprovinciae Brasiliae Centralis conceditur festum B. M. V. Matris Boni Consilii. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Quum in Provincia Brasiliae Centralis Societatis Iesu Beata Maria Virgo sub titulo Matris Boni Consilii constituta sit Patrona totius eiusdem Provinciae, eiusque Imago ab Italia lata iam inde ab initio Missionis magna colatur veneratione praesertim in Collegio Paulopolitano S. Aloisii, hodiernus Praepositus supradictae Provinciae [1] Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papa XI enixe adprecatus est ut in universa Provincia religiosa Brasiliae [Centralis] facultas fieret celebrandi quotannis festum Beatae Mariae Virginis Matris Boni Consilii. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab ipso Sanctissimo Domino Nostro tributis, attentis superius expositis Re.mi P. Procuratoris Generalis Societatis Iesu commendationis officio communitis, indulsit ut festum Beatae Mariae Virginis de Bono Consilio Kalendario ac Proprio in usum Provinciae Brasiliae [Centralis] inseri valeret una cum Officio ac Missa pro aliquibus locis propriis et approbatis ad diem 26 Aprilis sub ritu duplici maiori. Servatis Rubricis: contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 20 Aprilis 1933.

L. ✠ S.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praef.*
A. Carinci, *Secretarius.*

32. **20 aprilis 1933.**

Provinciae Neerlandicae conceditur festum S. Liduinae Virginis. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Quum B. Liduina Virgo in tota Hollandiae ditione summa cum religione colatur utpote in Neerlandiae regionibus nata et educata, hodiernus Praepositus Provincialis Societatis Iesu in Hollandia [2], ad uniformitatem cultus obtinendam erga praedictam Sanctam, San-

---

(1) R. P. Marcellus Renaud.
(2) R. P. Henricus Keijsers.

ctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XI enixe adprecatus est ut in Kalendario ac Proprio Societatis Iesu in usu praedictae Provinciae ad diem 14 Aprilis quotannis assignare valeret festum B. Liduinae V. sub ritu duplici secundae classis. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab ipso Sanctissimo Domino Nostro tributis, attentis expositis peculiaribus adiunctis R. P. Procuratoris Generalis Societatis Iesu commendationis officio communitis, in omnibus annuit pro gratia iuxta preces servatis Rubricis et Decretis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 20 Aprilis 1933.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praef.*
A. Carinci, *Secretarius.*

33. **27 maii 1933.**

ALLOCUTIO SUMMI PONTIFICIS

AD QUOSDAM SUPERIORES REGULARES

NOSTRARUM MISSIONUM (1).

Sabato sera, 27 maggio 1933, il Santo Padre si degnò ammettere in udienza speciale nella Sala del Tronetto un piccolo ma notevole gruppo di 12 Padri Gesuiti, che venivano presentati a Sua Santità dallo stesso Padre Generale, Rev.mo P. Wlodimiro Ledóchowski. Erano tutti Superiori regolari di Missioni affidate alla Compagnia di Gesù: 7 dell'India, 3 dell'Africa, 1 del Brasile e 1 dell'Oceania, convenuti in Roma per la prescritta triennale relazione da farsi al Generale dell'Ordine sull'andamento interno delle singole Missioni; ed avevano pure avuto la consolazione di assistere la domenica 21 maggio alla beatificazione del Ven. P. Giuseppe Pignatelli; quelli dell'India poi avevano anche preso quest'occasione per fare un fraterno convegno, in cui trattarono di varie questioni comuni a tutte le Missioni Indiane (2).

Da tutto questo si comprende come la vista di un tale gruppo di venerandi Missionari sia stato di grande consolazione al Santo Padre, il quale, dopo averli passati in rassegna dando a ciascuno a

(1) Ex ephem. *L'Osservatore Romano*, 29-30 maii 1933.
(2) Cfr. *Memorab. S. I.*, vol. IV, fasc. VIII, 30 oct. 1933, pag. 511.

baciare l'Anello, volle rivolgere ad essi un breve ma appropriato discorso. Prendendo lo spunto dal rilievo fatto dal Rev.mo Padre Generale, che cioè quei Padri Superiori di Missioni rappresentavano ben 80 milioni di anime affidate alle loro cure, di cui però soltanto un milione circa sono cattolici, Sua Santità cominciò con paterna mestizia a dire essere ben doloroso il pensiero che ci siano tante anime ancora sedenti nelle tenebre di morte, quali sono quelle dell'ignoranza di Dio e di Gesù Cristo; ma poi, rianimandosi, aggiungeva essere nello stesso tempo assai consolante che vi siano pure tanti cuori generosi che si occupano della salute di queste anime, « come fate voi — diceva il Santo Padre — in tutte coteste Missioni che qui rappresentate, sparse per tutto il mondo ».

« E veramente, — continuava Sua Santità — è una grande visione quella che Ci si presenta nel rimirarvi; Ci par di vedere tutti quei vasti campi del vostro lavoro, tutte coteste Missioni quasi incorporate in voi, per le quali voi, in mezzo alle difficoltà, alle avversità di ogni genere, con tanto zelo lavorate. Nel contemplare in ispirito questa visione di bene, vi benediciamo, con tanto maggiore effusione in quanto che siamo nell'Anno Santo della Redenzione: poichè il lavoro missionario non è altro che un portare alle anime, a ciascun'anima, i frutti della Redenzione ».

E qui il Santo Padre pregava, anzi voleva, che i Padri presenti facessero pervenire questa Sua benedizione anche a tutti quelli per i quali lavorano, e particolarmente a tutti quelli che in qualunque modo cooperano con loro a questa grande opera di apostolato; e la facessero pervenire come segno e pegno della Sua specialissima benevolenza e della Sua gratitudine. « Sì, — diceva Sua Santità — anche nella Nostra gratitudine, perchè dobbiamo considerare come fatto a Noi tutto ciò che voi fate a ciascuna di quelle anime, a ciascuno di quei Nostri figli ».

In fine il Santo Padre dichiarò di voler benedire tutti quelli che essi portavano nella loro mente e nel loro cuore. E impartita la benedizione, si avviò a recare simile conforto ai numerosi pellegrini che gremivano le seguenti sale.

Latina interpretatio allocutionis Pontificiae:

Cum Pater Generalis, postquam singulos Superiores Sanctitati Suae indicasset, diceret illos octingenties centena millia animarum (80.000.000) repraesentare, quarum tamen tantum decies centena millia (1.000.000) essent catholici, Beatissimus Pater, eos alloqui aggrediens, maestus animadvertit lugendum profecto esse quod tot animae in umbra mortis, id est in plena de Deo et Iesu Christo ignorantia, adhuc sederent; at dein,

quasi nova spe erectus, addidit magnum simul adesse solatium in hoc quod tot etiam essent generosa corda de illarum animarum salute adeo sollicita, quemadmodum ipsi facerent, qui tot Missiones per orbem terrarum dispersas illic repraesentarent.

Et sane, magnam Sibi aiebat Sanctus Pater exhiberi visionem dum illos cerneret; Sibi enim cernere videbatur omnes illos eosque latissimos ipsorum laborum campos, omnes illas Missiones in ipsarum Superioribus coram Se adstantibus veluti incorporatas, pro quibus ipsi, mediis in difficultatibus rebusque undequaque adversis, tam studiose laborarent. Hanc magnam tanti boni visionem in spiritu contemplatus, ad ipsis benedicendum eo vehementius Se moveri aiebat, quod in Anno christianae Redemptioni recolendae sacro id fieri contingeret: nihil enim aliud esse Missionariorum laborem, quam Redemptionis fructus ad animas, ad singulas animas deferre.

Ipsos igitur Patres Superiores rogabat Sanctitas Sua, immo iubebat, ut illam Suam benedictionem perferendam curarent etiam ad omnes pro quibus laborarent, ad omnes potissimum qui quocumque modo cum ipsis ad tam magnam apostolatus operam cooperarentur; eamque perferrent tamquam pignus benevolentiae omnino singularis Summi Pontificis Eiusque grati animi signum. « Utique, — ait Sanctus Pater, — etiam tamquam signum Nostri grati animi; nam Nobis ipsis factum autumare debemus, quidquid facitis in bonum uniuscuiusque ex illis animabus, uniuscuiusque ex illis filiis Nostris ».

Demum Beatissimus Pater omnibus qui aderant eorumque intentionibus etc. peramanter benedixit.

34. **30 maii 1933.**

Conceditur facultas erigendi Novitiatum in urbe Tokio (Miss. Iapon., Prov. Germ. Inf.). — Rescript. S. C. de Relig. [1].

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS.

Beatissime Pater,

Superior Regularis Missionis Iaponicae Societatis Iesu, ad pedes S. V. provolutus, humiliter petit facultatem aperiendi Novitiatum in civ. Tokiensi, in parte Collegii eiusdem Societatis Iesu iam ibidem canonice erecti, a reliqua separata.

Et Deus etc.

---

(1) Quamquam huiusmodi Rescripta plerumque in *Actis Romanis* edi non solent, cum tamen agatur de Novitiatu erigendo in Missione, quae Societati profecto carissima semper fuit, visum est hoc documentum ad

Vigore facultatum a SS.mo Domino Nostro concessarum, S. Congregatio negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, audito voto Rev.mi Procuratoris Gen.lis, Rev.mo Praeposito Gen.li benigne facultatem tribuit deveniendi ad canonicam erectionem Novitiatus iuxta preces, dummodo omnia habeantur, quae de iure requiruntur ad formam sacrorum Canonum 554 et 564 C. I. C.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, die 30 Maii 1933.

VINC. LA PUMA, *Secretarius*.
I. MANCINI, *Adiutor a studiis*.

35. **6 iulii 1933.**

Facultates prorsus speciales pro celebratione Missae conceduntur duobus Nostris captivis in Sinis (1). — Rescript. S. C. de Propag. Fide.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE.

BEATISSIME PATER,

Praepositus Generalis Societatis Iesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, petit pro sacerdotibus Soc. Iesu P. Avito Gutiérrez et P. Thoma Esteban, quousque in captivitate communistarum in Sinis detinebuntur, facultatem celebrandi aliquoties in anno Missam votivam de B. M. V. sine vestibus sacris et sola stola induti, sine luminaribus et sine vasis sacris, cum una tantum minima mappa et parvo purificatorio, et cum parvo vase, quod Sinenses pro vino uti solent; itemque petit ut uti valeant pane non fermentato aut fermentato ex farina tritici modo sinensi cocta.

Et Deus etc.

---

gratam memoriam in *Actis Romanis* servare. — Similis facultas hoc ipso anno 1933, die 14 martii, data fuerat pro erigendo Novitiatu in Missione Calicutensi (Prov. Ven.) prope ipsam urbem Calicut; item, paulo ante, pro erigendo Novitiatu in Missione Calcuttensi-Ranchensi (Prov. Belg.) prope pagum Hazaribagh.

(1) P. Avitus Gutiérrez, e Miss. Ankinensi (Prov. Legion.), captivus est inde a mense aprili 1930: P. Thomas Esteban, e Miss. Wuhu (Prov. Castell.), inde a die 17 dec. 1931.

Ex Audientia Sanctissimi habita die 6 iulii 1933.

SS.mus D. N. PIUS Div. Prov. Papa XI, attentis expositis, benigne annuit pro gratia iuxta preces [1]

Datum Romae, ex Aedibus S. Congr. de Propaganda Fide, die et anno quibus supra.

† CAROLUS SALOTTI
Archiep. tit. Philippop.
Secretarius.

---

[1] Hoc Rescriptum comitabantur peculiares litterae a Praefecto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide eiusque Secretario subscriptae, quae hic exscribendae visae sunt:

Roma, 10 Luglio 1933.

REVERENDISSIMO PADRE,

Mi reco a premura rimettere, accluso alla presente, il Rescritto con cui si concede da Sua Santità la grazia da Lei richiesta per i Padri Avito Gutiérrez e Tommaso Esteban che da tanto tempo giacciono nella terribile prigionia dei comunisti cinesi.

L'Augusto Pontefice si è interessato vivamente della sorte di questi mirabili confessori della fede e impartisce loro una specialissima benedizione, invocando prossima l'ora della loro liberazione.

Questa Sacra Congregazione aggiunge i suoi fervidi voti a quelli del Santo Padre, mentre implora dal Cielo speciali aiuti pei prigionieri che valgano a confortarli e salvarli.

Con sensi di profondo ossequio godo raffermarmi

di Vostra Paternità Reverendissima
devotissimo servo
P. Card. FUMASONI-BIONDI, *Prefetto.*
† CARLO SALOTTI
Arc. tit. di Filippopoli
Segretario.

Al Rev.mo Padre
P. Wlodimiro Ledóchowski
Prep. Gen. d. C. d. G.

36. **31 iulii 1933.**

Decernitur quibus diebus Vexillum Pontificium in aedibus Curiae Societatis exponi debeat [1]. — Epist. Substit. Secret. Stat.

AD SUPERIOREM DOMUS CURIAE GENERALITIAE S. I.

Dal Vaticano, 31 Luglio 1933.

REVERENDISSIMO PADRE,

In ossequio alle venerate disposizioni di Sua Santità, mi pregio comunicarLe il qui unito elenco dei giorni nei quali deve essere esposta la Bandiera Pontificia sopra gli edifici estraterritoriali della Santa Sede.

In pari tempo La prego di voler disporre, per quanto riguarda la Sua competenza, che in tali giorni tale Bandiera venga affissa su cotesto Palazzo.

Con sensi di sincera e distinta stima mi confermo

dev.mo
A. OTTAVIANI
Sostituto Segret. di Stato di S. S.

---

1. - Anniversario dell'elezione di Sua Santità.
2. - Anniversario dell'Incoronazione di Sua Santità.
3. - Anniversario della Conciliazione (11 Febbraio).
4. - Onomastico di Sua Santità.
5. - Genetliaco di Sua Santità.
6. - Festa di Pasqua.
7. - Festa di Pentecoste.
8. - Festa di Natale.
9. - Festa del « Corpus Domini ».
10. - Festa dei SS. Pietro e Paolo (29 Giugno).
11. - Concistoro Pubblico.

[1] Nostra Domus, secundum Conventiones Lateranenses, inter aedificia, quae « extraterritorialitatis » iuribus gaudent, annumeratur, sub titulo « Immobili della Santa Sede sul Gianicolo ».

12. - Beatificazione.
13. - Canonizzazione.
14. - Apertura e Chiusura della Porta Santa.
15. - Anniversario dell'ultimo Papa defunto.
16. - Giorno in cui il Santo Padre visita l'edificio estraterritoriale.
17. - Giorno in cui esce per Roma in forma ufficiale.

37. **3 octobris 1933.**

Conceditur Missioni Goanae (*Prov. Lusit.*) *festum liturgicum Translationis S. Francisci Xaverii.* — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Ad uniformitatem servandam cum clero saeculari Archidioeceseos Goanae, et ad Missionariorum corda erga Sanctum Franciscum Xaverium inflammanda, ut uberiores fructus ex verbi ministerio habeantur, Superior regularis Missionis Goanae Societatis Iesu (1) Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XI enixe rogavit, ut universa Missio sibi concredita quotannis, die 3 Aprilis, celebrare valeat festum Translationis Sancti Francisci Xaverii, eodem ritu iisdemque Missa et Officio quibus Archidioecesis Goana illud recolit. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab Ipso Sanctissimo Domino Nostro tributarum, attentis expositis et Rev.mi P. Procuratoris Generalis commendationis officio, benigne annuit pro gratia iuxta preces; servatis de cetero Rubricis aliisque de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 3 octobris 1933.

L. ✠ S. HENRICUS DANTE, *Subsecretarius.*
SILVERIUS MATTEI, *Officialis.*

---

(1) R. P. Iosephus Pereira Dias.

38. **13 octobris 1933.**

Approbatur decretum Exc.mi Ordinarii Pinskensis quo antiquum Collegium Pinskense restituitur Societati (Prov. Polon. Mai. et Maz.) — Rescript. S. C. Concilii.

SACRA CONGREGATIO CONCILII.

Beatissime Pater,

Ordinarius Pinsken. (1) ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus exponit suum Predecessorem (2) die 17 martii 1932 decretum cessionis Collegii Pinskensis, quod olim erat Patrum S. I. et post immane bellum derelictum remanserat (3), favore ipsorum Patrum S. I. edidisse.

Cum autem Orator ad exitum perducere velit quae suus Praedecessor perficere non potuit (4), annuentibus Patribus S. I., Sanctitatem Vestram enixis precibus rogat, ut supra memoratum decretum cessionis Collegii Pinskensis una cum certis quibusdam immobilibus Societati Iesu suprema Sua actoritate approbare et confirmare dignetur. Capitulum votum suum favorabile dedit.

Et Deus etc.

Sacra Congregatio Concilii, attentis expositis, Ordinario Pinsken. benigne gratiam iuxta preces impertita est.

Datum Romae die 19 octobris 1933.

Iulius Card. Serafini
Praefectus.

L. ✠ S.

S. Fagiolo, *Subsecretarius.*

---

(1) Exc. ac RR. DD. Casimirus Bukraba.

(2) Is erat Exc. ac RR. DD. Sigismundus Loziński.

(3) Collegium hoc cum annexo magnifico templo olim Societati exstruxerat Albertus Stanislaus Radzivill, princeps Lithuaniae, annis 1632 et sequentibus; in eo annis 1643-1648 degit B. Andreas Bobola, cuius etiam sacrum corpus in huius Collegii ecclesia usque ad annum 1808 custoditum fuit. Ab anno 1793 usque ad annum 1915 a monachis schismaticis Collegium et ecclesia occupata erant, donec, restituta Polonia, anno 1918 Collegium cum ecclesia et omnibus bonis tradita sunt Rev. D. Casimiro Bukraba, tunc Decano Pinskensi, qui eorum administrationem, approbante Episcopo, Societati commisit. Episcopus dein ipse renuntiatus, pro suo erga Societatem amore, rem inchoatam firmiore ratione munifice complevit, ut ex Rescripto apparet.

(4) Obiit die 26 mart. 1932.

39. **8 novembris 1933.**

Festum liturgicum Protomartyrum Romanorum conceditur Provinciae Romanae. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Praepositus Provinciae Romanae Societatis Iesu (1), ad pedes S. S. provolutus humiliter petiit ut universa Provincia Romana S. I. quotannis die 27 Iunii, quae dies in Calendario S. I. libera est, celebrare valeret festum SS. Protomartyrum Romanorum, eodem ritu iisdemque Missa et Officio, quibus Clerus Urbanus illud recolit (2), ad uniformitatem cum ipso Clero servandam et ad honorem ipsorum Martyrum, qui primi Romae sanguinem suum pro Christi fide fuderunt. Sacra porro Congregatio Rituum, attentis expositis, a Rev.mo Procuratore Generali S. I. commendatis, utendo facultatibus specialiter sibi tributis a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, benigne petitam facultatem concessit. Rubricis servatis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 8 Novembris 1933.

L. ✠ S.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praef.*
A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

40. **8 novembris 1933.**

Festum SS. MM. Canado-Americanorum elevatur ad ritum duplicis II classis pro Provincia Franciae. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Praepositus Provinciae Franciae S. I. (3), ad pedes Suae Sanctitatis provolutus humiliter petiit ut festum SS. MM. Canado-Americanorum Ioannis de Brébeuf et Soc. e S. I. ad ritum duplicis II classis eveheretur pro universa Provincia, in cuius territorio fere omnes ortum habuerunt (4) et cuius nuperrime peculiares Patroni constituti

(1) R. P. Adulfus Mariotti.

(2) Id est: Ritu dupl. II class., Missa et Officio propriis.

(3) R. P. Arsenius Lambert.

(4) Id est: omnes praeter S. Natalem Chabanel, qui ad Provinciam Tolosanam pertinet.

sunt ex desiderio Patrum congregatorum ad conventum triennalem. Sacra porro Congregatio Rituum, attentis expositis peculiaribus adiunctis, commendatis a Rev.mo P. Procuratore Generali S. I., utendo facultatibus specialiter sibi tributis a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, benigne annuit pro gratia ut in praefata Provincia S. I. festum SS. MM. Ioannis de Brébeuf et Soc. recoli valeret sub ritu duplici II classis. Servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 8 Novembris 1933.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praef.*

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

41. **9 novembris 1933.**

Conceditur ut in Hispania triduum sollemne B. Iosephi Pignatelli celebrari possit etiam in alienis ecclesiis. — Rescript. S. C. Rit.

SACRA RITUUM CONGREGATIO.

Beatissime Pater,

Procurator Generalis Societatis Iesu ad pedes S. V. provolutus, humillime exponit quod ob temporum iniurias in Hispania impossibile evadit ut in templis ipsius Societatis celebrari possint triduana sollemnia in honorem novensilis Beati Iosephi Pignatelli Confessoris. Quapropter Orator suppliciter petit ut in Hispania praedicta triduana sollemnia celebrari possint etiam in aliis ecclesiis.

Et Deus etc.

SOCIETATIS IESU.

Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum, petitum Indultum pro triduanis festivitatibus, diebus a Superiore respectivae domus rite statuendis, in honorem Beati Iosephi Pignatelli, Confessoris e Societate Iesu, in Ecclesiis et in publicis Oratoriis ab Ordinario designandis, cum privilegiis Missae de eodem Beato et Indulgentiae Plenariae et Partialis in forma Ecclesiae consueta lucrandae benigne concessit, servatis Rubricis aliisque servandis una cum Instructione

Sacrae Rituum Congregationis huic Rescripto adiecta [1]. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 9 Novembris 1933.

C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praef.*
A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

42. **13 decembris 1933.**

Patribus Viceprov. Rumaenicae (Prov. Polon. Min.) conceditur facultas Sacrum celebrandi in antimensiis Graecorum. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Hodiernus Praepositus Viceprovinciae Rumaenicae Societatis Iesu [2] Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI humillime exposuit maiorem partem territorii Viceprovinciae Rumaenicae occupare eas provincias et loca, quae inhabitant Graeco-catholici. Hinc exsurgit saepe necessitas, sicuti in Polonia res obtinet, celebrandi Sacrum in antimensiis Graecorum, praesertim in itineribus. Quare Orator ab eodem Sanctissimo Domino Nostro instanter petiit facultatem ut omnes sacerdotes Societatis Iesu ritus latini in territorio Viceprovinciae Rumaenicae, cum necessitas tulerit, celebrare possint in antimensiis Graecorum. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab ipso Sanctissimo Domino Nostro tributarum, attentis superius expositis, Rev.mi P. Procuratoris Generalis Societatis Iesu commendationis officio communitis, benigne annuit pro gratia iuxta preces ad proximum quinquennium, sed tantum in casu necessitatis. Servatis Rubricis et Decretis: contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 13 Decembris 1933.

ALFONSUS CARINCI, *S. R. C. Secret.*
HENRICUS DANTE, *Substitutus.*

---

(1) V. supra, pag. 322, nota 1.
(2) R. P. Stephanus Jakubek.

Litterae quaedam officiosae vel gratulatoriae.

43. **2 ianuarii 1932 (1).**

De libris « Corso di Religione » a P. Caelestino Testore (Prov. Taurin.) simul cum Rev. Dom. Caesario Borla editis ad usum scholarum Italiae. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD REV. DOM. CAESARIUM BORLA

ARCHIDIOEC. TAURINEN.

REV.MO SIGNORE,

Le bella serie dei 25 volumetti coi quali lo zelo apostolico della S. V. Rev.ma e del Rev. P. Testore vuol degnamente servire la buona causa della istruzione religiosa nelle scuole, è sembrata a Sua Santità cosa veramente meritevole di gratitudine e di lode.

Nel compiere l'augusto mandato, partecipando a V. S. ed al suo collaboratore il sovrano compiacimento, ho il piacere di aggiungere che la Santità Sua forma per questa loro attività i migliori voti e invia di cuore, in pegno di benevolenza e in auspicio della divina assistenza, l'Apostolica Benedizione.

Con sensi di sincera e distinta stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

(1) Serius ad nos perlata est haec epistola, ideoque anno praeterito edi non potuit.

44. **2 februarii 1933.**

De libro « The christian social manifesto » a P. Iosepho Husslein (Prov. Missour.) edito. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. IOSEPHUM C. HUSSLEIN

PROFESSOREM IN UNIV. S. LUDOVICI IN MISSOURI.

Dal Vaticano, 2 Febbraio 1933.

Reverendissimo Padre,

Godo significarLe che l'Augusto Pontefice ha accolto con paterna compiacenza il bel volume « The christian social manifesto » destinato a diffondere, in conformità delle Encicliche « Rerum Novarum » e « Quadragesimo anno », la sana dottrina cattolica in materia economica e sociale.

Augurando al lavoro di raccogliere abbondantemente i frutti di bene ai quali ha mirato lo zelo sacerdotale della P. V. Rev.ma, il Santo Padre La ringrazia dell'omaggio e Le invia di cuore l'Apostolica Benedizione.

Con sensi di sincera stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

45. **9 februarii 1933.**

De obsequiis a Sodalitate Bonae Mortis Buffalensi Summo Pontifici exhibitis. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. IOSEPHUM C. WIECKMANN

E PROV. MARYLAND. - N. E.

Dal Vaticano, die 9 Februarii 1933.

Reverende Pater,

Augustus Pontifex multas tibi rependit gratias, quod nomine adlectorum piae Sodalitati a Bona Morte nuncupatae, pium precum munus et deditissimorum animorum obsequia protulisti. Sanctitati Suae a vobis novisse placuit quonam cum gaudio maximi et extra

ordinem iubilaei indictio istic excepta esset; ac valde Eidem probatum fuit id quod studiose polliciti estis, scilicet velle ad vestram et alienam sanctificationem adipiscendam gratiis quam maxime uti, quas huiusmodi celebratio uberrimas diffundet per orbem.

Quo egregia et digna vota benignus Deus respiciat et caelestem praebens opem perficiat, Beatissimus Pater tibi ac Consociationi universae, cui moderaris, Apostolicam Benedictionem libenter impertit.

Interea qua par est observantia me profiteor

Tibi
addictissimum:
E. Card. PACELLI.

46. **10 februarii 1933.**

De obsequiis a Congregationibus Marianis Missionis Ankinensis (Prov. Legion.) Summo Pontifici exhibitis. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. NARCISSUM ALONSO

MISSIONIS ANKINENSIS SUPERIOREM REGULAREM.

Dal Vaticano, die 10 Februarii 1933.

REVERENDE PATER,

Referre tibi propero Augusti Pontificis gratias, qui libenti sane animo pium precum obsequium excepit a Congregationibus Marialibus istis exhibitum.

Haud parvo enim delectamento Beatissimo Patri fuit pernovisse suaviter istic florem redolere pietatis, qui iuvenum animos egregiis institutis et moribus imbuat et late Christi odorem diffundat.

Summus Pontifex Sodalitati isti adlectos paternis ominibus prosequens Apostolicam Benedictionem eisdem concedit, quae ad potiora incrementa in piis coeptis attingenda divinam operam efficienter conciliet.

Interea qua par est observantia me profiteor

Tibi
addictissimum:
E. Card. PACELLI.

47. **11 februarii 1933.**

De libro « Directorio Protestante de la América Latina ». — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. CAMILLUM CRIVELLI

E PROV. MEXICANA (1).

Dal Vaticano, 11 Febbraio 1933.

Rev.mo Padre,

Ho il piacere di significare a V. P. Rev.ma che il suo libro « Directorio Protestante de la América Latina » — frutto evidentemente di grande e paziente lavoro — è stato accolto dal Santo Padre con la particolare benevolenza riservata alle migliori opere di zelo e di carità cristiana.

Nel compiacersi con V. P. di così nobile fatica, il Santo Padre forma voti che essa riesca largamente fruttuosa ai fini dell'apostolato cristiano; e mentre chiede al Signore per la stessa P. V. e per il suo molteplice lavoro lumi e grazie in copia, Le invia di cuore come pegno di benevolenza l'Apostolica Benedizione.

Mi valgo volentieri dell'opportunità per confermarmi con sensi di sincera e distinta stima

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

(1) Romae degit, in Domo Scriptorum Societatis, rei protestanticae detegendae et refellendae totus addictus.

48. **31 martii 1933.**

De conferentiis anticommunisticis a P. Edmundo A. Walsh (Prov. Maryland. - N. E.) habitis. — Epist. Praesidis Pont. Commiss. pro Russia.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI

PRAEPOSITUM GENERALEM SOC. IESU.

Dal Vaticano, 31 Marzo 1933.

Rev.mo P. Generale,

Mi pregio accusare alla P. V. Rev.ma ricevimento della pregiata lettera in data 17 corr., colla quale Ella riferisce circa l'impressione manifestatale da S. E. Sesostris Sidarouss Pasha, già Ministro Plenipotenziario d'Egitto a Washington, a riguardo dell'attività anticomunista che il Rev. P. Walsh svolge negli Stati Uniti.

La Commissione ben lieta di vedere confermata da un sì alto personaggio l'importanza delle Conferenze del P. Walsh, ha voluto farne cenno al Santo Padre, e Sua Santità nell'Udienza del 24 corr., assai soddisfatto, si è degnato di manifestare l'Augusto compiacimento per la nuova testimonianza avuta sulla attività fattiva del Rev. P. Walsh, al quale invia una speciale benedizione, con auguri pel felice successo della sua attività contro il bolscevismo, tanto pernicioso alla salvezza delle anime.

Tanto mi è grato portare a conoscenza di V. P.; mentre con filiale devoto ossequio mi raffermo

di Vostra P. Rev.ma
Dev.mo e ricon.mo servo in Dno.
† Michele d'Herbigny S. I.
Vesc. tit. di Ilio
Presidente della Pont. Comm. pro Russia.

49. **13 aprilis 1933.**

De variis propositis Apostolatus Orationis in Italia. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. PASCHALEM ALOISI-MASELLA
E PROV. ROMANA
SECRETARIUM NATIONALEM APOST. ORAT. IN ITALIA.

REV.MO PADRE,

Nel « Messaggero del S. Cuore » dedicato alla celebrazione dell'Anno Santo, che la P. V. Rev.ma Gli ha recentemente umiliato, il Santo Padre ha letto iniziative e programmi che sono stati motivo di vivo conforto per l'animo Suo, e per i quali vuole esprimerLe tutta la Sua particolare compiacenza.

Nulla infatti può tornare più gradito al Vicario di Cristo che il vedere un esercito così numeroso e così spiritualmente potente, qual'è quello formato dagli Ascritti all'*Apostolato della Preghiera,* assecondare così docilmente i Suoi Augusti desideri e promettere una generosa cooperazione per il raggiungimento delle alte finalità che Egli ha proposto ai fedeli in questo Anno Giubilare della nostra Redenzione.

E la soddisfazione dell'Augusto Pontefice si accresce quando passa in rassegna i mezzi che codesto Sodalizio consiglia ai suoi Ascritti per applicare più abbondantemente a se stessi ed ai fratelli i frutti dell'opera salvifica di Gesù: una più frequente assistenza alla S. Messa; una assidua partecipazione alla S. Comunione; l'Ora Santa, sempre caldamente promossa dall'*Apostolato della Preghiera;* il pio esercizio della Via Crucis; pratiche queste tanto bene rispondenti al carattere ed allo spirito del grande centenario.

Sua Santità si rallegra pure vivamente per l'altra devota iniziativa di raccogliere, tra i medesimi Ascritti, entro l'Anno Santo, un ricco Tesoro Spirituale da presentare al Santo Padre, affinchè Egli, il Sommo Sacerdote, offrendo a Dio il profumo di tanta pietà e di tanti sacrifici, possa ottenere una più copiosa espiazione delle colpe ed una larga impetrazione di aiuti alle miserie dell'umanità redenta.

Davanti ad un programma così completo di opere sante, al Vicario di Cristo non resta che inculcare ai membri del grande Sodalizio una fervorosa corrispondenza alle iniziative del loro Direttore Nazionale, assicurandoli che sopra di essa il Padre Comune fa molto assegnamento.

Da ultimo Sua Santità riassume questi Suoi augusti sentimenti nella Benedizione Apostolica che imparte di cuore alla P. V., ai membri della Direzione Nazionale ed a tutti gli Ascritti all'Apostolato della Preghiera, per dire insieme la Sua benevolenza, il Suo augurio e la Sua preghiera.

Nel comunicare quanto sopra ho il piacere di confermarmi con sensi di sincera e distinta stima

di V. P. Rev.ma dev.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

50. **5 maii 1933.**

De libro « Pierre Poyet » a P. Alberto Bessières edito. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. ALBERTUM BESSIÈRES

E PROV. TOLOSANA.

Dal Vaticano, le 5 mai 1933.

MON TRÈS RÉVÉREND PÈRE,

Il m'est particulièrement agréable de vous faire connaître le bienveillant accueil que le Souverain Pontife a réservé à la belle biographie que vous avez consacrée à l'apôtre de la Normale Supérieure: « Pierre Poyet ».

Sa Sainteté vous remercie de ce filial hommage avec d'autant plus de reconnaissance que ce travail est toute une lumineuse leçon d'Action Catholique. Formant les voeux les plus ardents pour que cet admirable jeune homme trouve des imitateurs aussi nombreux que zélés pour le salut de leurs frères, le Saint Père envoie avec effusion de coeur pour vous et pour votre apostolat une très spéciale Bénédiction Apostolique.

En vous remerciant de l'exemplaire que vous m'avez destiné et en vous félicitant, à mon tour, de ce bon travail, je saisis volontiers l'occasion pour vous donner, mon très Rév. Père, l'assurance de mon religieux dévouement.

E. Card. PACELLI.

51. **16 maii 1933.**

De obsequiis a Seminario Minore Societatis Vico-Aequensi (Prov. Neapol.) Summo Pontifici exhibitis. - Epist. Card. Secret. Stat. (1).

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOC. IESU.

Rev.mo Padre,

Mi è grato assicurare alla P. V. Rev.ma che il Santo Padre ha ricevuto grande conforto dal delicato omaggio che i piccoli Aspiranti alla Compagnia di Gesù insieme coi loro Superiori e maestri Gli hanno umiliato per il fausto Suo giorno onomastico.

Tale finezza di sentimenti, oltre, a dimostrare la squisita nobiltà a cui si va formando l'animo di questi pii giovinetti, apre ancora liete speranze di un avvenire che non può non essere ricco di frutti e di opere salutari, se tanto vigorosi sono i teneri germi.

Alla effettuazione di tali gioconde speranze cooperi, arra dei doni divini, l'Apostolica Benedizione.

Mi valgo volentieri dell'opportunità per confermarmi con sensi di sincera e distinta stima

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

(1) Cum per illud tempus in illo Seminario Minore Vico-Aequensi Pater Noster degeret ut magni momenti laboribus tranquillius vacaret, instante festo onomastico Summi Pontificis (S. Achillei, 12 maii), ipse Pater Noster spirituales flores ab alumnis colligendos curavit et Beatissimo Patri misit.

52. **22 maii 1933.**

De voluminibus « Katolikus Lexicon » hungarice a P. Adalberto Bangha editis. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. ADALBERTUM BANGHA
E PROV. HUNGARIAE
BUDAPESTINAE RESIDENTIAE SUPERIOREM.

Dal Vaticano, die 22 Maii 1933.

REV.ME PATER,

Quattuor volumina secundae partis auspicatissimi illius Operis, cui titulus « Katolikus Lexicon » libenti animo accepit Augustus Pontifex.

Plurimas igitur de huiusmodi humanitatis officio grates agit Beatissimus Pater, qui peculiaris benevolentiae Suae testem ac caelestium munerum auspicem, Apostolicam Benedictionem tibi et adiutoribus tuis in perutili complendo Opere amanter in Domino impertit.

Ego vero haec tibi renuntians me ea qua par est observantia profiteri gaudeo

Tibi addictissimum:
E. Card. PACELLI.

53. **14 iunii 1933.**

De Marianis Congregationibus in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. DANIELEM A. LORD
E PROV. CHICAGIENSI (1).

Dal Vaticano, die 14 Iunii 1933.

REV.ME PATER,

Mariales ex Foederatis Americae Civitatibus consociationes deditissimum plane erga Communem Patrem ostenderunt animum,

(1) Sancti Ludovici (Prov. Missour.) residet et dirigit periodicum *« Queen's Work »*.

quum nihil sibi magis esse cordi declaraverunt, quam ut Eiusdem Augusti Pontificis optata a Christifidelibus omnibus perficiantur. Quo consilio ducti sodales, in varia pietatis opera coiverunt, utpote qui pro certo habeant quaelibet hominum coepta in irritum prorsus esse cessura nisi caelesti eadem gratia firmentur.

De huiusmodi nuncio Beatissimus Pater magnopere gavisus, de precibus ad mentem Suam habitis, veluti de acceptissimo munere, grates rependit quam plurimas; atque ut in posterum quoque pium hoc sibi impendatur auxilium vehementer exoptat.

Interea benevolentiae Suae testandae divinorumque munerum conciliandorum causa, tibi sodalibusque marialibus universis, quibus praees, Apostolicam Benedictionem effuso animo impertit.

Quod tibi referens ea qua par est observantia me libenter profiteor

Tibi addictissimum:
E. Card. PACELLI.

54. **22 iulii 1933.**

Laudatur « Catholic Medical Mission Board ». — Epist. Card. Secret. Stat. (1).

AD P. EDUARDUM GARESCHE'

E PROV. MISSOURIANA (2).

DEAR REVEREND FATHER,

His Holiness Pope Pius XI has on previous occasions commended and blessed « the good and holy work » which the Catholic Medical Mission Board is doing for our Missionaries the world over. He fully realizes that the help given them in dispensing remedies for the cure of the body, is a most efficacious means for reaching souls and bringing them into the bosom of the one true Church.

It is with great pleasure therefore that the Holy Father this

(1) Similis epistola gratulatoria data est etiam ab Emo. Card. Praefecto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide die 6 aprilis 1933.

(2) Degit tamen Neo-Eboraci, in Prov. Marylandiae - N. E.

week received from the Catholic Medical Mission Board through Your Reverence, five sets of surgical instruments and two medical kits, of the same kind that you have been sending to the Foreign Missions in all parts of the world. A single glance at the large variety of these useful and precious instruments suffices to appreciate their value and the good services which they are destined to render.

While thanking Your Reverence for your thoughtful gift which He will gladly share with some needy Missions, His Holiness is pleased to praise the practical generosity of all who in any way cooperate in this truly missionary activity, and imparts to Your Reverence, to the officers and members of the Catholic Medical Mission Board, and all its benefactors His Paternal Apostolic Benediction.

Yours very sincerely
E. Card. Pacelli.

55. **22 iulii 1933.**

De consociatione « Lega Missionaria Studenti » Romae et per Italiam instituta. — Epist. Card. Praef. S. C. de Propag. Fid.

AD P. IOSEPHUM MASSARUTI
E PROV. ROMANA
FOEDERIS MODERATOREM.

Roma, 22 Luglio 1933.

Reverendissimo Padre,

Ringrazio la P. V. Rev.ma dell'invio dello Statuto della Lega Missionaria Studenti e delle notizie che intorno ad essa mi offre.

La diffusione della Lega in mezzo agli studenti annunziatami nella Sua lettera, fa concepire le più liete speranze, per la unione di tante elette intelligenze e di tanti animi giovanilmente sani nello studio, nella preghiera umile e fiduciosa, nell'ardente propaganda per portare aiuti efficaci ai nostri solerti missionari.

Unisco quindi le lodi e le esortazioni di questa Sacra Congregazione a quelle Auguste del Sommo Pontefice, raccomandando in modo particolare che, in conformità dell'art. 10 dello Statuto dove è detto che « si abbiano prima di tutto in vista le Opere Pontificie »,

i membri della Lega Missionaria Studenti vogliano iscriversi anzitutto all'Opera della Propagazione della Fede.

Benedicendo la P. V. e tutti i Soci della Lega e auspicando maggiori progressi nel Signore, ho il piacere di confermarmi

di Vostra Paternità Rev.ma
devotissimo servo
P. Card. FUMASONI-BIONDI, *Prefetto.*
† CARLO SALOTTI, *Arc. tit. di Filippopoli, Segretario.*

56. **12 augusti 1933.**

De Mariana ludimagistrorum Sodalitate Chyroviensi. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. CAROLUM KROKOSZYNSKI

E PROV. POLONIAE MIN.

SODALITATIS MODERATOREM.

Dal Vaticano, die 12 Augusti 1933.

REV. PATER,

Suavem profecto Augusti Pontificis animo iucunditatem attulerunt ex ista Mariali Sodalitate ludimagistri, quum Eum de observantia sua in Petri cathedram certiorem fecerunt, idque, piorum operum munere misso, confirmarunt.

Beatissimum enim Patrem minime latere potest quanti momenti sit eorum qui sunt puerorum magistri cum inerranti veritatis Magistro consensio. Quamobrem ut de oblato dono gratam profiteatur voluntatem, egregiisque huiusmodi consiliis caeleste adiumentum imploret, Sanctitas Sua cum tibi tum cunctis istius Sodalitatis sociis Apostolicam Benedictionem peramanter impertit.

Haec ego referens eo quo par est obsequio me declaro

Tibi
addictissimum:
E. Card. PACELLI.

57. **28 septembris 1933.**

De quibusdam libris a Pontificio Instituto Biblico editis. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. AUGUSTINUM BEA

PONT. INSTITUTI BIBLICI RECTOREM.

Dal Vaticano, 28 Settembre 1933.

Rev.mo Padre,

Della costante attività dell'Istituto Biblico sono ottimi saggi le pubblicazioni [1] dalla P. V. Rev.ma recentemente umiliate al Santo Padre in filiale omaggio.

Nel ringraziare del dono, Sua Santità è ben lieta di constatare l'indole pratica dei lavori; e mentre con ciascuno degli autori si congratula dell'utile fatica, e col numeroso mondo scolastico dei nuovi sussidi che da codesto centro gli vengono per il miglior progresso nello studio, rinnova di cuore felicitazioni e voti, e invia alla P. V., come altresì ai suoi collaboratori, sul diletto Istituto l'Apostolica Benedizione, auspicio di nuova assistenza divina nell'imminente anno accademico.

Con sensi di distinta stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

---

(1) Erant autem:
U. Holzmeister, *Chronologia Vitae Christi.*
A. Pohl, *Historia populi Israel.*
A. Bea, *De Pentateucho* (Inst. Bibl. II/1). Ed. 2a.

58. **9 octobris 1933.**

De libro P. Ioannis Hrubý (Prov. Cechoslov.) ad vitam domesticam christiane instaurandam. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. IOANNEM HRUBY'

E PROV. CECHOSLOVAKIAE.

Dal Vaticano, die 9 Octobris 1933.

Rev.me Pater,

Est nuper Augusto Pontifici redditum tuo nomine volumen « Štastna pout životem od kolebky ke hrobu ».

Pium opportunumque libri tui propositum sub Christifidelium oculis pontificia documenta ponendi, quae domesticam consortionem ad christianum morem instaurandam spectant, Beatissimo Patri valde probatur, cui est maximopere persuasum catholicam rempublicam non posse florere nisi familiae, quae eidem adnumerantur, Nazarethanam familiam ad aemulandum respiciant.

Gratum igitur tibi animum Suum testandi causa, atque divina munera tibi laboribusque tuis conciliandi gratia, Apostolicam Benedictionem amanter impertit.

Quod tibi referens ea qua par est observantia me libenter profiteor

Tibi
addictissimum:
E. Card. Pacelli.

59. **30 octobris 1933.**

De Instituto Culturae Religiosae Superioris pro laicis in Universitate Gregoriana. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. FERDINANDUM WILLAERT

PONT. UNIVERSITATIS GREGORIANAE RECTOREM.

Dal Vaticano, 30 Ottobre 1933.

Rev.mo Padre,

Compito veramente onorifico e gradito è per me quello di significare alla P. V. Rev.ma la compiacenza con la quale l'Augusto Pontefice ha preso visione della relazione ch'Ella, Rev.mo Padre, insie-

me con il Rev.mo P. Garagnani [1], Gli ha inviato circa il lavoro compiuto dall'Istituto di Cultura Superiore Religiosa durante l'anno accademico testè decorso e circa quello che s'accinge a compiere nell'anno accademico che ora si inizia.

L'Istituto di Cultura Superiore Religiosa, non ultima gloria di cotesta celeberrima Pontificia Università Gregoriana, viene infatti mirabilmente ad integrarne l'attività scientifica, aprendo le sue aule a folte schiere di laici e impartendo loro, con intuito acuto delle loro spirituali necessità, quegli insegnamenti della dottrina cattolica che servono ad un tempo ad illustrare davanti a menti formate secondo l'indole degli studi moderni i tesori della cristiana sapienza e a difendere dagli errori, onde i tempi son pieni, gli spiriti retti ed avidi di verità.

Sua Santità con viva soddisfazione apprende dalla su accennata relazione quali consolanti progressi dimostrino come l'Istituto raggiunga gli ardui e nobili suoi scopi, ed è lieta di sapere che gli sforzi generosi e metodici degli Insegnanti incontrano larga rispondenza nei cattolici romani, così che il numero e la qualità degli uditori aggiungono all'autorità dell'insegnamento plauso meritato e valore particolare.

Ben volentieri pertanto il Santo Padre all'inizio del nuovo anno invia i suoi voti augurali per la continuità e la prosperità di così provvido lavoro e rilevando con piacere come tutto il programma ch'esso si propone sia profondamente e filialmente ispirato a grande devozione verso la Sua Augusta Persona, arride a Lui la speranza che cotesta scuola di cultura cattolica diventi nell'animo degli uditori una scuola di azione cattolica, tale appunto essendo l'augusto Suo desiderio che anche il laicato, cui sia chiara la bellezza della fede, si associ alla gerarchia ecclesiastica per coadiuvarne i compiti di apostolato, e così richiedendo, quasi per virtù sua, la conoscenza della parola evangelica, dal Divino Maestro appunto paragonata a seme fecondo e benefico.

Ed a prova che tali sentimenti sono particolarmente vivi nel Suo cuore, il Santo Padre destina anche quest'anno la somma qui unita (L. 1.800) per la borsa di studio da Lui fondata, e le due medaglie che pure unisco per i migliori fra quanti hanno sostenuto l'esame per il Diploma stabilito a conclusione dei corsi, e con la Sua Benedizione Apostolica, larga ed affettuosa, propizia sulla P. V.

(1) P. Augustinus Garagnani (Prov. Ven.), qui in ipsa Universitate Gregoriana est Praeses huius Instituti Culturae Religiosae Superioris pro laicis et praesertim pro laicis Actioni Catholicae adscriptis.

Rev.ma, sul Rev.mo Preside dell'Istituto, sugli altri Insegnanti, sugli uditori tutti ampie ed elette grazie della Divina Carità.

Ed io, mentre aggiungo le mie personali felicitazioni ed i miei auguri sinceri, mi confermo con sensi di distinta stima

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. Pacelli.

60. **4 novembris 1933.**

De 75° anniversario a Pontificio Collegio Pio Latino Americano in Urbe condito. — Epist. Card. Secret. Sat.

AD R. P. ANGELUM LINUM TOME'

E PROV. ROMANA

PONT. COLLEGII PII LAT. AMER. RECTOREM.

Dal Vaticano, die 4 Novembris 1933.

Reverendissime Pater,

Augustus Pontifex haud parvo cum paterni animi gaudio percepit exeunte hoc mense fore, ut quindecies quintus annus ex quo Conlegium Pium Latinum Americanum conditum fuit maximis celebretur laetitiis. Incensum studium quo Sanctitas Sua te, moderatores et alumnos Instituti huius prosequitur, haud sinit faustum hunc praeterlabi diem, quin vestrae laetitiae particeps debita tribuat praeconia, faustitatis omina promat, acriora addat incitamenta virtuti.

Si diligenti reputentur animo quae et quanta lectissimus hic ager Ecclesiae Domini tulerit, magnae sane gratiarum actiones reddendae sunt Deo, qui eum tanta fructuum ubertate vestivit atque humanis laboribus incrementa tribuens sua virtute perfecit quae ad facienda impulit et adiuvit. Det etiam in posterum bonam ac splendidam frugem campus, qui tantas in se curas cogitationesque convertit atque sacerdotum agmina promens, qui pietate ac divinarum humanarumque scientia spectati religionis commodo apostolico igne incensi provideant, exspectationem Ecclesiae cumulatissime expleat.

Quo autem illustris istius Conlegii dives meritis gloria vigentior ac luculentior in dies virescat, Apostolica Benedictio lumen et robur caelitus flagitat atque tibi, moderatoribus, alumnis istis Augusti Pontificis gratiam et amorem obtestatur.

Interea qua par est observantia me profiteor

Tibi
addictissimum:
E. Card. PACELLI.

61. **4 novembris 1933.**

De quinquagesimo anniversario libelli periodici polonici « Przeglad Powszechny » Cracoviae (Prov. Polon. Min.) editi — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. IOANNEM ROSTWOROWSKI

E PROV. POLON. MAI. ET MAZ.

PERIODICI MODERATOREM.

Dal Vaticano, die 4 Novembris 1933.

REV.ME PATER,

Cum late experiendo sit cognitum « filios tenebrarum » qui, nostris praesertim temporibus, suas in aliorum mentes opiniones inserere studeant, libris potissimum diariisque uti, necessario idcirco fit ut et « filiis lucis », quibus religionis causa cordi sit, iisdem debeant armis instrui. Omni igitur laude ii decorandi sunt, qui, bonorum ephemeridum ope, pervaganti usquequaque malorum diariorum veneno obsistere nitentes, hoc habent propositum sibi scriptiones omne genus, ad Evangelii normam spiritumque informatas, edere. Quam ergo gratulationem Augustus Pontifex commentario isti vestro « Przegląd Powszechny » tribuet, qui annos iam quinquaginta, in publica recti et pravi dimicatione, strenue decertavit reique catholicae nullo non tempore patrocinium suscepit? Eximiam sane atque singularem. Scribendo enim non modo latius religiosas veritates in vulgus disseminastis, sed Ecclesiae quoque Sanctae iura contra fidei osores sedulo tuiti estis, et a Christi Vicario datas normas in dilecta Polonia inlustrando pervulgastis; ex quo quantum legentium animis utilitatis pepereritis pronum est intelligere.

Praestanti igitur huiusmodi operi instetis alacres; suscepta hucusque a vobis incrementa stimulos vobis adiiciant ad uberiora quotidie catholico nomini comparanda lucra. Adest laborantibus vobis Summi Pontificis, sacrorum Antistitum bonorumque omnium gratia atque favor; adest vobis hominum omnium Redemptor, cuius ipsi enixe agitis causam.

Ceterum Beatissimus Pater, de commentarii vestri laetatus natali quinquagesimo, propensam voluntatem Suam cum tibi tum omnibus qui vel operi adlaborarunt vel adlaborant, profitetur, universisque, divinorum munerum auspicem, Apostolicam Benedictionem peramanter impertit.

Quod tibi referens eo quo par est obsequio me libenter declaro

Tibi
addictissimum:
E. Card. PACELLI.

62. **21 novembris 1933.**

De Cruciata Eucharistica in Germania et libello periodico « Der Kreuzritter ». — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. HENRICUM MEISS

E PROV. GERMANIAE INF.

SECRETARIUM NATIONALEM APOST. ORAT. PRO GERMANIA.

Dal Vaticano, den 21. November 1933.

EUER HOCHWÜRDEN!

Es ist allgemein bekannt, welch vorzügliches Werkzeug das « Gebets-Apostolat » immer, zumal aber seit den Dekreten Pius X. glorreichen Andenkens gewesen ist, um die Andacht und Liebe zum eucharistischem Heiland auf dem ganzen Erdenrund zu fördern.

Darum hat der Heilige Vater mit Wohlgefallen vernommen, wie die frühe und häufige hl. Kommunion unter den Kindern und Jugendlichen Deutschlands immer mehr wächst, nicht zuletzt auch durch die von Ew. Hochwürden geleitete Monatsschrift « Der Kreuzritter », die, kaum erschienen, bereits 30.000 Abnehmer zählt.

Der Heilige Vater, der Ihnen zu dem ungewöhnlichen Erfolg innigen Glückwunsch aussprechen lässt, erteilt Ew. Hochwürden und allen deutschen « Kreuzrittern » den Apostolischen Segen in der

frohen Hoffnung, dass jene hervorragende Gruppe des « Gebets-Apostolats », die den Namen « Eucharistischer Kreuzzug » trägt, in ganz Deutschland, von den Kleinen angefangen, aber nicht nur unter diesen, immer mehr blühe, sondern auch unter den Grösseren ihre fruchtbringenden Aeste ausbreite.

Indem ich Ihnen diese Gedanken und Gefühle des Heiligen Vaters zur Kenntnis bringe, füge ich gerne auch meine eigenen Glückwünsche bei und verbleibe

Euer Hochwürden
ergebenster
E. Card. Pacelli.

ACTA PRAEPOSITI GENERALIS

ACTA PRAEPOSITI GENERALIS

I. — PRO SOCIETATE.

63. **8 ianuarii 1933.**

Congregatio generalis de miraculis Ven. P. Iosephi Pignatelli Nostrorum precibus commendatur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Cum in diem 14 proximi mensis februarii indicta sit Sacra Rituum Congregatio *generalis,* coram Summo Pontifice habenda, de duobus miraculis Ven. P. Iosephi Pignatelli, quae proponuntur in ordinem ad eius beatificationem, curet R. V. ut optatus huius Congregationis exitus omnium Nostrorum precibus Sanctisque Sacrificiis impense commendetur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 8 ianuarii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

64. **2 februarii 1933.**

Editio historico-critica nostrarum Constitutionum nuntiatur et commendatur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Novit R. V. iamdiu exspectari a Nostris editionem historico-criticam Constitutionum nostrarum, quae seriem tertiam efficiet Monumentorum Ignatianorum ad *Monumenta Historica Societatis Iesu* pertinentium, ante annos tres ex Hispania in Urbem translata.

Iuvat me R.m V.m certiorem facere posse, opus nunc eo processisse, ut primum volumen prelo iam sit subiectum, alia duo fere absoluta statim post primum, Deo iuvante, secutura sint.

Constabit enim opus tribus tomis, quorum primus Monumenta ipsas Constitutiones praecedentia, secundus textum hispanum, tertius textum latinum continebit.

Inter *Monumenta praecedentia* (quae quidem plurimum conducent ad laborem et conatus tam naturales quam supranaturales S. P. N. Ignatii cognoscendos et aestimandos) multa sunt adhuc inedita, inter haec integra, quae exstat, ephemeris S. Patris Nostri.

Tomus secundus exhibebit quattuor Examinis ac totidem Constitutionum textus (Examinis textus duos, Constitutionum unum prorsus ineditos).

Tomus tertius dabit unicum textum latinum, officialem, ut par est, qualem Congregatio quarta generalis approbavit et P. Claudius Aquaviva edidit anno 1583.

Praeter generale prooemium initio tomi primi, erunt in singulis tomis prolegomena, indices, annotationes, ii denique apparatus omnes, quos eruditi homines in huiusmodi editionibus merito requirunt.

Haec paulo uberius cum R. V. communicare volui, quo melius intelligat, quanti momenti hoc opus sit et quam oppor-

tunum foret mihique gratum, si moderatores singularum domorum istius Provinciae iam nunc constituant numerum exemplarium huius operis (sive integri sive singulorum tomorum) quae acquirere velint, idque Directori operis *Monumenta Historica Societatis Iesu* (Borgo S. Spirito 5, Roma 113) quamprimum scribant. Hoc enim pacto facilius apud nos statuetur et numerus exemplarium imprimendorum et pretium fixum, quo volumina venire possint. Ad hunc finem accipiet R. V. aliquot prospectus typis impressos [1], quos ad singulas Provinciae domos mittere poterit, ipsius quoque R.ae V.ae commendatione munitos.

Commendo me ss. SS.

Romae, 2 februarii 1933, die festo Purificationis B. M. V.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

PROSPECTUS EDITIONIS HISTORICO-CRITICAE CONSTITUTIONUM SOCIETATIS IESU.

Hoc opus, quod prelo iam commissum est, tribus voluminibus constat.

Volumen primum: MONUMENTA CONSTITUTIONUM PRAEVIA.
Volumen secundum: TEXTUS HISPANUS.
Volumen tertium: TEXTUS LATINUS.

Volumen primum. Prooemium totius operis. In Prolegomenis huius voluminis agitur de labore sociorum, maxime S. Ignatii ipsius, in praeparatione Constitutionum Societatis Iesu; tum sequitur pars praecipua voluminis: *Monumenta praevia* plusquam quinquaginta, ab anno 1539 ad 1554, ordine chronologico disposita, multa nunc primum edita, inter haec integrae Ephemerides S. Ignatii; omnia apparatu critico verborum tum rerum ornata.

Volumen secundum. In Prolegomenis exponitur enucleate historia textus hispani Constitutionum; tractatur quoque de S. Ignatio

(1) Ad pleniorem rei notitiam hic quoque talis prospectus exscribitur: v. pp. 385-386.

auctore, de opera Polanci eius secretarii, de rationibus Constitutionum Societatis cum regulis maiorum, cet. Pars peculiaris sunt: Examinis quattuor textus (eorum duo adhuc inediti) in quattuor columnis propositi; textus unus antiquissimus Constitutionum sine Declarationibus, prorsus ineditus; alii tres textus, singuli cum suis duabus columnis et una pagina exhibiti. Primus textus elaboratus usque ad annum 1550; secundus a S. Ignatio Societati examinandus datus anno 1551; tertius (quem *Autographum* vocant) qualis erat anno illius mortis (1556); quartus quem revisit Congregatio Generalis quinta anno 1594. — Textus approbati a Congregatione Generali prima anno 1558 ratio praecipua habetur in apparatu critico.

Volumen tertium. Prolegomena maxime dant historiam versionis latinae cum investigatione auctoris et adiutoris praecipui. Ad hanc historiam pertinet origo emendationum omnium, quas inde a prima Congregatione Generali Societatis Iesu, anno 1558, ad quartam, anno 1581, et in posteris editionibus usque ad romanam anni 1908 textus latinus publicus seu officialis subiit. Attingunt etiam haec Prolegomena rationes Constitutionum Societatis Iesu cum regulis sive constitutionibus quorumdam Ordinum, qui illas sibi accommodarunt. Maximi vero momenti pars huius voluminis est textus ipse latinus publicus seu officialis qualem probavit Congregatio quarta ac typis edidit Claudius Aquaviva anno 1583. Inter alios textus, quorum ratio in critico apparatu habetur, est textus ille, qui iubente Paulo IV, Cardinalibus duobus examinandus traditus est.

Pretium	voluminis	primi	erit	*fere*	45	*Lirae ital.*
»	»	secundi	»	»	90	»
»	»	tertii	»	»	65	»

Pretia tamen haec fixa omnino esse nondum possunt. Iis vero qui iam nunc, saltem ante finem proximi mensis Martii, tria volumina *simul* postulabunt, erit diminutio 10 pro 100 pretii totalis.

Nota subscriptoribus ordinariis Monumentorum. His subscriptoribus mittetur, ut par est, etiam non petentibus, facta diminutione 10 pro 100, unum exemplar singulorum horum trium voluminum, sicut illis missum est nuper exemplum voluminis VII Litterarum Quadrimestrium. Itaque, si quid illi postulabunt, intelligimus eos postulare unum vel plura exempla praeter illud quod ut suscriptoribus ordinariis illis debetur.

65. **15 februarii 1933.**

De Iubilaeo Redemptionis nuper indicto deque peregrinationibus Romanis parandis et comitandis.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Summus Pontifex, cum nuper Iubilaeum extra ordinem indiceret, quo undevicesimum exiens a peracta humani generis Redemptione saeculum celebraretur, spe laetari se profitebatur uberum fructuum, quos ex sollemniore illa divinorum munerum recordatione profuturos, grata iam mente praeciperet.

Addebat autem se vehementer cupere, ut ex universo terrarum orbe catholici Romam hoc eodem anno frequentissimi confluerent; cum quia ibi « perinsignes venerari licet Dominicae Passionis reliquias... et mensa asservatur, in qua memoriae traditum est Iesum Christum Dominum Nostrum Angelorum Panem consecrasse »; tum quia « Romae dumtaxat, per piacularem hunc annum, plena commissorum venia », quam Sanctus idem Pater largitus est, « lucri fieri potest » (1).

Huic igitur communis fidelium Patris voto, si fideles omnes obsecundare, pro suo cuiusque modulo, conabuntur, quanto magis Societatem nostram, pro peculiari suo erga Sedem Apostolicam pietatis et devotionis sensu, decet totis anniti viribus, ut Pontifex fructus illos, quos mente praegustaverit, suavi fruendos etiam consequatur effectu.

Non dubito quin R.ª V.ª omni quo poterit modo rem tantopere optandam promotura sit, aptis instructionibus praesertim Superiores dirigendo, omnesque qui apud vos ad hunc finem adlaborare possint exhortando.

Nostrum etiam erit curare, ut peregrinationes ad Urbem, concursu hominum (virorum praesertim), quam maxima animarum aedificatione spirituali et proventu, perducantur. Scio equi-

---

(1) *Indictio Anni Sancti,* 6 ian. 1933: *Acta Ap. Sed.,* vol. XXV, 1933, pag. 7.

dem huiusmodi peregrinationes sacrificia et sumptus haud parvos afferre; eosque his temporibus eo graviores fieri, quod homines fere cuncti (ut Summi Pontificis verba iterum adhibeam) « trepidis afflictisque horum temporum condicionibus... tam acriter iactentur » (2).

Sed, praeterquam quod etiam nunc videmus, ubi de amoeno itinere agatur suscipiendo, homines plerosque sumptui minus parcere, usu etiam novimus, eos qui viis ferreis ordinandis et navibus conducendis praesunt, iubilaeis ad Urbem peregrinantibus, iisque nominatim qui iuncti per turmas procedant, pretium itineris haud mediocriter minuere.

Proderit igitur normas eas, quae prioribus annis sacris, ad peregrinationes Romam conducendas statutae sunt, paucis tantum immutatis verbis, in memoriam redigere (Cfr. *Acta Rom.*, vol. V, 1924, pp. 124 sqq.; 1926, pp. 525 sq.; vol. VI, 1928, pp. 100 sq.; 1929, pp. 321 sq.):

1° Ut Nostri virorum tantum vel adulescentium, non autem mulierum peregrinationes ordinent, deducant, sive comitentur, iam pluries statui.

2° Ad numerum vero quod attinet Patrum qui tales peregrinationes comitari possint, haec servetur norma: si de adultis agitur, unus assignari poterit Pater pro quinquaginta circiter peregrinis; quod si de alumnis tantum vel iuvenibus agatur, qui arctiorem custodiam et promptius auxilium requirere videantur, poterit unus Pater quindecim ex illis praefici.

3° Quamquam optandum est, ut peregrinationes sui iuris instituant piae illae varii nominis societates, quibus Nostri moderandis praesunt, et experimento iam probavimus huiusmodi peregrinationes (Collegiorum, Sodalium Marianorum, Sociorum Apostolatus Orationis, etc.) expeditas satis et admodum frugiferas fieri posse; sedulo tamen cavendum est, ne dioecesanis aliisve communioris utilitatis peregrinationibus detrimenti quidquam afferamus. Quapropter, licet proprium iter, si id Episcopi libenter ferant, aggredi possimus, praestiterit romanas peregrinationes auctoribus iisdem Episcopis susceptas adiuvare.

4° Dioecesanas tamen illas similesve peregrinationes ita fovere curabimus, ut quae suppleverimus agmina, nobis addicta

(2) Cfr. *ibid.*, pp. 5-6.

maneant. Nec timendum erit, ne minor inde unitas aut firmitas totius exercitus evadat, quod singuli singulis turmis vigiles appositi praeficiantur; quin immo, copiarum inde expeditior decursus, officiorum descriptio aptior, promptior munerum exsecutio orietur.

5° Pro peregrinationibus Nostrorum Collegiorum vel operum quibus praesumus, Provincialibus facultatem facio Patres qui eas comitentur, sub condictionibus his enumeratis, assignadi; pro aliis vero peregrinationibus, a me prius petenda erit licentia. Nomina vero eorum qui in utroque casu designentur, mecum communicare R.ª Vª ne gravetur; atque etiam tempestive significare velit Patri Secretario diem eorum in Urbem adventus ac tempus commorationis. Ad hanc commorationem hospitium extra Societatis nostrae domos accipere iis tantum licet, qui a peregrinis quos comitantur separari non possunt.

6° Curam autem illam peregrinorum, praesertim spiritualem, cum Nostri suscipiunt, meminerint omnino a re oeconomica administranda abstinere debere: itaque a Consilio contractibus itinerum et hospitiorum praeposito alieni maneant. Item negotia Romae tractanda ne suscipiant.

7° Quod ad rationem talium itinerum instituendorum attinet, meminerint Nostri quod ipse Summus Pontifex non semel commendavit, ne peregrini, sive in ipso itinere, sive Romae commorantes, sic versentur, « ut cotidiani viatores hospitesque consuevere », quin immo « poenitentiae spiritu imbuti... id unice quaerant, quemadmodum animarum suarum negotia gerendo provehant » (3). Itaque excursiones vitentur, quae sive ad vanam videndi cupiditatem, sive ad meram oblectationem naturalem faciant.

8° Ordo potius dierum talis instituatur, qui suas cotidie partes easque praecipuas pietati assignet; reliquum vero tempus Urbis monumentis tam sacris quam profanis composite invisendis reservet. Piae tamen sacrorum locorum venerationes, studiosae veterum monumentorum recognitiones, ipsa denique sollemnia religionis officia, non ita sunt multiplicanda, ut ex iis, non solum corporis defatigatio, sed etiam mentis fastidium et

---

(3) Constit. Apost. *Infinita Dei,* 24 maii 1924: in *Act. Ap. Sed., vol.* XVI, 1924, pag. 214.

veluti quaedam hebetatio sequatur: unde peregrini merito, quod iam audivimus, conqueri possint, ne ad orandum quidem tempus et quietem sibi suppeditari.

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo B. Claudii de la Colombière,
15 februarii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

P. S. — Magno cum animi mei gaudio R.m V.m certiorem facio Ven. Patrem Iosephum Pignatelli ad honores Beatorum die 28 proximi mensis Maii evectum iri (1).

Optandum est ut, quantum fieri potest, aliquae peregrinationes ita parentur, ut his festis nobis carissimis adesse possint.

66. **1 martii 1933.**

De loco ubi Scholastici sacros Ordines suscipere debeant et primam Missam celebrare.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

In quibusdam Provinciis mos induci coeptus est Theologos in aliis Provinciis studiis operam dantes in propriam Provinciam revocandi ad sacros Ordines recipiendos, nulla fere itinerum etiam longiorum habita ratione. Quod quidem, praeter impensas quandoque graves quae cum religiosa paupertate componi vix possint, magnae quoque dissipationis occasio esse solet futuris sacerdotibus eo ipso tempore, quo intima spiritus recollectio magis curanda esset.

Itaque, re cum PP. Assistentibus attente perpensa, haec statuenda vel potius in memoriam redigenda censui:

(1) V. tamen infra, pag. 392.

a) Sacros Ordines omnes Scholastici ibi recipiant ubi theologiae student, ibique devote primam Missam celebrent.

b) Post primam Missam, si ex vicina Provincia sint et locorum longinquitas id non prohibeat, poterunt mitti ad suam quisque paroeciam (id est ubi parentes degunt), secundum normas iam anno 1929 variis Provinciis datas (cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1929, pag. 403).

c) Qui a patria paroecia nimis distant, ab huiusmodi longis itineribus tunc quidem prorsus abstineant, sed post quartum theologiae annum in suam Provinciam reversi, ad unam alteramve Missam apud suos celebrandam, si Provinciali videbitur, mitti poterunt, secundum easdem illas normas. Ita fit etiam de alumnis ex variis nationibus in Collegiis ecclesiasticis Romanis degentibus, qui primitias sui sacerdotii Romae celebrant, et sollemnitatem (ut ita dicam) domesticam ad finem theologiae differunt, cum in patriam redierint.

Hae normae iam inde ab hoc anno fideliter exsecutioni mandentur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 1 martii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

67. **3 martii 1933**

De causis beatificationis Martyrum Rioplatensium et Ven. Iosephi Pignatelli.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum in diem 25 proximi mensis aprilis indicta sit Congregatio Sacrorum Rituum *antepraeparatoria* de martyrio et causa martyrii Servorum Dei PP. Rochi González et Sociorum, Martyrum Americae Meridionalis, curet R. V. ut optatus huius Congre-

gationis exitus omnium Nostrorum precibus sanctisque Sacrificiis impense commendetur.

Hanc nactus occasionem R.m V.m certiorem facio sollemnia beatificationis Ven. P. Iosephi Pignatelli, id petentibus alius Causae curatoribus (1), non iam die 28 maii (ut nuntiaveram), sed die 21 maii, Dominica V post Pascha, in Basilica Vaticana habitum iri; ideoque de hac nova temporis designatione tempestive monendi sunt ii, qui de peregrinationibus parandis, secundum meas litteras die 15 februarii datas, curam suscipient.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 3 martii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

68. **5 martii 1933.**

Novae formulae Punctorum seu Thesium pro examine ad gradum proponuntur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

In litteris meis d. 27 septembris anni superioris ad Provinciales datis, de examine ad gradum haec scribebam: « Quoniam nimis diversae in variis Provinciis punctorum ad gradum formulae adhibentur ita ut ipsum examen ad gradum vera quadam ratione non eiusdem ubique iam esse difficultatis dici possit, quam primum huiusmodi formulas punctorum ad gradum examinandas et theses aequa proportione distribuendas curabo, ut, salva quadam formularum varietate, omnes examinandi periculum vere idem subire iure aestimentur ».

(1) Id est Causae Ven. Catharinae Labouré, quae beatificata est reapse die 28 maii.

Quod tunc promisi non tam cito quam optabam exsequi potui. Nunc vero una cum his litteris mitto formulas illas thesium, quae deinceps ab anno scholastico proximo, in omnibus Collegiis nostrorum Theologorum adhibendae erunt.

Necessarium autem existimo breviter explicare normas secundum quas theses illae confectae sint et modum quo iis utendum erit.

I. In conficiendis formulis prae oculis habita sunt imprimis ea quae de materia huius examinis a proxima Congregatione Generali decreta vel potius confirmata sunt, i. e.:

1° Materiam huius examinis complecti debere praecipua capita Theologiae et Philosophiae (1).

2° Quattuor menses concedendos esse ad examen praeparandum; quod si intra hoc spatium examen non fiat, materiam mutandam esse (2).

Ex quibus Decretis tria haec colligebantur:

Primum: puncta non posse esse tam ieiuna ut vel unus sit tractatus, saltem ex maioribus, qui penitus omittatur.

Alterum: ante quattuor menses ad examen praeparandum concessos examinandum scire non posse quae formula sibi sit assignanda; et proinde necesse esse ut formula de novo confecta sit, vel saltem ut plures diversae formulae habeantur neque examinando notum sit quaenam ex his sibi sit assignanda.

Tertium: supponi singulas illas diversas formulas non omnia Theologiae vel Philosophiae puncta complecti; si enim plenitudine sua omnia continerent, iam mutari non possent.

His tribus quae ex ipsis Decretis deducuntur, haec quarta visa est addenda norma: servetur nota illa regula: « ne bis in idem ». Si ergo quaestio aliqua in thesibus Theologiae proposita est, eadem in Philosophia ne repetatur. Similiter si quid in uno loco thesium Theologiae proponitur, in alio loco ne proponatur aliquid cum priore ita coniunctum ut alterum sine altero praeparari nequeat.

Quod autem ad formam quasi exteriorem attinet, qua materia proponenda erat, servari debebat praescriptum Epitomes: « in quattuor enuntiationes ex Theologia scholastica et duas ex

(1) Coll. Decr. n. 116 (Epit. n. 347).
(2) Coll. Decr. n. 117 (Epit. n. 348).

Philosophia scholastica ita distribui debet ut singulae enuntiationes tria membra seu puncta habeant » (3).

Secundum has normas, tres diversae thesium formulae confectae sunt quarum singulae amplitudine materiae inter se aequales sunt, et quae simul sumptae fere totam Theologiam et Philosophiam complectuntur.

II. Licebit autem Rectori Collegii Theologorum, cum Praefecto studiorum enuntiationes thesium accommodare ad eas quae in suo Collegio adhiberi solent; enuntiatis generalioribus et brevioribus alia magis in particulari determinata, et proinde longiora, si expedire videatur, substituere; immo theses ipsas mutare (4), dummodo novae illae formulae et praecipua Theologiae et Philosophiae capita complectantur, ut supra explicatum est, et materiae amplitudine, moraliter loquendo, aequales sint formulis nunc missis; neque eadem semper formula adhibeatur, sed sint saltem tres diversae, e quibus una vel a Rectore libere assignetur vel ab examinandis sorte ducatur.

Formulae autem ita in Provinciis confectae, secundum Decretum superioris Congregationis Generalis, tempestive cum P. Generali communicandae sunt (5), ita ut, si quid in iis mutandum videatur, id mature significare possit.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 5 martii 1932.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

N.B. — Ad Provinciales et Superiores Missionum, in quorum Provincia vel Missione habetur aliquod Collegium nostrorum Theologorum, mittitur sufficiens copia exemplarium huius Epistolae et Formularum thesium ut quinque singulis illis Collegiis destinari possint. Sicubi vero plura exemplaria desiderentur, quamprimum a P. Secretario petantur.

---

(3) Epit. n. 347.
(4) Coll. Decr. n. 116 (Epit. n. 347).
(5) Coll. Decr. n. 116 (Epit. n. 347).

69. **6 martii 1933.**

De Litteris postulatoriis a variis nostris Consociationibus Summo Pontifici mittendis ad definitionem dogmaticam petendam universalis Beatissimae Virginis Mariae Mediationis eiusque in caelum Assumptionis.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Proxima Congregatio Generalis XXVII, suum faciens Postulatum ab aliquibus Provinciis missum, Praeposito Generali commendatum reliquit ut supplices preces de universali Beatissimae Virginis Mariae Mediatione et eiusdem in caelum Assumptione dogmatice definiendis, Summo Pontifici nomine totius Societatis tunc porrigeret, cum opportunum tempus advenisse censeret (1).

Usque adhuc autem nihil, quia rerum rationes aptae nondum videbantur, fieri potuit. Nunc vero mihi compertum est rem Sanctae Sedi haud ingratam fore, atque a nonnullis religiosis Familiis et Societatibus supplices ad id preces Summo Pontifici oblatas iam esse. Propterea officii mei esse duxi similes preces sine mora nomine Societatis mittere (2).

Sed R.m V.m non latet quantopere conveniat ut variae quoque Associationes operaque varia, quibus praesunt vel in quibus regendis partem habent filii Societatis, et ipsa supplices preces, v. g. secundum exemplar quod cum his meis litteris mitto, fraterna quadam aemulatione a suis membris subscriptas colligant, Summo Pontifici exhibendas.

Cum autem inter has Associationes eminere debeant Marianae Congregationes, utpote quae ius quoddam prioritatis habeant in procuranda nova hac Matris suae glorificatione, velim ut, quantum fieri poterit, ipsi Patres qui in unaquaque Provincia dirigunt Secretariatum Congregationum B. M. V., officium ha-

(1) V. in *Actis ms.*, sess. LXXXVIII (die 13 dec. 1923 habita), num. 11.
(2) V. infra, pp. 534-538.

beant tales supplices preces procurandi, ad nos dein simul mittendas. Quod si qua exsurgeret in iis colligendis difficultas, si v. g. ipsae dioecesanae auctoritates idem praestare velint, utilissimum tamen nobis erit nosse a quibusnam nostris societatibus et, si fieri possit, a quot membris subscriptae missae sint huiusmodi supplices preces.

Rem totam denique Beatissimae Virgini enixe commendemus, ut laboribus nostris ad suam glorificationem promovendam benedicere dignetur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 6 martii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

FORMULA QUAEDAM LITTERARUM HUIUSMODI.

Natio . . . . Sedes . . . .
Dioecesis . . . . Genus . . . .
Locus . . . . Numerus Sodalium . . . . . .

BEATISSIME PATER,

Ad pedes Sanctitatis Vestrae provoluti Sodales Congregationis Marianae (vel . . . .) in urbe . . . . sub titulo . . . . erectae, intime erga Beatissimam Virginem Mariam pietate permoti et vehementer exoptantes, ut huius benedictae Matris in dies magis gloria augeatur, eiusque privilegia in pleniore luce collocentur, exiguis sed ardentissimis precibus Patrem communem adire non dubitant.

Quot quamque pretiosis margaritis incomparabilis Matris Virginis corona vertentibus saeculis, inde ab Ephesina promulgatione divinae Maternitatis usque ad recentiorem Immaculatae Conceptionis definitionem, ditata sit, haud ignoramus. At flagrans in filiorum animis erga Matrem admirabilem insatiabilis amor nunquam quiescit; ideoque votis omnibus postulat, ut utrumque illud, quod cunctorum fidelium pietas iam diu praesensisse et quasi praesumpsisse videtur, Beatissimae Virginis non solum secundum animam, sed

etiam secundum purissimum corpus, quod Christum gestavit, in caelum Assumptio, Eiusdemque inter Deum et homines universalis Mediatio, ab infallibili Ecclesiae auctoritate dogmatice definiatur.

Et Deus etc.

70. **7 martii 1933.**

Declaratur sensus decreti 118 Collectionis Decretorum de gradu doctrinae in examine ad gradum requisitae.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

A nonnullis Provinciis rogatus sum ut accuratius definiatur sensus verborum quibus in examine ad gradum iudicium ferendum est.

Secundum decretum proximae Congregationis Generalis, « Examinatores declarare debent num examinatus bene superaverit mediocritatem in Philosophia et Theologia scholastica... Bene autem superare mediocritatem dicitur ille qui theses seu materiam pro examine ad gradum propositam non tantum penitus intelligit, sed et cum plena satisfactione exponere atque tueri valet » [1]. Haec enim verba varie a variis, ab aliis certe severius, ab aliis fortasse benignius quam par est, intelliguntur. Officii autem mei esse duxi hanc sententiarum diversitatem, in re adeo gravi sane noxiam, quantum fieri potest, excludere, et sensum huius decreti declarare. Ut enim legitur in Collectione Decretorum ab eadem Congregatione approbata: « Penes Praepositum Generalem est potestas leges a Congregatione Generali latas ad praxim bonae gubernationis declarandi, eiusque interpretationes constituunt normam praeceptivam » [2].

Itaque, attente perpensis Actis Congregationis et interrogatis iis Patribus quibus eius mens melius perspecta est, exquisito etiam iudicio Patrum Commissionis de Studiis, et auditis Patri-

---

(1) Coll. decr. n. 118 §§ 1 et 2 (Epit. n. 349 §§ 1 et 2).

(2) Coll. decr. n. 9 (Epit. n. 16).

bus Assistentibus, statuo allatum decretum ita esse intelligendum:

In primis tenendum est Congregationem id minime spectasse ut mensuram doctrinae, a superioribus Congregationibus definitam, immutaret, sive imminuendo sive augendo, sed solum ut eam clarius definiret, adhibitis iis terminis qui in reliquis examinibus sunt in usu, atque ita simul minus rectas interpretationes praecaveret (3).

Ideo antiquae formulae « aptus est ad docendum », quae nostris praesertim temporibus haud levibus dubiis occasionem dare poterat, substituit hanc alteram: « mediocritatem bene superavit ».

Priusquam autem in suffragium iretur, sensus horum verborum ita explicatus est: Non sufficit ut candidatus mediocritatem modo qualicumque superaverit; sed requiritur et sufficit ut condicionibus ad superandum requisitis cum ea plenitudine satisfecerit ut nullo omnino prudenti dubio locus esse possit quod superaverit. Non ergo requiritur ut quis mediocritatem superaverit « cum laude », et multo minus, « magna » vel « summa cum laude ».

Hac interpretatione deinceps standum erit et in hunc sensum intelligenda erunt verba paragraphi secundae decreti: « non tantum penitus intelligere, sed et cum plena satisfactione exponere atque tueri ».

Manifestum autem est gradum doctrinae, qui in hoc examine requiritur, talem esse qualis in discipulo qui studia absolvit haberi potest, non vero qualis exigitur in Professore, etiam incipiente. Quod clare colligitur non tantum ex ipsa natura rei, sed ex diserta declaratione paragraphi tertiae eiusdem decreti: qui hac doctrina praeditus est censetur quidem aptus ad docendum, sed « adhibitis congruentibus praeparationibus » (4), i. e., sicut alibi explicatur, concesso « ut plurimum saltem biennio propriae praeparationis » (5).

Curet R. V. ut haec declaratio communicetur cum omnibus Patribus qui officio Examinatoris ad gradum iam funguntur.

---

(3) Cfr. Epistola 11 febr. 1925 (*Acta Rom.*, vol. V, 1925, pp. 280-281).
(4) Coll. decr. n. 118 § 3 (Epit. n. 349 § 3).
(5) Coll. decr. n. 97 §§ 1 et 2 (Epit. nn. 309 et 310).

Curandum item deinceps erit ut novis Examinatoribus, antequam praescriptum iuramentum emittant, eadem declaratio nota fiat.

Commendo me ss. SS.

Romae 7 martii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

N. B. — Ad Provinciales et Superiores Missionum, in quorum Provincia vel Missione habetur aliquod Collegium nostrorum Theologorum, mittitur sufficiens copia exemplarium huius Epistolae ut quinque singulis illis Collegiis destinari possint.

71. **16 martii 1933.**

Eminentissimus Cardinalis Petrus Gasparri Catechismum latinum a se editum omnibus nostris Novitiis et nostrorum Seminariorum minorum alumnis dono mittit.

AD MAGISTROS NOVITIORUM ET SUPERIORES MINORUM SEMINARIORUM SOCIETATIS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Reverentiam Vestram, ex mandato Patris Nostri, certiorem facio plura mox ad vos missum iri exemplaria *Catechismi* latini, ab E.mo Cardinali Petro Gasparri editi, quae ipse Eminentissimus Princeps summa benevolentia nostris Novitiatibus et parvis Seminariis dare dignatus est.

Pro eximia vero hac benignitate, grati animi testimonium dare omnino convenit, quod apte fortasse fieri poterit per ali-

quam nostrorum iuvenum ad Em. Cardinalem epistolam (1), cum humili oblatione florum, ut dicunt, spiritualium, Missarum scil., coronarum etc.

Commendo me ss. SS.

Roma, 16 martii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS DEMAUX-LAGRANGE
Secr. Soc. Iesu.

72. **18 martii 1933.**

De libello Consuetudinum Novitiorum recognoscendo.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Neminem fugit, quantopere intersit ad universae Societatis nostrae in suo bono statu conservationem recta Novitiorum institutio. Ut enim dicere solebat S. Franciscus Borgia, de domibus pro Novitiis seorsim constituendis adeo sollicitus: « Qualis fere fuerit tironum institutio, talis quoque totius Societatis status exstiturus ». Quod effatum celebratissimo illi S. Spiritus oraculo innititur: « Adolescens, iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea » (2). Quapropter P. Balthassar Alvarez, Novitios suos alloquens: « Attendite, inquit, quomodo nunc in via spirituali progrediamini; nam de lege ordinaria, quo passu tempore probationis vestrae progredimini, eodem reliquo vitae tempore pergetis ».

Itaque nihil mirum quod complures decessores mei non du-

(1) *Postalis inscriptio Cardinalis sic sonat*:
A Sua Eminenza Reverendissima
Il Signor Cardinale Pietro Gasparri
Via Terme Traiane, 7
ROMA, 123.

(2) *Prov.*, XXII, 6.

bitaverint de Novitiorum institutione multa sapienter statuere, quae etiam nunc plurimum iuvare possunt eos omnes in suo quemque munere obeundo, quibus cura Novitiorum commissa est (1).

Verum, non tam de his urgendis aut ad commodiorem usum pro nostris temporibus accommodandis, quod ex parte iam in novis Regulis Magistri Novitiorum factum est, in praesens sollicitus sum, quam de peculiaribus consuetudinibus, quae scriptae sive impressae ad usum ipsorum Novitiorum in plerisque Novitiatibus habentur ac veluti de manu ad manum traditae religiose observantur. Vereor enim, ne alicubi, procedente tempore, huiusmodi « Consuetudinarii » nativa indoles atque finis haud parum immutata sint, per assiduas additiones vel ampliationes, bono quidem zelo inductas, verum a prisca illa simplicitate et sobrietate magis magisque alienas, quae hac in re apud antiquos Novitiatus nostros vigebat. Et re quidem vera video aliquibus locis in manibus Novitiorum haberi huiusmodi Documenta ad consuetudines pertinentia tali ratione exarata et ad tantam molem aucta, ut in verum ac proprii nominis « Directorium asceticum » excrevisse dicenda sint. In his passim invenies, quae natura sua ad solos Magistros Novitiorum pertinent, ad eorum quidem directionem utilissima, at non cum ipsis unius paene diei Novitiis communicanda. Accedit quod interdum praescriptiones Novitiis traditae tam multa sint atque ad minutissima quaeque descendentia earumque non modo lectio statis temporibus iniungatur, sed observatio quoque accuratissima urgeatur, ut vix fieri possit, quin teneri Novitiorum animi rerum multitudine ac pondere obruti viribus deficiant, vel certe in quamdam confusionem inducantur, quid essentiale sit quid accessorium haud ita facile discernentes, non absque sanae formationis detrimento. Interim Novitiorum attentio, his peculiaribus commendationibus directionibusque distenta, minor est ad magna illa principia percipienda, quae ex assidua Regularum, Summarii praesertim, explicatione et studio haurienda sunt. Nonne multo satius est, huic enixius insistere atque huc omnes conferre vires, ut inde tamquam ex germano ac puro fonte, per magisterium vivae

(1) Cfr. inter alia: In *Instit. S. I.* vol. III, Instruct. VI^a^ et XVI^a^. Inter *Epist. select.*: P. Cl. Aquaviva, p. 72, P. P. Beckx, p. 143. In *Epist. Generalium*: P. Fr. Piccolomini, t. II, P. P. Beckx, t. III.

vocis, deriventur aurea principia nostrae asceseos, quibus singulae Novitiorum actiones tam internae quam externae totaque vitae ratio penitus imbuatur atque instituatur?

Haec fere sunt incommoda, quae inspicienti mihi nonnulla exemplaria documentorum, quibus passim ut « Consuetudinario » instruuntur Novitii, sese obtulerunt. Quibus accedit aliud non leve sane incommodum, quod ob huiusmodi documentorum varietatem, timendum est ne prima Nostrorum institutio in diversis regionibus diversa evadat.

Equidem scio pro diversitate temporum, locorum, personarum, ut ait S. Parens [1], diversas esse oportere ordinationes. Addit tamen « uniformitate, quoad eius fieri poterit, in omnibus (in *Autogr. hisp.* « inter omnes ») retenta »; quod maxime valet de iis quae ad ipsius spiritus formationem spectant. Quare omnino persuasum habeo curandum esse ut inter Novitiatus nostros, etiam quod attinet ad consuetudines, aequa servetur uniformitas.

Ut autem huic operi manus admoveatur, velit R. V. codicem Consuetudinum, quo in sua Provincia Novitii utuntur, accurato examini subiicere atque ope selectorum Patrum secundum modo exposita, quatenus opus est, emendare, ac denique textum sic emendatum mihi proponere. Iuverit hoc in labore ante oculos habere id quod hac ipsa in re pro Assistentia Italiae nuper ad optatum felicemque exitum perductum est, accommodando ad nostrorum temporum necessitates « Monita pro Novitiis » quae iam inde a temporibus S. Francisci Borgia ad nos usque ferme immutata tradita ac religiose custodita erant. Quare exemplar illius Codicis iam approbati R.ae V.ae mitto.

Hac occasione usus, R.m V.m rogo ut mihi mittendum curet ordinem diurnum, quem sequuntur istius Provinciae Novitii, tam communibus diebus quam festivis, atque etiam tempore vacationum.

Commendo me ss. SS.

Romae, 18 martii 1933.

R.ae V.ae

Servus in Xto.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI

Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) Prooem. in Declarat. et Annotat. Constit.

73. **25 martii 1933.**

Mittitur et cum universa Societate communicatur Breve Apostolicum « Paterna caritas » de nova Instituti nostri approbatione (1).

AD UNIVERSAM SOCIETATEM.

REVERENDI PATRES FRATRESQUE IN XTO. CARISSIMI:
P. XTI.

Divina gratia favente cum universa Societate communicare possum Litteras Apostolicas *Paterna caritas* in forma Brevis nuper datas, quibus, ut earum titulus exhibet, « Institutum Ordinis Societatis Iesu denuo, post Codicem Iuris Canonici promulgatum, confirmatur ». Hae autem Litterae eo ipso die 12 martii datae sunt, quo annuam S. Patris Ignatii et S. Francisci Xaverii canonizationis memoriam recolere solemus, et quo sollemne edebatur decretum, de *tuto* nuncupatum, ad beatificationem Ven. P. Iosephi Pignatelli planam sternens viam.

Non est cur immorer ut vobis, Reverendi Patres Fratresque carissimi, novum hoc paternae Summi Pontificis erga Societatem benevolentiae documentum exponam quantique pro nobis sit momenti ostendam; nam legentibus statim apparet et quaenam fuerit illud petendi occasio ratioque, et quid intendat, et quam magnum beneficium contineat. Denuo enim, ut saepe alias, Christi in terris Vicarius suprema sua auctoritate sollemniter sancivit Institutum nostrum, quod Ecclesia per quattuor saecula in suo sinu aluit et fovit totque insignibus laudibus extulit (2), immutatum prorsus, etiam quod ad res sibi proprias et peculiares, esse servandum, quale S. Pater Ignatius, « divino afflatui parens », sapientissime descripsit, quale Summi Pontifices semper voluerunt et sanxerunt, quale Pius VII restituit ac Leo XIII rursus

(1) V. supra, pp. 273-275.

(2) Cfr. CLEMENTIS XIII Litt. Apost. *Apostolicum pascendi*, d. 7 ian. 1765 (*Instit. S. I.*, edit. Florent., vol. I, pag. 310).

confirmavit; idque spretis vel gravissimis impugnationibus contra Societatis Institutum iam inde ab initio obortis atque identidem deinde repetitis; quin immo hae Societati maxime profuerunt, quippe quae novarum et apertiorum in dies Sanctae Sedis approbationum occasionem praebuerint.

Nunc quidem, quamquam hac atque illac non desunt sane qui Societatem vehementer impetant atque exagitent, immo vero de occulta quadam et vasta conspiratione ad eam omnibus modis vexandam atque etiam, si fieri possit, evertendam callide ordinata iam dubitari nequit, Institutum tamen ipsum impugnari dici vix potest. Ad nos quod attinet, etiam post novum Iuris Canonici Codicem promulgatum, omne dubium praecisum fuerat cum a Summo Pontifice Benedicto XV, qui vivae vocis oraculo anno 1918 declaravit supremum Legislatorem per novas leges noluisse ius peculiare Societatis tangere (3); tum a Pontificia Commissione ad Codicem interpretandum constituta, quae de quibusdam nostri Instituti capitibus favorabile responsum iam die 29 iunii 1918 dedit (4); tum denique a Summo Pontifice Pio XI, qui et quaedam Constitutionum praescripta denuo confirmavit, et quaedam privilegia restituit et saepe declarare dignatus est velle se ut Societas secundum S. Patris Ignatii spiritum ac leges et secundum antiquas suas traditiones semper ambularet. Ecclesia enim Sponsa Christi, quae divino semper Spiritu regitur, vult quidem ut in omnibus suis operibus et inter omnes suos filios unitas illa eluceat, qua unum Christi corpus efficitur, sed prout decet Reginam quae astat a dextris summi Regis « circumdata varietate ».

Ad omne tamen vel remotum dubium repellendum et quamlibet futuram discussionem praecavendam, tam mihi quam PP. Assistentibus aliisque peritis Patribus in consilium vocatis visum est proximae, quae mox parari debet, totius Instituti editionis occasione uti ad novam Instituti confirmationem impetrandam, qualem anno 1886 simili occasione R. P. Antonius M. Anderledy peropportune a Leone XIII impetrandam curaverat (5).

---

(3) Cfr. *Acta Rom.*, vol. II, 1918, pag. 609.

(4) Cfr. *Acta Rom.*, vol. II, 1918, pag. 607-610.

(5) Litt. Apost. *Dolemus inter*, d. 13 iul. 1886 (*Instit. S. I.*, edit. Florent., vol. I, pagg. 452-453).

Cumque ad huiusmodi sollemnia documenta obtinenda decessores mei semper Summum Pontificem recta adire consueverint, meum equidem duxi etiam nunc ipsi Beatissimo Patri supplices preces dare. Quas quidem preces Sanctitas Sua ex manibus Eminentissimi Cardinalis Eugenii Pacelli a Secretis Status, cui, quidquid ad Brevia Apostolica pertinet, obvenit ex officio, benignissime excepit iisque satis faciendum edixit.

Sint igitur nobis hae Litterae Apostolicae non solum paternae Summi Pontificis benevolentiae testes et dulce in his tribulationibus solatium, ut Ipse ait, sed etiam novum idque efficacissimum incitamentum ad omnes Instituti nostri leges ac normas sanctius in dies servandas, seu (ut verbis S. Patris Ignatii utar) ad impensius in hoc incumbendum, « ut nihil perfectionis, quod divina gratia consequi possimus in absoluta omnium Constitutionum observatione nostrique Instituti peculiari ratione adimplenda, praetermittamus » ([6]).

Urget nos caritas Christi, amor Ecclesiae dilectissimae eius Sponsae, zelus animarum eius sanguine redemptarum; cumque per oraculum illius, cui Dominus gregem suum pascendum commisit, denuo apertissime constet nobis, quos Deus in Societatem Filii sui vocare dignatus est, fidelissimam Instituti nostri observationem tutissimam (ne dicam unicam) esse viam « ad gloriam Dei et universalis Ecclesiae bonum » ([7]) promovendum, huic viae magis magisque insistamus oportet eamque dilatato corde curramus. Adsit nobis exemplar et patronus Ven. P. Iosephus Pignatelli, quem mox Beatum salutare gestiemus, quique (ut dixi) vera quadam ratione etiam huius documenti promulgationi affuit: suis ipse precibus impetret omnibus Societatis filiis germanum illum S. Patris Ignatii spiritum, quem ut pretiosissimam antiquae Societatis hereditatem tam fideliter custodivit et tam perfecte in se expressit, ut quasi anulus prae omnibus fulgentissimus antiquam inter et restitutam Societatem iure habeatur.

Cum vero, ad hoc tam insigne beneficium Societati impetrandum, ante annum, litteris die 30 martii 1932 datis, unam Missam celebrandam praescripserim, decet profecto ut, eo ac-

---

([6]) *Summ. Constit.*, reg. 15.

([7]) *Prooem. in Declar. Constit.*

cepto, debitam grati animi significationem non praetermittamus. Itaque, omnes Sacerdotes unam ex iis Missis, quas ex Instituto pro Praeposito Generali celebrare debent, in gratiarum actionem Divinae Maiestati et ad mentem Summi Pontificis proxima quadam hebdomada sub prima intentione applicent, omnesque qui sacerdotes non sunt unam Missam audiant et Communionem offerant ac coronam B. M. V. recitent.

Praeterea velim ut in singulis domibus *florum spiritualium* manipuli inter Nostros colligantur, ac tempestive per Provincialem ad me mittantur, quos dein hic in unum compulsos et in pergamena papyro a perito nostro Fratre pictore belle expressos Beatissimo Patri exhibebo: siquidem optime novi huiusmodi dona Sanctitati Suae gratissima fore. Et quoniam in multis Provinciis Missarum stipendia, quibus ex apostolica dispensatione ad Nostrorum sustentationem utimur, divina Providentia disponente ita decreverunt, ut iam complures singulis mensibus sint dies, quibus Missa liberae celebrantis applicationi permittenda sit, spero equidem nostros Sacerdotes hac non quaesita opportunitate libenter esse usuros, ut multa Missarum sacrificia pro benevolentissimo Societatis Patre sub prima intentione offerant; Eumque omnes suis precibus iuvent ad sanctissimos fines Anno Sancto humanae Redemptionis praestitutos maxima cum Dei et Salvatoris nostri gloria et humani generis utilitate copiose assequendos. Quibus porro in precibus etiam Eminentissimi Cardinalis Eugenii Pacelli memores simus, qui, ut est Societati addictissimus, hac quoque in re nos valide iuvit et de Instituto nostro optime meruit.

Quod reliquum est, commendo ne haec nova Sanctae Sedis gratia foras enuntietur, neve de ea cum externis sine necessitate sermo misceatur, multoque minus Litterarum Apostolicarum exemplar cum iis communicetur; idque ob illam sapientissimam S. Patris Ignatii normam, qua monemur ut moderate ac prudenter utamur gratiis a Sede Apostolica concessis, « solius auxilii animarum fine sincerissime nobis proposito » (8). De tanta autem Summi Pontificis erga nos benevolentia gaudeamus quidem in Domino, sed simul humiliter agnoscamus tot beneficia nobis im-

---

(8) *Constit.*, P. X, n. 12; *Epit.* n. 850, 3°.

merentibus ex mera Dei liberalitate tribui, iisque minus indignos nos efficere curemus.

Vestris ss. SS. et orationibus me enixe commendo.

Romae, die festo Annuntiationis B. M. V.,
25 martii 1933.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

74. **7 aprilis 1933.**

De Pontificia Universitate Gregoriana impensius iuvanda.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Pontificia Universitas Gregoriana, cuius novae aedes magnas exegerunt opes, magnis etiam facultatibus unoquoque anno indiget pro ea qua omnino ornari debet amplitudine cum professorum tum bibliothecarum aliorumque instrumentorum altiori suo fini aptorum. In quibus procurandis annua exsurgit difficultas, quae his difficillimis ubique terrarum temporibus maior, ne dicam maxima effecta est, imo ita extraordinaria et urgens ut nunquam huc usque tam gravem atque prementem habuerimus.

Huius vero angustiae radix in eo est quod Universitas, ut R. V. bene novit, nulla adhuc fundatione fulta, magna ex parte cum apostolica dispensatione, vivebat ex stipendiis Missarum quae, Deo sint grates, ad hoc usque tempus numero et valore validum subsidium afferebant: nunc autem, pro dolor, sic evanuit hoc auxilium, ut iure timendum sit ne in fine huius anni non minus deficiat quam bis centum millia libellarum italicarum.

Cum autem hic non tam agatur de domo Romanae Provinciae, quam de maximo omnium Societatis opere, quod praeterea ipsius Sanctae Sedis fiducia Societati concreditum est, cumque expresse voluerit ultima Congregatio Generalis XXVII, Decreto

suo 138, ut « huic totius Societatis Seminario et omnium nationum generali Collegio ceterae Provinciae (ac Romana), a Praeposito Generali rogatae,... subsidiis mittendis... pro virili quaeque parte generoso animo succurrant », quia insuper « Praepositus Generalis verum habet officium capiendi omnia consília quae ei... necessaria videbuntur ut Collegium Romanum exspectationi Ecclesiae et Societatis in dies magis respondeat », gravi hoc mei muneris officio motus rem totam accurate cum PP. Assistentibus perpendendam censui. Omnibus vero consideratis putavimus unum ex remediis, quae sine nimio forsitan onere adhiberi possint in Provinciis, et ipsis communibus difficultatibus implicatis, esse quendam « Diem P. Universitatis Gregorianae », ut verbo utamur iam pro « Die Missionum » usurpato: die illo, in omnibus ecclesiis, ubi ad id ius nobis sit, et in omnibus Collegiis nostris collecta fiet pro necessitatibus Universitatis, ex qua non parvum adiumentum fas est exspectare: experientia enim, etiam recentissima, docemur in Provinciis paene omnibus, pauperioribus non exceptis, pecuniam non raro sat conspicuam, etiam nunc colligi, dummodo necessitatum momentum et urgentia apto modo fidelibus enucleentur. Bene praeterea scimus hanc fidelium liberalitatem tunc praecise maiorem fieri, quando de clericis formandis, ut in casu nostro, agitur; vehementer enim commovetur bonus populus christianus necessitate fovendi institutionem optimorum Sacerdotum et adiuvandi Ecclesiam ad eos sibi comparandos ministros, qui, non modo pietate sed etiam scientia eminentes, et errores refellere et veritatem strenue tueri ac scite docere possint. Quae necessitas si apte exponatur, insperatae saepe exsurgunt elargitiones, quae vix ulla alia petitione allicerentur.

Sicubi vero ex dioecesanis praescriptis, praesertim in ecclesiis paroecialibus, huiusmodi collectae prohibeantur, non inutile forte erit cum Excellentissimis Episcopis agere eisque totam rem et rei momentum explicare atque eorum benevolentiam erga Universitatem Gregorianam conciliare, ut sin minus ipsum « diem Universitatis » exceptionis causa concedere, saltem aliquid peculiare alia quadam ratione in eius favorem tentare permittant.

Ut autem plene, quantum fieri possit, obtineatur optatus finis, curandum erit ut Dominica quaedam dies apte seligatur, et

Dies ille Universitatis diligenter praeparetur, magno zelo solertibusque industriis perficiatur; tempore apto contiones de re fiant, nam res directe religiosa vere agitur, et quidem res magni pro Ecclesia momenti; ubi possibile sit, aliis etiam in coetibus extra ipsas ecclesias habitis res promoveatur; folia distribuantur, quae Universitatis gloriosam historiam, specialem utilitatem, magna onera, breviter, dilucide et vivide oculis omnium praesentent; id quoque notando quod, cum de Universitate agatur quam alumni omnium fere nationum frequentant, eam iuvare non modo officium quoddam omnium nationum dici potest, sed etiam in bonum ipsarum nationum demum cedent quaecumque pro hac Universitate fiunt. Nec sine utilitate erit aliquid hac occasione tangere de novo Studiorum Superiorum incremento, a S. P. Pio XI in Constitutione Apostolica « Deus scientiarum Dominus » feliciter procurato; verbo nihil negligatur, quo ad meliorem quantum poterit exitum perducatur Dies ille Universitatis, in auxilium etiam vocatis potioribus ex antiquis Universitatis alumnis, quos in singulis fere regionibus haud difficile est invenire. Equidem, ut pro mea parte vos adiuvem, mittenda curabo documenta aliqua, quae in his sermonibus vel foliis parandis utilia evadent.

Diem hunc Universitatis Gregorianae imponere nolo, eo magis quod alicubi, ut dixi, id forte praestare prohibemur; sed Provinciarum Praepositos enixe rogo, ut rem tanti momenti attente cum Consultoribus perpendant et sincero animo videant quid hac in re in sua Provincia fieri possit; quod autem possibile viderint, id toto corde aggrediantur. Id saltem ubique fieri poterit, ut de Universitate Gregoriana cum nostris amicis, qui divites simul et generosi noscantur, agatur, eorumque voluntas ad eam iuvandam movenda curetur.

Nec, cum id magno animo egerint, timeant Provinciae minores exinde propriis indigentiis futuras esse eleemosynas, cum constans experientia nobis ostendat Deum generositate nostra vinci non solere; idem etiam clare demonstrat ipsa novae Universitatis sedis exstructio, cuius maior pars ab aliquibus personis dono data est, quae certo certius nihil alii operi nostro dedissent, sed quae clara et idonea petitione commotae sunt.

Denique, Provinciales bene sciant oportet Gregorianam Universitatem non tantum pontificium opus esse, et hoc iam titulo

dignum omni nostra activitate et generositate, sed multo maius momentum habere pro tota Societate et singulis Provinciis, quam aliquando passim credatur.

Rem totam, vestris curis concreditam, committamus potenti intercessioni paternaeque benevolentiae maximi illius Collegii Romani Rectoris et Studiorum ecclesiasticorum Magistri, Sanctum dico Doctorem Robertum Bellarminum, sub cuius patrocinio simulque B. M. V., Sedis Sapientiae, fauste prorsus mense Maio poni posset « Dies Universitatis Gregorianae ».

Commendo me ss. SS.

Romae, die 7 aprilis 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

75. **27 aprilis 1933.**

De cultu nostrorum Sanctorum impensius fovendo.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM ASSISTENTIAE ITALIAE (1).

REVERENDO IN CTO. PADRE,
P. C.

Le numerose beatificazioni e canonizzazioni che in questi ultimi anni, per grazia di Dio e per la grande benevolenza del Santo Padre, succedendosi con tanta frequenza anche per la Compagnia, arricchirono di nuove magnifiche figure e quasi raddoppiarono la già splendida schiera dei nostri Santi e Beati, se da una parte ci sono di giusto motivo per rallegrarci santamente nel Signore, dall'altra parte però accrescono di molto l'obbligo che abbiamo di cooperare efficacemente alle intenzioni della divina Provvidenza in volere così glorificati i Servi suoi. Essendo poi ormai imminente l'auspicatissima beatificazione del Ven.

(1) Dein cum universa Societate haec epistola communicata est: v. infra, pp. 427-442, 447.

P. Giuseppe Pignatelli, di questo vero restauratore della Compagnia di Gesù in Italia, il quale quindi sarà un nuovo e specialissimo Patrono e Protettore delle Provincie Italiane, non voglio ritardare più oltre ciò che da tempo avevo in animo di fare, intrattenermi cioè alquanto con V. R. e cogli altri Provinciali d'Italia sul modo di onorare sempre meglio quelli che il supremo Re vuole onorare.

E tanto più opportuno mi sembra l'invitarvi a ponderare seriamente un tale argomento, in quanto che da parecchi anni in Italia soffriamo di una grande scarsezza di personale. E quantunque si cominci a vedere un consolante aumento di vocazioni, questo però, specialmente in qualche Provincia, o non è costante o è ancora ben lungi dall'essere quale dovrebbe e quale occorrerebbe per sostenere le opere già avviate e quelle molte di più che la Santa Sede e tanti Vescovi continuamente ci offrono, anzi ci supplicano di accettare. Orbene, l'esperienza di quattro secoli ci dimostra che uno dei mezzi più efficaci e insieme più soavi per attirare alla Compagnia numerose e scelte vocazioni, è appunto il far conoscere, venerare e amare i nostri Santi. Quanti de' suoi figli non deve la Compagnia a quel meraviglioso ternario di Angeli in carne, Luigi, Giovanni e Stanislao, che la Madonna le regalò e che forma uno de' suoi ornamenti più belli! Quanti cuori generosi non si sentirono attratti alla Compagnia dalla lettura della vita e delle lettere di S. Francesco Saverio! Queste e simili grandi figure della nostra storia, come dicevo qualche anno fa nella lettera sulle odierne calunnie contro la Compagnia, sono la nostra migliore difesa, se noi sappiamo valercene a tempo e luogo; ma possiamo anche aggiungere che esse sono pure l'amo più dolce e più valido per quella spirituale « pesca » di cui parlavano i nostri primi Padri.

Ma anche prescindendo dal vantaggio che ne verrà spontaneamente alla Compagnia con l'aumento e la sceltezza delle vocazioni, il far conoscere i nostri Santi e promuoverne il culto è, come accennavo in principio, un preciso nostro dovere. Già fin da' suoi tempi, quando ancora non c'era nessuno dei Nostri venerato con pubblico culto, S. Pietro Canisio in una sua bellissima esortazione sopra il culto dei Santi (2), pur parlando dei motivi

(2) B. P. Canisii, *Exhortationes domesticae*, collectae et dispositae a

che hanno quelli della Compagnia di segnalarsi nella divozione dei Santi in genere, tocca espressamente anche della venerazione dovuta ai Santi nostri, e conchiude: « Cum ergo filii Sanctorum simus, decet procul dubio nos speciali devotione colere Sanctos » ([3]). Lo stesso Santo Dottore consacra tutta intera un'altra esortazione alla venerazione che dobbiamo al nostro S. P. Ignazio, allora neppur beatificato ([4]); e gli argomenti da lui addotti in queste due esortazioni mi sembrano così convincenti, che si potrebbero prendere tali e quali e applicarli al nostro argomento. Mi contenterò di ispirarmi ad essi e seguirne in certo modo i concetti.

I.

Dobbiamo dunque anzi tutto onorare i nostri Santi per gratitudine verso Dio che ce li ha dati e verso la Chiesa che in nome di Dio li addita in modo particolare a noi come nostri modelli e patroni. Il non zelare il culto dei nostri Santi sarebbe quasi un non fare conto del prezioso regalo che il Signore con essi ha fatto alla Compagnia, sarebbe un'ingratitudine verso la Chiesa che elevandoli agli altari ha inteso anche di onorare l'Ordine che li ha formati. Ed è precisa volontà di Dio che, mentre vuole essere onorato in tutti i Santi suoi, li distribuisce sapientemente per nazioni e luoghi diversi, per famiglie ed istituti vari, indicando così chiaramente dove e da chi debbano avere speciale culto questi o quelli de' suoi fedeli Servi e diletti amici. Non quindi per grettezza d'animo piccino, ma per il retto ordine delle cose, quale fu stabilito dalla divina Provvidenza, generalmente parlando noi dobbiamo più interessarci dei nostri Santi che non di quelli che non ci appartengono. E per meglio spiegare il mio pensiero, prendiamo un esempio che, come si direbbe ora, è di attualità. La Santa Sede ha dichiarata Patrona delle Missioni « aeque principalis » con S. Francesco Saverio anche S. Teresa del Bambino

P. G. Schlosser S. I., Ruremondae, 1876: — *De cultu Sanctorum*, pp. 246-252.

(3) *I. De causis nos in Societate Iesu excitantibus ad specialem Sanctorum cultum devotius et saepius exercitandum* (*Ibid.*, pag. 247).

(4) *De patre Ignatio* (*ibid.*, pp. 255-260).

Gesù: non c'è poi alcun dubbio che il Signore evidentemente vuole onorare in faccia al mondo questa grande Santa moderna, e la Taumaturga di Lisieux sa molto bene quanto anch'io la veneri e quanta fiducia io abbia nella sua intercessione. Ma essa stessa, ne sono certo, non troverebbe del tutto a posto che i fratelli del Saverio mettessero in seconda linea il grande Apostolo dell'Oriente: sono entrambi Patroni delle Missioni e Patroni principali; ma, oltrechè il Decreto stesso dà la precedenza a S. Francesco Saverio, anche la liturgia esige che nelle *nostre* Missioni il *nostro* Patrono sia onorato in modo più solenne (5).

E con ciò ho toccato il secondo argomento, che è la volontà della Chiesa. Questa Maestra infallibile, esaltando all'onore degli altari i migliori figli della Compagnia, dà alla Compagnia stessa l'incarico di onorarli di fatto a nome della Chiesa medesima, che dal loro culto si aspetta grandi vantaggi per il popolo cristiano. E non è appunto anche per questo che ciascun Ordine Religioso ha il mandato di festeggiare i suoi Santi e Beati con rito più alto che non altrove? Dico « mandato », perchè, come è noto, le concessioni liturgiche, il cui uso non è libero ma obbligatorio, più che favori sono veri comandi. Quanto poi al culto e alla divozione filiale verso il Santo Fondatore, abbiamo, anche l'esplicita e solenne raccomandazione nella splendida Lettera Apostolica « Unigenitus Dei Filius » indirizzata dal S. P. Pio XI a tutti i Superiori degli Ordini Religiosi il 19 marzo 1924, e che meriterebbe d'essere più conosciuta e più studiata dai Nostri (6).

Quel che ho detto sulla volontà della Chiesa, si può ripetere, proporzionatamente, della Compagnia: essa ha generato a Cristo questi eroi, li ha educati, li ha sostenuti, li ha accompagnati passo passo nelle loro mirabili ascensioni fino al cielo, li ha presentati essa stessa alla Chiesa di Gesù Cristo per sentirne, con sua ineffabile consolazione, proclamate le virtù e le glorie; e quindi non può poi disinteressarsene. « Qui Ecclesiam pro matre habet, — dice S. Pietro Canisio nell'esortazione già citata (7), — et filios eius praecipuos, Sanctos, libenter colit ». E anch'io dirò:

---

(5) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1929, pag. 167.

(6) V. *Acta Rom.*, vol. V, 1924, pp. 24-38. Il tratto riguardante il Santo Fondatore è a pp. 26-27.

(7) *Exhort. domest.*, pag. 247.

« Chi stima e ama come madre la Compagnia, onora volentieri quei Santi che sono i suoi figli principali ».

Inoltre i Santi nostri sono i nostri esemplari e protettori speciali più adatti alla nostra condizione: essi sono passati per la stessa via di formazione spirituale, hanno esercitato gli uffici e i ministeri che sono assegnati a noi, hanno vissuto la nostra vita. E' vero che dal momento della loro esaltazione sugli altari, essi sono proposti a tutti, appartengono a tutta la grande famiglia del Signore; ma in essi come in uno specchio la Chiesa mostra a noi in particolare quale sia la perfezione a cui ci chiama il nostro Istituto e quale il modo di conseguirla. Essi sono come un commentario vivo delle nostre Costituzioni e Regole, dalla Chiesa solennemente autenticato, anzi, se si tratta dei Santi canonizzati, ratificato col sigillo del suo infallibile magistero.

E per un'ammirabile disposizione della divina Sapienza e Bontà, nella Compagnia abbiamo, si può dire, di tali modelli e protettori proprio per ciascun grado, per ciascuno ufficio, per ciascun genere di ministeri; tra i nostri Santi e Beati ciascuno di noi può trovare un suo antecessore diventato ora suo patrono. Come è consolante per noi il poter fissare gli occhi in questi nostri Padri e Fratelli maggiori, che hanno conosciuto per esperienza le stesse difficoltà, le stesse lotte che dobbiamo sostenere noi, e che, avendo ora conseguito il premio delle loro fatiche, senza dubbio difendono potentemente noi e la Compagnia contro i nemici e i pericoli che ci circondano! ([8]).

Nè posso trattenermi dal soggiungere qui (quantunque forse sembri uscire alquanto dal nostro argomento) una bellissima riflessione di S. Pietro Canisio, ed è che, oltre i Santi e Beati propriamenti detti, abbiamo certamente molti altri Santi in cielo tra i nostri Padri e Fratelli, ed ogni anno se ne aumenta il numero; « anzi, dice il Santo Dottore, non si può dubitare che, quando sentiamo l'annuncio mortuario di tanti defunti figli di obbedienza, non ci si annunci sempre tra essi qualche Santo,

---

([8]) Cfr. B. P. Canisii, *Exhortationes domesticae*, pag. 248. — Ecco il passo: « Excitare nos debent exempla Patrum et Fratrum Societatis,... quorum multi iam repromissiones adepti sunt, ut Beatus Ignatius cum 40 Sociis a Calvinianis in odium fidei in mari peremptus, et qui procul dubio nos et Societatem nostram potenter contra hostes et pericula defendunt ».

benchè non sappiamo precisamente chi esso sia. E quanti più se ne vanno al cielo, tanto più si consolida e si accresce e viene glorificato il Nome del Signore e la Compagnia nostra avrà tanto più di intercessori in cielo che aiuteranno i loro fratelli militanti in terra » ([9]). Perfettamente uguali erano su questo punto anche i sentimenti del grande Apostolo delle Indie, S. Francesco Saverio, il quale, come si vede dalle sue lettere, in mezzo alle fatiche e ai pericoli del suo laboriosissimo apostolato, si raccomandava continuamente ai suoi confratelli già morti nel Signore ed invocava pure i meriti dei Padri e Fratelli ancora vivi, ch'egli nella sua umiltà riputava più degni di sè e più cari a Dio. E con ciò questi due grandi nostri Santi non facevano altro che tradurre in pratica il consolantissimo dogma della Comunione dei Santi, che congiunge in un sol corpo tutti i fedeli e li rende scambievolmente partecipi dei tesori spirituali dei singoli. E tale preziosa comunicazione si manifesta ancora in modo più stretto e più efficace quanto più stretti sono i vincoli che li unisce, come i vincoli di sangue e ancor più i vincoli spirituali tra i membri di una stessa famiglia religiosa.

Ma dobbiamo saperci valere di questo celeste aiuto che ci è preparato; e perciò, se sentiamo veramente (e non possiamo non sentirlo) il bisogno di aiuti speciali, come speciali sono le necessità di ogni genere che ci premono nell'adempimento fedele dei nostri doveri e nella generosa corrispondenza alla nostra vocazione, dobbiamo anche ricorrere con speciale fiducia a questi nostri Protettori e professare verso di loro una sincera e tenera devozione e zelarne l'onore ([10]).

Finalmente un argomento non poco efficace che ci deve spronare a questo è la nobile e gloriosa tradizione, direi quasi, di fa-

---

([9]) « Nec dubitandum, quin multos Sanctos e primis Patribus et sociis habeamus in caelis, et quin quotannis augeatur Sanctorum numerus, immo quin semper aliqui Sancti nobis nuntientur, cum adfertur schedula de multis mortuis oboedientiae filiis, licet qui et quando in caelum evolent, ignoremus. Quo autem plures evolant, eo magis confirmatur et augetur et ornatur Nomen Domini, et eo plures Societas nostra habebit intercessores in caelo, qui socios in terra militantes iuvabunt » (l. c., pp. 248-249).

([10]) « Ut autem specialius nos iuvent, etiam specialius a nobis colendi sunt » (l. c., pag. 250).

miglia. Sempre nella Compagnia c'è stata una bella gara tra le Province e le Case a chi onorasse più e meglio i nostri Santi: nè mancarono accuse e calunnie dei nostri avversari, come se facessimo troppo; e qualche volta gli stessi Padri Generali dovettero intervenire per temperare il soverchio entusiasmo dei Nostri in tali esterne festività.

Ricordiamo la venerazione che avevano i nostri primi Padri per il S. P. Ignazio, la cui sottoscrizione autografa S. Francesco Saverio portava sempre sopra di sè insieme con altre reliquie, e al quale lo stesso Santo Apostolo delle Indie scriveva in ginocchio le tenere espressioni ben note a tutti noi: « Padre dell'anima mia, degno di essere da me sommamente venerato, etc. ». Sappiamo quella specie di culto, benchè privato, che professava il medesimo Saverio al B. P. Fabro e al nostro protomartire P. Antonio Criminale, i cui nomi egli invocava nelle Litanie dei Santi. E' notissima la tenera divozione di S. Giovanni Berchmans ai quattro Beati che allora aveva la Compagnia, Ignazio, Francesco Saverio, Stanislao e Luigi, e quanto si interessasse della loro glorificazione. In una delle sue lettere, la più lunga forse di quelle che ci restano, scritta nel 1621 da Roma ad un Padre nel Belgio, il Santo Scolastico non gli parla d'altro che dei timori e delle speranze che allora si avevano circa la loro canonizzazione e di ciò che si faceva in loro onore nel Collegio Romano (11); e in punto di morte, dopo aver esplicitamente raccomandato al P. Giovanni Battista Ferrari di onorare i nostri Beati (12), li fece egli stesso invocare, mentre gli recitavano le Litanie dei Santi, dopo i Santi Confessori, volendo che a quei quattro si aggiungessero anche i nomi del P. Francesco Borgia, del P. Giuseppe Anchieta e del Fr. Alfonso Rodríguez, i quali ancora non avevano nessun culto liturgico, e l'ultimo anzi era morto solo quattro anni prima (13).

Tale fu sempre lo spirito della Compagnia e dei migliori tra i suoi figli. Ed è bello vedere i nostri Santi e Beati anche qui in terra legati tra loro da questa catena aurea di devozione scam-

---

(11) Cfr. TONY SEVERIN S. I., *St. Jean Berchmans: ses écrits*, Louvain, Museum Lessianum, 1931: pagg. 88-91.

(12) Cfr. CEPARI, *Vita di S. Giov. Berchmans*, Roma, 1921, pag. 245.

(13) *Ibid.*, pag. 252.

bievole: i più recenti guardavano agli antichi per ispirarsi alle loro virtù e per ottenere protezione ed aiuto. Per non ripetere gli esempi già citati, S. Pietro Canisio e S. Francesco Borgia guardano a S. Ignazio e al B. Fabro come ad esemplari sublimi; il B. Antonio Francisco, uno dei Martiri di Salsete, è guadagnato all'ideale del martirio dall'esempio del B. Ignazio de Azevedo e de' suoi trentanove Compagni; il B. Giovanni de Britto vuole emulare l'Apostolo delle Indie; il B. Giacomo Salès si prepara al martirio ripensando spesso all'eroismo del B. Edmondo Campion, di cui sempre portava sopra di sè una lettera autografa a modo di reliquia. Il B. Rodolfo Aquaviva è uno dei primi e più ferventi devoti del suo serafico connovizio S. Stanislao, e si infervora per la suprema lotta all'udire la gloriosa morte dei Beati Edmondo Campion e Alessandro Briant; il B. Carlo Spinola vuole imitare il B. Rodolfo, e a sua volta l'eroismo dello Spinola dona alla Compagnia e alla Chiesa un S. Isacco Jogues. S. Giovanni de Brébeuf vuole a testimoni del suo voto di non mancare da parte sua alla grazia del martirio i suoi Santi Padri, come li chiama, Ignazio e Francesco Saverio. E' nota la divozione professata verso S. Luigi Gonzaga da S. Roberto Bellarmino, dal B. Antonio Baldinucci e da S. Giovanni Berchmans, il quale ultimo specialmente si era proposto con tanta fermezza di ricopiarlo in sè e vi attese con sì arduo studio, che vi riuscì perfettamente, come tutti sappiamo. Ancora con gli esempi di S. Giovanni Berchmans il B. Claudio de la Colombière si anima a salire fino al suo mirabile voto di piena e perfetta osservanza regolare; e, se la troppa vicinanza dei tempi non rendesse la cosa poco probabile, si direbbe che sull'esempio e sulle massime del Berchmans si temprasse anche l'animo invitto di S. Giovanni de Brébeuf, tanto simili sono per es. i sentimenti del grande Apostolo degli Uroni sulle Regole e sulla Compagnia con quelli notissimi del caro Santo Fiammingo, fino a ritrovare in tutti e due gli stessi propositi formulati con le identiche espressioni e quasi con le stesse parole; seppure non si debba piuttosto riconoscervi un'azione mirabilmente identica di quell'unico Spirito che regge e guida i Santi. Sembra invece assai probabile che quell'altro Martire del Canadà, l'angelico S. Carlo Garnier, si sia davvero ispirato all'angelico Scolastico del Collegio Romano, la cui vita poté benissimo aver conosciuta durante la sua formazione religiosa, per fare come lui

il voto di difendere l'Immacolata che avrebbe poi suggellato col martirio nella vigilia di quella dolce solennità Mariana.

E mentre i figli di S. Ignazio, in meno di cinquant'anni dalla sua canonizzazione, inalzano o fanno inalzare in vari paesi ben trenta magnifiche chiese al nome del loro gran Padre, in quegli stessi anni nelle dure e desolate Missioni della Nuova Francia gli eroici Apostoli del Canadà non dimenticano di consacrare a S. Ignazio una cappella, misera bensì ma gloriosa, perchè quasi all'ombra di essa, nel villagio omonimo, S. Giovanni de Brébeuf e S. Gabriele Lalemant consumarono il loro sanguinoso sacrificio.

Ma per restringermi all'Italia, quanto non fecero i nostri antichi Padri per onorare i nostri Santi! Basta per es. dare uno sguardo alle tavole sinottiche che chiudono la grande opera bibliografica del P. Carlo Sommervogel per vedere quanti panegirici, quanti libri storici e opuscoli di pietà furono pubblicati da Padri italiani sopra ciascuno de' nostri Santi e Beati (14).

Basta ricordare che parecchie città d'Italia, anche tre le maggiori, come Napoli, Bologna, Torino, Catania, Trieste ecc., hanno ufficialmente accolto tra i loro celesti Patroni o il S. Padre Ignazio a S. Francesco Saverio o tutti e due questi nostri grandi Santi (15), ai quali anzi Napoli ha poi aggiunto anche S. Francesco

(14) Carlos Sommervogel S. I., *Bibliothèque de la Comp. de Jésus*; tom. X, *Tables*, par P. Bliard, Paris, 1909; — cfr. colonne 310-317 (panegirici) e 1622-1660 (Vite ecc.): v. anche 1776-1837, dove ci sono parecchie vite di uomini illustri della Compagnia, ora già beatificati e canonizzati.

(15) Confrontando le varie fonti e tenendo conto di altre notizie particolari, possiamo per l'Italia dare questo elenco che però certamente non è del tutto completo non essendosi potuto fare uno studio accurato, ma basta come saggio e può dare a qualcuno di ogni Provincia l'occasione di completarlo per le singole regioni d'Italia, e si potrà a suo tempo averne l'intero elenco esatto:

a) *S. P. Ignazio*: è compatrono di Napoli, Bologna, Catania, Forlì, Lecce, Taranto, Sulmona, Scurcola Marsicana (Aquila), Monopoli, Capaccio, Cesarò (Messina), Cisternino, Mezzanile, Piedimonte Etneo (Catania), Regalbuto;

b) *S. Francesco Saverio*: è compatrono di Napoli, Torino, Bologna, Forlì, Cremona, Aquila, Trieste, Parma, Piacenza, Lecce, Taranto, Casacalenda (dioc. di Larino), Montepeloso (Lucania), Scurcola Marsicana.

Borgia ([16]), S. Francesco di Geronino e S. Luigi Gonzaga; basta, dico, pensare a questa così ampia e solenne « gloria posthuma » (come la chiamerebbero i Bollandisti) dei nostri Santi, per comprendere quanto efficace dovette essere l'impulso dato dai nostri antichi Padri ad una devozione che tanto infiammava intere popolazioni. Se ripensiamo invece al silenzio che ora si fa in non poche regioni d'Italia intorno a parecchi dei nostri Santi, cominciando dal nostro Santo Fondatore, o intorno alla loro qualità di Gesuiti, fino per es. a non sapersi quasi più dal popolo in alcuni paesi che S. Luigi Gonzaga appartiene alla Compagnia di Gesù; se, ripeto, si pensa a tutto questo, il paragone col passato non può non addolorare il cuore di ogni figlio di S. Ignazio. E' ben vero che tale ignoranza o tale raffreddamento della divozione popolare verso dei nostri Santi in gran parte è dovuto prima di tutto alla lunga parentesi della soppressione che interruppe tante belle nostre tradizioni, e poi alle frequenti e spesso atroci persecuzioni della Compagnia in Italia nel secolo scorso; ma non si può negare che vi cooperò non poco anche la troppa timidità di molti dei Nostri in parlare della Compagnia e delle sue glorie più pure, timidità che in qualche luogo giunse fino a dissimularle anche agli alunni dei nostri stessi Collegi.

Ora, grazie a Dio, le cose sono mutate in meglio, e già il culto dei nostri Santi, di alcuni specialmente, va risvegliandosi in maniera consolante anche in Italia, non senza il valido concorso dei Nostri, nei quali vedo con piacere un rinnovato fervore nell'onorare i loro gloriosi Fratelli della Compagnia trionfante.

(Aquila), Lungro, Sulmona, Castellamare di Stabia, Boiano, Capaccio, Taverna, Savona, e di Bastia ed Aiaccio in Corsica (che allora apparteneva all'Italia);

c) *S. Francesco Borgia*: è compatrono di Napoli;

d) *S. Francesco di Geronimo*: è compatrono di Napoli.

(Cfr. *Acta SS.*, tom. V. Iulii: « gloria posthuma S. Ignatii », pp. 842-844; — *Monumenta hist. S. I.*, *Mon. Xaveriana*, vol. II, pp. 746-749; — Delplace, *Synopsis Actorum S. Sedis in Causa S. I.*, 1540-1773, 2 voll., Florentiae-Lovanii, 1887-1895; *passim;* — per S. Franc. Saverio in particolare, cfr. *Raccolta di alcuni miracoli ecc. coll'Acqua benedetta di S. Francesco Saverio*, Napoli, Tip. Felice Mosca, 1731.

([16]) Delplace, l. c., vol. II, pag. 419, n. 25.

Ma pure dobbiamo sinceramente riconoscere che ci rimane ancora molto da fare in questa parte per emulare degnamente lo zelo così giusto e così doveroso dei nostri antichi Padri.

II.

Se saremo ben persuasi di questo nostro dovere e della convenienza somma di tale zelo, non occorrerà di più: l'opera verrà da sè, e le varie sante industrie che si potrebbero proporre a tale effetto verranno spontaneamente suggerite a ciascuno dal suo amore per la Compagnia e per i suoi Santi. Mi contenterò quindi di solamente accennare di volo i vari mezzi che gioveranno a rinfervorare i Nostri e per mezzo loro anche tutto il popolo cristiano nella divozione e nel culto dei Santi della Compagnia.

Prima di tutto, come già dicevo, bisogna conoscerli e farli conoscere. E' doloroso invece vedere come taluni dei nostri Padri ben poco sappiano di tanti eroi che formano la più pura gloria della Compagnia; e, se si tolgano naturalmente il S. P. Ignazio e S. Francesco Saverio e i tre Santi Giovani, degli altri Santi e Beati per lo più si contentino di quelle vaghe e generiche notizie che ne leggono nel Breviario nelle loro feste e di quelle non molto profonde cognizioni attinte in affrettate letture durante il Noviziato o lo Scolasticato, di cui ben poco rimane nella memoria. Eppure, quanti bellissimi tratti, per nulla dire del profitto personale che ne ritrarrebbero per la loro vita religiosa, quanti tratti bellissimi dall'assidua e affettuosa lettura di quelle vite potrebbero ricavare per le loro prediche, per i corsi d'Esercizi, per la direzione delle anime! So bene che a tale mancanza di assiduo e amoroso studio contribuisce non poco il doloroso sovraccarico di occupazioni e di uffici, che, specialmente in Italia, proviene dalla scarsezza dei soggetti in confronto della moltiplicità delle opere da sostenere o promuovere. Ma, se fosse veramente più viva in tutti la devozione ai nostri Santi, tutti saprebbero trovare ancora un po' di tempo per meglio conoscerli, senza di che è impossibile zelarne il culto.

Raccomando quindi vivamente che i Superiori, anche delle Residenze minori, siano larghi in provvedere copiosamente le

biblioteche domestiche di tali libri nostri, e i sudditi si studiino di rendersi familiari le vite dei Santi e Beati della Compagnia, cominciando fin dal noviziato e continuando poi sempre a prediligerle, com'è giusto, a preferenza di altre letture.

Con ciò sarà poi facile passare più avanti, e diffonderne la cognizione anche in mezzo ai fedeli, parlandone spesso nelle prediche e altre pubbliche riunioni, con modestia bensì, come si conviene a figli della minima Compagnia di Gesù, e con prudenza, cioè a tempo e luogo, ma insieme con semplicità e senza esagerati riguardi, persuasi da una parte che il Signore vuole questi suoi Servi glorificati, e dall'altra se non li glorifichiamo noi chi li glorificherà?

Questa glorificazione poi noi dobbiamo in modo particolare procurarla nelle nostre chiese, nei nostri collegi, nelle varie opere dirette dai Nostri. Perciò vorrei che i Padri Provinciali d'Italia si intendessero bene tra di loro per fissare alcuni criteri pratici circa il modo di celebrare le feste dei nostri Santi nelle chiese nostre. Non si pretende che di tutti e singoli i nostri Santi e Beati si faccia in chiesa nostra una vera solennità; ma dall'altro canto non è giusto, non è decoroso che tali feste passino quasi inosservate: tanto più che esse sono ottime occasioni per fare conoscere la Compagnia nella sua più bella luce. Per dire una parola più in particolare, vorrei che, oltre le feste di S. Ignazio, di S. Francesco Saverio e di S. Luigi, anche quella di S. Roberto Bellarmino, che per l'Assistenza d'Italia ha un'importanza speciale, a poco a poco entrasse nel numero delle feste non ordinarie delle nostre chiese in Italia, e che non mancasse in essa, oltre una certa esterna solennità, un discorso sul Santo Dottore, che così bene può prestarsi all'istruzione, edificazione e devozione del popolo. Anzi, questo mezzo della predicazione, piana e soda, desidererei che si usasse in tutte le feste dei nostri Santi, valendosi anche dell'Indulgenza Plenaria, concessa a chi in tali feste visita le nostre chiese, per invitare più efficacemente e più largamente il popolo. Nè si deve tralasciare un breve discorso nella festa comune dei nostri Santi, il 6 novembre, nella quale anzi il magnifico quadro di tanti gloriosi figli intorno al Santo Padre Ignazio può dare ottima opportunità di fare un'indiretta ma efficacissima difesa della Compagnia contro le calunnie degli avversari.

Mi sta poi sommamente a cuore che nei nostri Collegi non si

omettano mai, per nessuna ragione, le feste del S. Padre Ignazio e di S. Luigi Gonzaga; desidero anzi che esse siano celebrate con molta serietà e con grande solennità. Quella di S. Luigi veramente già si fa in tutti i Collegi, e non ho da inculcare se non che in essa si cerchi sempre meglio di presentare ai giovani il loro Patrono nella sua vera luce, in tutto il suo splendore di amabile purezza e di vigorosa generosità, e si miri ad eccitarne, più che la sterile ammirazione, una devozione sentita che li porti a ricopiarne gli esempi ed emularne le virtù. La festa del S. Padre Ignazio invece, dacchè col moderno ordinamento dell'anno scolastico è venuta a cadere durante le vacanze, fu purtroppo quasi interamente trascurata nei Collegi. Ora vedo con piacere che già in molti di essi si è cominciato con molto frutto a valersi dell'indulto ottenuto due anni fa e già comunicato a tutte le Province, di potere cioè trasferire ad altra epoca dell'anno la solennità esterna di questa festa, con speciali privilegi liturgici (17). Ma poichè forse non tutti i Rettori hanno posto sufficiente avvertenza all'importanza della cosa, colgo quest'occasione per dichiarare essere mio desiderio che, facendo uso di tale indulto, dappertutto si celebri la festa del nostro Santo Fondatore in modo che concorra anch'essa efficacemente a dare ai nostri alunni un grande concetto di S. Ignazio e li infervori nella venerazione e devozione di questo nostro gran Padre e Legislatore: il che del resto è doveroso non solo per noi ma anche per i nostri alunni, dovendo essi stessi, in ultima analisi, riconoscere da lui il bene che ricevono dalla Compagnia da lui fondata.

Nè devono mancare nei nostri Collegi, sia pure in forma meno solenne di quelle di S. Ignazio e di S. Luigi, le feste di S. Giovanni Berchmans e di S. Stanislao, nonchè quelle di S. Francesco Saverio e di S. Roberto Bellarmino, tanto più che queste feste capitano in epoche molto opportune e in pieno anno scolastico.

Un'ottima occasione da non lasciarsi passare inosservata non solo nelle nostre chiese ma anche nei nostri Collegi è quella delle nuove canonizzazioni o beatificazioni: preparando cioè e celebrando decorosamente i tridui dei nuovi nostri Santi e Beati. Quanto bene si può fare specialmente nell'animo dei nostri giovani alunni con tali solennità! e quante vocazioni forse possono

(17) V. *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pp. 733-734.

avere origine da esse! Non fu appunto in simile circostanza, per es., che nel 1854, quando nel nostro Collegio di Spoleto si festeggiava la recente beatificazione del B. Andrea Bobola, il più elegante di quella scolaresca, Francesco Possenti, sentì un più forte impulso alla vita religiosa, impulso che, dopo averlo dapprima orientato verso la Compagnia, avvalorato poi da altre superne illustrazioni, lo condusse là dove doveva diventare S. Gabriele dell'Addolorata? E l'impressione di quella cara solennità, coronata per lui da una grazia anche corporale che aveva del miracoloso, fu così forte e così duratura, che l'amabile Santo Passionista non la dimenticò mai più e per tutto il resto della sua breve vita continuò a professare al Beato Bobola una divozione tutta speciale, portandone sempre seco l'immagine e la reliquia che aveva ricevuta allora in quel nostro Collegio.

Un altro mezzo potente per ravvivare e diffondere il culto dei nostri Santi è la stampa. So bene che questo genere di propaganda ha in sè delle vere difficoltà e di ciò mi rendo conto. So pure che in questi ultimi anni si sono fatti dei passi notevoli a questo riguardo, e me ne rallegro; ma bisogna pur convenire che siamo ancora lontani da quanto si faceva dai nostri maggiori.

Desidero perciò che i Provinciali affrontino il problema della stampa e si sobbarchino anche a sacrifici di ogni specie per intensificare questo mezzo così efficace di bene, di cui i nemici della Chiesa e della Compagnia sanno valersi tanto largamente. Per la stampa infatti, e solo per la stampa potremo giungere a far conoscere i nostri Santi anche a quelli che non ci avvicinano, a quelli che non frequentano le nostre chiese nè appartengono alle nostre opere. Bisogna quindi preparare e poi diffondere largamente libri, libretti, fogli, immagini ecc.: scrivere o aiutare altri a scrivere articoli sopra giornali e riviste, e giungere fino all'umile ma non inutile cura di far inserire i nostri Santi nei calendari e almanacchi, di cui è ora sì universale l'uso e nei quali assai spesso non si fa cenno neppure dei più celebri tra i nostri Santi.

E quando parlo di promuovere la diffusione di libri, non escludo certamente quella delle Vite grandi e di circostanza, le quali, come ho accennato, in questi ultimi anni, sono state curate convenientemente e meriterebbero maggior interessamento da parte dei Nostri, potendo fare ottima impressione specialmente tra uomini colti e tra i Prelati e nei Seminari ecc.; ma

intendo principalmente libri di modesta mole e di modesto prezzo, fatti proprio a scopo di divulgazione, e quindi tali che si leggano volentieri ma che in poche pagine diano un concetto esatto e completo della figura del Santo che si vuole illustrare. Accanto a questa collana popolare di Vite dei nostri Santi, ce ne dovrebbe poi essere una ancora minore e ancor più popolare da potersi acquistare a pochi centesimi, facile quindi a potersi distribuire anche gratuitamente se in qualche caso si vorrà, o certo accessibile ad ogni borsa. Ve ne sia anzi un'altra collana minima, ridotta ad un foglietto con o senza immagine per ciascun Santo, o a foglietti sciolti o riuniti in un volumetto, magari a modo di diario.

Non pretendo già di suggerire cose nuove: so bene che anche recentemente ci sono stati lodevoli tentativi in questa parte e ne ho tra mani alcuni esempi, come il libretto « Santi e Beati d. C. d. G. » compilato nel 1930 dal P. Emanuele Donato (Prov. Torin.) ed edito a Cuneo, e il « Diario » edito dalla Provincia Sicula per gli anni 1932 e 1933. Questi però hanno un carattere particolare, che li rendono ottimi bensì e utilissimi per il loro scopo, ma non sono di quel genere popolare di cui parlo qui: ci vogliono gli uni e gli altri. E ad ogni modo, non potendo io discendere a sì minuti particolari, è necessario che i Provinciali si intendano tra loro e si aiutino fraternamente dividendosi il lavoro e l'onere e assumendosi ciascuno una parte di simile incarico. Una volta poi che sia ben diviso il lavoro di preparazione e di produzione, bisogna che ciascuna Provincia aiuti le altre nella diffusione: perchè non si veda, ciò che è doloroso ma purtroppo non raro ad avvenire, che si sprechino forze e spese in ripetere in cinque luoghi, esattamente o quasi, le stesse pubblicazioni e le stesse iniziative, che sarebbero state e molto più facili e molto migliori e molto più economiche se si fossero compiute una sola volta di comune accordo.

E in tutto questo non si cerchi per nulla un qualsiasi interesse economico, sia pure destinato ad ottimi fini e per opere di grande gloria di Dio, ma unicamente la glorificazione di Dio nostro Signore nei Santi suoi; e quanto più saremo liberali verso Dio anche in questo, quanto meno ci preoccuperemo dei piccoli e particolari interessi d'una casa o d'una Provincia, tanto più largamente e più efficacemente sperimenteremo la verità della

divina promessa: « Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adiicientur vobis ».

Finalmente procurino gli Operai e Missionari di rendere popolari i nostri Santi con suggerirne ed inculcarne la divozione pratica secondo lo spirito della Chiesa, per es. promovendo l'uso dell'acqua di S. Ignazio e di S. Francesco Saverio, raccomandando l'invocazione di S. Luigi per conservare anche in mezzo al mondo con virile fortezza l'illibatezza dei costumi, e simili; studiandosi anche di tener conto delle varie circostanze locali, per es. parlando più di questo o quel Santo o Beato secondo che in quelle regioni è più noto e più caro al popolo, come S. Francesco di Geronimo a Napoli, il B. Baldinucci nella Toscana e nel Lazio, il B. Realino nell'Emilia e nelle Puglie, e tra poco il B. Pignatelli pure nell'Emilia e a Napoli, e così via.

Vorrei da ultimo raccomandare anche che si cerchi di far conoscere e promuovere la divozione verso quei Servi di Dio che, pur non essendo ancora beatificati, possono però essere invocati privatamente per averne miracoli da presentarsi alla Santa Sede per il felice esito della loro causa. Anche in questo dobbiamo cooperare con la divina Provvidenza per far conoscere l'opera meravigliosa della grazia nell'anima dei Santi e per affrettare quella loro glorificazione terrena che nei disegni di Dio è forse loro riservata. E in ciò si abbia specialmente l'occhio a promuovere la cognizione e la privata devozione dei fedeli verso i Servi di Dio più recenti, i cui esempi in certo modo si prestano meglio all'imitazione nostra e del popolo cristiano, perchè sapendoli vissuti quasi ai nostri tempi, nelle circostanze stesse in cui noi ci troviamo, più efficacemente ci sentiamo portati ad emularli e più fiduciosamente a loro ricorriamo. Ma anche qui, tocca a noi fomentare e aiutare questa divozione privata, che suole essere il primo albore della gloria degli altari e un primo passo per ottenere da Dio i miracoli necessari; poichè non possiamo pretendere che i fedeli nelle loro malattie o necessità si rivolgano con fiducia e di preferenza proprio ai nostri Venerabili o Servi di Dio, di cui non hanno forse mai sentito neppure il nome: sarebbe questo un vero miracolo, ma tale, che Dio generalmente non opera, perchè vuole d'ordinario anche in queste cose la cooperazione delle sue creature. Quante cause, anche di Servi di Dio molto cari ai Nostri d'Italia, sarebbero forse già state felicemente con-

dotte in porto, o almeno avrebbero fatto dei passi importanti, se ci fosse stato da parte dei Nostri maggior impegno di promuoverne la cognizione e l'invocazione in mezzo al popolo!

E quanto può fare anche uno solo di tali zelanti promotori! Se per es. potremo tra poco venerare sugli altari il Ven. P. Giuseppe Pignatelli, si può dire che, dopo Dio, lo si deve allo zelo di un nostro Padre spagnuolo, il P. Francesco Segarra (Prov. Arag.), il quale, come aveva fatto alcuni anni prima per il Bellarmino, tanto si adoperò per far invocare il Pignatelli con fiducia in varie circostanze, che ebbe la consolazione di vedere compiersi in brevissimo tempo i due miracoli che vennero poi approvati per la sua beatificazione. E per accennare un fatto ancor più notorio, la canonizzazione così accelerata dei nostri Santi Martiri del Canadà, a soli cinque anni di distanza dalla loro beatificazione, si può ben dire che, dopo Dio, si deve principalmente allo zelo dell'ottimo P. Giacomo Dugas (Prov. Canad. Inf.), ora defunto, il quale, facendosi docile strumento della divina Provvidenza che voleva glorificare quegli eroici Missionari e Confessori della Fede, « fu veramente nel Canadà l'apostolo indefesso della divozione ai gloriosi Martiri. Egli era divenuto così popolare in tutta la provincia di Québec, che da ogni parte lo si invitava e lo si attendeva con ansia per benedire i malati, al cui letto accorreva sempre volentieri, appena gli fosse possibile, anche a costo di non lieve suo sacrificio ». Molti miracoli si operarono, si può dire, tra le sue mani, ed egli sapeva trasfondere negli altri « tutta la vivacità della sua fede illuminata, eppur così santamente ingenua ». Il Signore lo chiamò a sè pochi mesi prima del tanto desiderato trionfo de' suoi cari Beati, essendo morto il 15 ottobre 1929, ma il suo nome « sarà per sempre legato alla storia del culto e della canonizzazione dei Santi Martiri Canado-Americani, avendo egli forse più di qualunque altro contribuito ad affrettare la gloria di questo giorno luminoso » (18).

Voglia il Signore suscitare almeno uno di tali uomini in ogni

---

(18) P. C. Testore, *I Santi Martiri Canado-Americani d. C. d. G.*, Isola del Liri, Tip. A. Macioce etc., 1930, pp. 373-374.

Provincia della Compagnia a gloria di Dio e ad onore de' Santi suoi.

In unione dei SS. SS.

Roma, festa di S. Pietro Canisio, 27 aprile 1933.

Di V. R. servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

Latina interpretatio : (1)

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Numerosiores Beatificationes et Canonizationes, quae proximis hisce annis, ex Dei gratia et magna Summi Pontificis benevolentia evenerunt, quarum haud paucae etiam nostram Societatem honestarunt, ita ut, additis novis ac magnificis exemplaribus sanctitatis, paene duplo aucta sit corona iam clarissima nostrorum Sanctorum ac Beatorum, quamquam ex una parte iustam causam laetandi in Domino nobis afferunt, ex altera etiam officium augent cooperandi efficaciter propositis a divina Providentia intentis in glorificatione Sanctorum. Nunc vero, cum prope immineat auspicatissimus dies beatificationis Venerabilis P. Iosephi Pignatelli, restauratoris, ut vere dici potest, Societatis in Italia, qui ut sperare licet, novus atque specialis Patronus ac Protector Provinciarum Italicarum erit, nolo amplius procrastinare id quod in animo iamdiu habebam, R.m V.m nimirum aliosque Italiae Provinciales alloqui nonnihil de ratione magis magisque in dies promovendi eorum cultum, quos supremus Rex sic voluit honorari.

Atque eo magis opportunum mihi videtur vestram ad hoc revocare mentem, quod ab aliquibus annis in Italia magna hominum penuria laboramus. Et quamvis spes laeta illucescere videatur ex aucto feliciter vocationum numero, tamen hoc augmentum, in quibusdam Provinciis, aut continuum non est, aut multum distat ab eo quo gaudeamus oportet, si pro dignitate ferre velimus sive tot opera iam nunc constituta, sive alia, certe plura, quae ipsa Sancta Sedes ac tot Episcopi indesinenter nobis offerunt, vel potius desiderant ac rogant

(1) V. infra pag. 447.

vehementer ut eadem suscipiamus. Iam vero, quattuor saeculorum usu edocti, scimus profecto nullam efficaciorem ac suaviorem esse rationem alliciendi multos ac selectos iuvenes ad nostram Societatem, quam ut Sancti nostri intime cognoscantur, amentur, colantur. Quot filios Societas refert attractos exemplis mirabilis illius nostri ternarii angelici, Sanctum Aloisium dico, S. Ioannem Berchmans et S. Stanislaum, quos a Beatissima Virgine Societati dono datos iure credimus, quique unum e suis pulcherrimis ornamentis constituunt! Quot iuvenes se vocari ad Societatem Iesu senserunt perlectis vita ac litteris S. Francisci Xaverii! Haec et similia monumenta sanctitatis, quae nostrae historiae recensent, ipsa per se validam nostri Instituti defensionem constituunt, quemadmodum innuebam paucis ante annis in litteris quas de calumniis contra Societatem refringendis dedi, si tamen eam scite pro adiunctis loci ac temporis adhibere non negligamus. Adde quod hi ipsi Sancti nostri dulcissima sunt esca hamusque aptissimus ad exercendam illam spiritualem *piscationem*, de qua haud illepide loquebantur primi Patres nostrae Societatis.

Sed, etiamsi missa faciamus illa commoda quae sponte obveniunt Societati ex aucto selectorum candidatorum numero, ipsa porro divulgatio notitiae nostrorum Sanctorum, ipsa promotio cultus eorumdem, ut modo dixi, officium est plane nostrum. Suo iam tempore, cum adhuc nullus e Nostris cultu publico celebraretur, S. Petrus Canisius in perpulchra sua exhortatione domestica de cultu Sanctorum, posteaquam locutus est breviter de causis filios Societatis Iesu excitantibus ad specialem cultum Sanctorum devotius ac saepius fovendum, data opera agit de veneratione speciali quam debemus Sanctis nostris, sicque concludit. « Cum ergo filii Sanctorum simus, decet procul dubio nos speciali devotione colere Sanctos ». Idem S. Doctor integram habet exhortationem de veneratione qua prosequi debemus nostrum Sanctum Parentem Ignatium, tunc quidem temporis nondum ad honores Beatorum evectum. Atque huius nostri Sancti Doctoris argumenta his duabus exhortationibus allata, usque adeo rem mihi evincere videntur, ut possint, prout iacent, in hanc epistolam peropportune traduci. Sed eius rationem cogitandi libere persequi ac quodam modo vestigia premere sufficiat (2).

---

(2) B. P. Canisii, *Exhortationes domesticae*, collectae et dispositae a P. G. Schlosser S. I., Ruremondae, 1876: — *De cultu Sanctorum*, pp. 246-252; — *De Patre Ignatio*, pp. 255-260.

I.

Primum igitur debemus speciali cultu nostros Sanctos honorare, grati animi causa, cum erga Deum qui eos nobis donavit, tum erga Ecclesiam, quae nomine Dei eosdem nobis offert exempli instar et patrocinii singularis. Nisi ergo in promovenda eorum devotione nos alacres atque strenuos exhibuerimus, arguemur profecto incuriae ac negligentiae, quippe qui quasi despicere donum pretiosum a Deo concessum Societati videamur. Arguemur etiam ingrati animi erga Ecclesiam, quae, dum Sanctos ad honores altarium evehit, videtur illum Ordinem Religiosum, qui tales alumnos in scientia Sanctorum efformavit, toti mundo velle commendare. Quod quidem non sine speciali Dei providentia fit, qui quamvis cupiat honorari in omnibus suis Sanctis, eos tamen sapienter distribuit per diversas Nationes et loca, per varias familias aut Instituta; quasi velit aperte significare ubi et a quibus praesertim coli ac venerari oporteat suos servos fideles atque amicos praedilectos.

Non igitur parvo animo tribuendum, sed ipsi rerum rationi, a divina providentia sic institutae, quod nos generatim loquendo in colendis Sanctis ferri debeamus praecipue erga eos qui nostram familiam religiosam propius attingunt. Rem explicabo exemplo, quod, ut dici solet, actualitate non caret. Decrevit non ita pridem Sancta Sedes ut S. Teresia a Iesu Infante sit Patrona Missionum « aeque principalis » ac S. Franciscus Xaverius. Nullum igitur dubium esse potest Deum aperte velle honorare hanc illustrem Sanctam nostrorum temporum in ore et oculis omnium hominum; atque eadem Thaumaturga Lexoviensis non ignorat sane quam impense egomet eam colam quantamque fiduciam in eius validissima intercessione reponam. Sed, si illa ab ipsis fratribus Sancti Francisci Xaverii prae magno Indiarum Apostolo seipsam praeferri videret, non dubito quin eadem Sancta, id minus recte factum pronuntiaret. Sint profecto ambo Patroni Missionum, et quidem aeque principales, sed praeterquamquod ex ipso decreto Sanctus Franciscus Xaverius Sanctam Teresiam praecedit, ipsa etiam liturgia videtur postulare ut in *nostris* Missionibus, *noster* Patronus sollemniore quadam ratione celebretur (3).

Atque haec est etiam mens Ecclesiae, quod est secundum argumentum probationis. Quae Magistra infallibilis, dum ad honores supremos extollit praestantiores filios Societatis, eidem Societati

(3) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1929, pag. 167.

committit munus eosdem colendi nomine Ecclesiae, quorum cultus ac veneratio non poterit populo christiano non esse emolumento. Quid? quod hac potissimum de causa omnes et singuli Ordines Religiosi habent acceptum mandatum celebrandi festa suorum Sanctorum ritu superiore quam reliqui? *Mandatum*, inquam; nam, ut scitis, concessiones liturgicae, quarum usus liber non est sed necessarius, potius mandata quam favores dicendae sunt. Quod vero attinet ad cultum ac devotionem erga Sanctum Fundatorem cuiusque Ordinis Religiosi, exstat sollemnis et aperta commendatio facta a Summo Pontifice Pio XI Litteris Apostolicis « *Unigenitus Dei Filius* » die 19 martii 1924 ad omnes Moderatores supremos Ordinum religiosorum datis (4). Quas quidem Litteras utinam omnes Nostri melius cognoscerent ac perpenderent!

Haec quae modo innui de mente Ecclesiae, possent etiam pro rata parte de Societate dici. Hos illa heroas Christo peperit, educavit, consecravit; hos in aeternam patriam per mirabiles ascensiones euntes, pedetentim comitata est; hos Ecclesiae Sponsae Christi praesentavit, quorum ab ipsa laetaretur et virtutem et gloriam proclamari. Quidni suorum filiorum singulari veneratione sancte efferatur? « Qui Ecclesiam pro matre habet, ait S. Petrus Canisius in memorata exhortatione, et filios eius praecipuos, Sanctos inquam, libenter colit ». Liceat et mihi haec verba ad rem nostram accommodare: « Qui Societatem ut matrem diligit atque amplectitur, hic profecto ultro veneratur eius Sanctos, utpote eius filios praestantiores ».

Accedit quod nostri Sancti sunt nobis exemplar ac patrocinium nostrae conditioni magis accommodatum. Ii namque eamdem ac nos institutionem spiritualem habuerunt, eadem munera atque ea quae nobis concreduntur obierunt, eamdem vitae rationem ac nostram tenuerunt. Verum quidem est, eos, ex quo tempore honoribus altarium insigniuntur, ad magnam familiam Domini pertinere, totiusque generis humani venerationi proponi; sed in eis, ut in speculo, nobis praecipue designat Ecclesia quae sit perfectio ad quam nostrum Institutum nos vocat, quaeve ratio ac via aptior ad illam assequendam. Sunt illi, ut ita loquar, commentarium vivens nostrarum Constitutionum ac Regularum ab Ecclesia sollemni ritu authenticatum, quin etiam, si agatur de albo Sanctorum insertis, sigillo sui infallibilis magisterii sancitum.

Et re quidem vera, habemus in Societate ex miranda sapientiae et bonitatis Dei providentia patronos et exemplaria pro omnibus ac singulis Societatis gradibus, officiis, ministeriis; nostrum cuique

---

(4) V. *Acta Rom.*, vol. V, 1924, pp. 24-38. — Locus de Sancto Fundatore habetur pp. 26-27.

licet invenire inter nostros Sanctos et Beatos aliquem olim sui praedecessorem nunc sui patronum effectum. Quantum affert laetitiae inspicere hos nostros Patres ac Fratres virtute maiores, qui easdem ac nos difficultates experti sunt, eademque praelia praeliati; qui posteaquam repromissiones certaminum adepti sunt (5), procul dubio nos et Societatem nostram potenter contra hostes et pericula defendunt!

Nec mihi temperare possum quin adiungam (quamvis nonnihil extra meum argumentum vagare videar) perpulchram illam S. Petri Canisii considerationem; nimirum: « dubitandum non esse quin multos Sanctos e primis Patribus et sociis habeamus in caelis, et quin quotannis augeatur Sanctorum numerus, immo quin semper aliqui Sancti nobis nuntientur cum adfertur schedula de multis mortuis oboedientiae filiis, licet qui et quando in caelum evolent, ignoremus. Quo autem plures evolant, eo magis confirmatur et augetur et ornatur nomen Domini, et eo plures Societas nostra habebit intercessores in caelo, qui socios in terra militantes iuvabunt » (6). Consentiunt apprime cum his sensibus sensus magni Apostoli Indiarum S. Francisci Xaverii, qui, ut in eius litteris legimus, mediis laboribus ac periculis suae difficillimae vitae apostolicae, seipsum commendare solitus erat suis Fratribus pie in Domino defunctis, atque etiam implorare merita Patrum ac Fratrum etiam tunc viventium, quos ille, vir animo tam demisso ac humili, seipso digniores ac Deo cariores reputabat. In quo quidem hi duo nostri clarissimi Sancti nihil aliud fecerunt quam in usu deduxerunt dogma illud apprime consolatorium de Communione Sanctorum, et qua coalescunt in unum corpus morale omnes fideles, iidemque participes redduntur bonorum spiritualium singulorum. Quae quidem communicatio bonorum eo clarius elucet ac fit efficacior quo sunt arctiora vincula quibus membra constringuntur, ut puta vinculum naturae, ac multo magis vinculum spiritus, quo alligantur membra eiusdem familiae religiosae.

Sed necesse est ut horum caelestium Protectorum patrocinio nobis concesso uti velimus. Quamobrem, si conscii sumus nos reapse indigere specialibus auxiliis (neque enim huius indigentiae inscii esse possumus), cum obligemur semper nostra officia ad amussim implere ac nostrae vocationi fideliter respondere mediis in difficultatibus, tenemur certe integra atque alacri confidentia ad nostros

---

(5) S. Petrus Canisius (l. c., pag. 248) hoc loro nominatim commemorat « Beatum Ignatium cum 40 Sociis a Calvinianis in odium fidei in mari peremptum ».

(6) *Ibid.*, pp. 248-249.

intercessores accedere, teneram erga eos ac sinceram devotionem colere, eorumque honorem ac laudem tueri ac promovere. Recte id nos monuerat S. Petrus Canisius: « Ut specialius nos iuvent, etiam specialius a nobis colendi sunt » (7).

Denique non parum iuvabunt, ut in hunc specialem cultum inclinent animi, rationes desumptae ex gloriosis ac nobilibus traditionibus, ut ita dicam, familiae nostrae. Fuit semper in Societate nobilis quaedam contentio animorum inter Provincias ac domos, quae earum videretur excellere in celebrandis nostris Sanctis; adeo ut non defuerint calumniae adversariorum autumantium nimios nos in hac re fuisse; quin et debuerint aliquando Praepositi Generales Nostros monere, ut modus servaretur in externis sollemnitatibus Sanctorum celebrandis.

Recordemur venerationem qua Sanctum Parentem Ignatium prosequebantur nostri primi Patres; cuius authographam subscriptionem S. Franciscus Xaverius semper iuxta pectus portabat simul cum aliis reliquiis; ad quem etiam idem Sanctus Apostolus genibus flexis scribebat tenera illa verba omnibus nostris apprime nota: « Pater animae meae summeque mihi venerande.... ». Illum etiam scimus pia devotione, cultui simili, affici erga B. P. Fabrum et nostrum protomartyrem P. Antonium Criminale, quorum nomina in Litanias Sanctorum inserebat. Notissima est tenera devotio Sancti Ioannis Berchmans erga quattuor Beatos quos tunc temporis Societas numerabat, Ignatium, Xaverium, Stanislaum, Aloisium, quorum glorificatio ipsi tantopere cordi erat, ut in sua epistola, longissima fortasse ea quidem ex omnibus litteris quae ad nos pervenerunt, Roma anno 1621 ad Patrem quemdam in Belgio degentem data, totus sit in referendo fluctuantes tunc animos inter metum et spem in causa canonizationis Sanctorum nostrorum, et obsequia spiritualia quae in hunc finem obtinendum in Collegio Romano fiebant (8). Idem etiam S. Ioannes Berchmans, cum, iam e vivis decessurus, diserte commendasset Patri Ioannis Baptistae Ferrari ut Sanctos nostros honorare non negligeret, voluit ut in Litaniis Sanctorum post invocatos Sanctos Confessores, etiam illi quattuor nostri Beati inducerentur, additis etiam nominibus Patris Francisci Borgia et Iosephi Anchieta et Fratris Alfonsi Rodríguez, qui tunc

---

(7) *Ibid.*, pag. 250.

(8) Cfr. T. Severin S. I., *St. Jean Berchmans: ses écrits,* Louvain, Museum Lessianum, 1931, pp. 88-91.

nondum cultu liturgico gaudebant, immo, Frater Alfonsus ante quattuor tantum annos decesserat (9).

Fuit is semper spiritus Societatis et praestantissimorum filiorum eius. Quam vero pulchrum est animo contemplari nostros Sanctos ac Beatos, etiam hic in terris aurea quasi mutuae devotionis catena coniunctos! Hi recentiores illos antiquos inspiciebant, quorum exemplis allicerentur atque protectionem obtinerent. Ne exempla superius allata repetere videar, S. Petrus Canisius et S. Franciscus Borgia Sanctum Ignatium et Beatum Fabrum ut exemplaria sublimia intuebantur; Beatus Antonius Francisco, unus e Martyribus Salsetanis, amore martyrii est correptus audito exemplo Beati Ignatii de Azevedo eiusque triginta novem sociorum Martyrum; Beatus Ioannes de Britto voluit aemulari gesta Apostoli Indiarum; Beatus Iacobus Salès ad certamen subeundum animum parat saepius meditando gloriosa Beati Edmundi Campion facta, cuius epistolam authographam, sacrae reliquiae instar, secum continenter portabat. Fuit quondam Beatus Rodulphus Aquaviva inter primos et ferventiores cultores sui seraphici connovitii Sancti Stanislai, et desiderio flagrat supremi certaminis dum recolit gloriosam mortem Beatorum Edmundi Campion et Alexandri Briant; Beatum vero Rodulphum vult imitari Beatus Carolus Spinola, cuius rursus praeclara gesta Sanctum Isaacum Jogues Societati et Ecclesiae comparaverunt. Sanctus Ioannes de Brébeuf testes invocat suos sanctos Patres Ignatium et Xaverium, sic eos ipse vocat, dum heroico adstringitur voto se non defuturum, quantum in se erit, gratiae martyrii. Quae fuerit devotio Sancti Roberti Bellarmino et Beati Antonii Baldinucci et Sancti Ioannes Berchmans erga Sanctum Aloisium Gonzaga, nemo est qui ignoret. Hic praesertim, S. Ioannes Berchmans, eo studio angelicum iuvenem contemplabatur, eo animo se tradidit ad describendas in se virtutes sui patroni, ut illius formam tam perfecte exprimere nactus sit quantum omnes novimus. Exemplis itidem Sancti Ioannis Berchmans motus Beatus Claudius de la Colombière gestit ascendere ad mirabile votum plenae ac perfectae observantiae regularis; quin etiam, nisi nimia temporis propinquitas rem minus probabilem redderet, diceres invictum animum Sancti Ioannis de Brébeuf verbis et exemplis Sancti Ioannis Berchmans fuisse ad sanctitatem accensum; usque adeo enim consonant sententiae magni Apostoli Huronum de vocatione et regulis Societatis cum notissimis illius amabilis Sancti Flandri sententiis, ut in utroque eamdem reperias mentem, eadem ratione ac fere iisdem verbis expressam;

(9) Cfr. Cepari, *Vita di S. Giov. Berchmans,* Roma, 1921, pp. 245 et 252.

nisi forte potius agnoscenda sit una eademque actio illius Spiritus, qui Sanctos omnes dirigit ac movet. Contra vero, magna gaudet probabilitate praeclarum alium Martyrem Canadensem, angelicum dico Sanctum Carolum Garnier, exemplo angelici illius Scholastici Collegii Romani (cuius vitam haud difficulter sane potuit cognoscere tempore suae religiosae institutionis) excitatum fuisse ad faciendum votum defendendi Immaculatam Conceptionem B. M. V., quod deinde in vigilia huius ipsius sollemnitatis Marianae proprio effuso sanguine erat signaturus.

Et dum filii Sancti Ignatii, primis quinquaginta annis ab eius canonizatione, construunt aut construenda curant in variis regionibus non minus triginta templa in honorem tam praecelsi Parentis, magno apparatu ornata, iis ipsis annis in difficillimis atque afflictis Missionibus Novae Franciae, heroici Apostoli Canadenses non negligunt in honorem Sancti Ignatii sacellum consecrare, haud illud sane magnum, sed certe illustre, cum sub eius umbra in eiusdem Ignatiani nominis vicino pago, Sancti Ioannes de Brébeuf et Gabriel Lalemant profuso sanguine Martyres occubuerint.

Verum, ut rem ad Italiam contraham, quam multa egerunt nostri antiqui Patres in honorem nostrorum Sanctorum! Si quis v. gr. conspiciat tabellam synopticam qua clauditur grande opus bibliographicum Patris Caroli Sommervogel, quot orationes panegyricas, quot libros historicos, quot porro opuscula pia inveniet edita a PP. Italis circa singulos Sanctos ac Beatos Societatis (10).

Meminisse sufficiat haud paucas Italiae urbes, etiam ex amplissimis, ut Neapolim, Bononiam, Augustam Taurinorum, Catanam, Tergeste etc., olim inter caelestes compatronos publice sibi elegisse S. Parentem Ignatium aut S. Franciscum Xaverium aut utrumque (11), quibus deinde Neapolis addidit Sanctos Franciscum Bor-

---

(10) Cfr. C. SOMMERVOGEL S. I., *Bibliothèque de la Comp. de Jésus*, tom. X, *Tables*, par P. BLIARD, Paris 1909, coll. 310-317, 1622-1660, 1776-1837.

(11) Cfr. *Acta Sanctorum*, tom. V Iulii: « gloria posthuma S. Ignatii » pp. 842-844; — *Monum. hist. S. I., Monum. Xaveriana*, vol. II, pp. 746-749; — DELPLACE, *Synopsis Actorum S. Sedis in Causa S. I.* (1540-1773), 2 voll., Florentiae-Lovanii, 1887-1895, *passim*. — V. autem supra, pag. 418 (nota 15), quaedam peculiaria pro Italia. — Extra Italiam vero notandum, inter alia, quod S. Franciscus Xaverius est Patronus principalis totius Australiae et Novae Zelandae; itemque Civitatis SS. Salvatoris seu Bahia in Brasilia, ubi habetur etiam peculiare festum liturgicum « in Patrocinio S. Francisci Xaverii » die 10 maii; S. Franciscus Borgia autem est Patronus principalis totius Lusitaniae.

gia [12], Franciscum de Hieronymo et Aloisium Gonzaga; sufficiat, inquam, spectare hanc tam amplam atque illustrem nostrorum Sanctorum « gloriam posthumam » (ut eam Bollandistae appellarent), ut intelligamus quam actuose ac efficienter nostri antiqui Patres propulsaverint eam devotionem in nostros Sanctos, quae tam ardenter populos inflammaverit. Contra vero, si consideremus altum silentium quod nunc fit in nonnullis Italiae regionibus de sat multis nostris Sanctis, ipso Sancto nostro Fundatore haud excepto, aut saltem de iis ut Iesuitis, adeo ut v. gr. in quibusdam regionibus fideles ignorare videantur Sanctum Aloisium Gonzaga ad Societatem Iesu pertinere; si hoc totum, inquam, mente recolatur, haec antiquam inter et hodiernam rerum condicionem comparatio nequit profecto non intimo afficere dolore optimum quemque S. Ignatii filium.

Verum quidem est hanc popularem de colendis Sanctis nostris ignorantiam ac negligentiam magna ex parte deberi perlongo primum suppressionis Societatis intervallo, quo tot pulchrae nostrae traditiones perierunt, deinde frequentibus ac saevis persecutionibus, quas saeculo proxime elapso nostra Societas in Italia perpeti debuit; sed infitiari non potest ad id etiam contulisse nimiam Nostrorum timiditatem in loquendo de Societate ac de rebus nostris gloriosis; quae timiditas alicubi usque adeo creverat, ut quidam e Nostris haec Societatis lumina, Sanctos nostros inquam, etiam coram nostrorum collegiorum alumnis tegenda ac dissimulanda esse putarent.

Deo sint laudes quod in praesentiarum res in melius sunt iam mutatae, et cultus nostrorum Sanctorum, nonnullorum praesertim, etiam in Italia magna vi resurgere videtur, non sine valido auxilio Nostrorum, quos laetus cerno in honorandos suos eximios fratres Societatis triumphantis renovato studio incumbere. Sed aperte fateamur oportet nos hac in re longe abesse a fervore nostrorum decessorum, multamque nobis operam esse adhuc praestandam, si velimus pro dignitate eorum diligentiam aemulari.

II.

Porro, si intime persuasum habemus hoc esse nostrum officium, ut cultum nostrorum Sanctorum promoveamus, reliqua nullo negotio consequentur. Rationes industriaeque ad illum fovendum sponte sese nobis volentibus offerent; amor Societatis ac nostrorum Sanctorum exsurgentes difficultates facile superabit. Satis igitur

(12) Delplace, op. c., vol. II, pag. 419, n. 25.

mihi sit leviter attingere nonnullas rationes, quae Nostrorum accendant animos, et, per illos, totius populi christiani, ad augendum cultum ac devotionem erga Sanctos Societatis.

Primum ergo, ut modo tangebam, nostrum est eos noscere, et ut ab aliis noscantur efficere. Neque enim sine dolore video nonnullos e Nostris nimis pauca scire de nostris heroibus, cum sint ipsi perennis gloriae fons atque ornamentum Societatis. Nam exceptis, ut par est, Sancto Parente Ignatio, Sancto Francisco Xaverio, tribus Sanctis Iuvenibus, de reliquis Sanctis ac Beatis complures Patres vagam quandam ac generalem ad summum notitiam habent, quam aut ex lectionibus Breviarii in eorum festis hauserint, aut ex antiqua ac prope deleta eorum vitae recordatione olim tempore novitiatus vel scholasticatus celeri quadam lectione acquisita. Attamen, ne quid dicam de fructu spirituali quem quisque inde sibi percipere potest, quot in vitis Sanctorum sunt loci, quam pulcherrimi, cum ad praedicationem verbi divini, tum etiam ad illustranda Exercitia Spiritualia atque ad animas dirigendas aptissimi! Scio equidem hunc assiduae atque studiosae lectionis defectum inde ex parte originem ducere quod saepe Nostri supra modum onerantur nimiis muneribus atque occupationibus, natis, maxime in Italia, ex hominum penuria imparium ferre ac promovere tam varia opera quibus incumbimus. At re quidem vera, si in omnibus Nostris devotio erga nostros Sanctos esset ardentior, invenirent profecto omnes nonnihil temporis subsecivi ut eos penitus cognoscant, sine qua cognitione cultum eorum instanter promovere nemo potest.

Summopere igitur commendo Superioribus, etiam Residentiarum minorum, ut generosos se exhibeant in ornandis bibliothecis domesticis his libris, quibus subditi vitas Sanctorum ac Beatorum Societatis familiares sibi reddere possint, cum a novitiatu, tum etiam reliquo tempore vitae religiosae. Quo facilior fiet aditus ad diffundendam eorum cognitionem inter fideles, frequenter de his in orationibus sacris ac publicis concionibus verba faciendo, moderate certe ac prudenter, ut decet filios minimae Societatis, at simul etiam aperte, nimio posthabito respectu ac timiditate, persuasum habentes Deum velle ac cupere ut hi Sancti revera colantur; a quibus vero maxime, nisi a Nostris?

Hanc deinde venerationem debemus speciali modo procurare in nostris templis, in Collegiis, in operibus a Nostris moderatis. Velim igitur ut PP. Provinciales Italiae agant inter se de stabilienda aliqua ratione communi celebrandi in ecclesiis nostris festa Sanctorum nostrorum. Non requiritur sane ut omnium ac singulorum in nostris templis dies festus sollemniter celebretur; sed neque fas

est nec decet, ut hi dies festi Sanctis nostris dedicati neglecti praetereant; idque eo magis quod nulla datur aptior opportunitas exhibendi Societatem suis pulchrioribus ornamentis decoratam. Ut igitur ad quaedam singularia descendam, velim ut praeter dies festos Sancti Ignatii, Sancti Francisci Xaverii et Sancti Aloisii, etiam dies festus Sancti Roberti Bellarmino, quod pro Assistentia Italiae momentum habet singulare, sollemnis instituatur, atque inter festa extraordinaria aliqua ratione celebranda annumeretur; in eoque die neque externa aliqua pompa desit, nec de Sancto Doctore sacra oratio, ex qua tam suaves devotionis ac doctrinae christianae fructus percipi possunt. Quin etiam, velim ut haec forma praedicationis simplicis ac solidae adhiberetur in omnibus festis nostrorum Sanctorum, proposita etiam Indulgentia plenaria iis qui istis diebus visitaverint ecclesias nostras concessa, eo potissimum fine ut fideles attrahantur efficacius ad nostra templa frequentanda. Nec omitti debet in festo omnium Sanctorum Societatis, die 6 novembris, brevis quaedam oratio, quae, praeter spectandam pulchritudinem tot filiorum Societatis Sanctum Parentem Ignatium corona circumdantium, offert quoque occasionem peropportunam defendendi Societatem a calumniis atque insultibus adversariorum.

Mihi etiam summopere cordi est ut in nostris Collegiis numquam omittantur festa Sancti Parentis Ignatii et Sancti Aloisii, immo, cupio ut eadem magna diligentia et pompa celebrentur. Et festum quidem Sancti Aloisii scio in omnibus Collegiis esse sollemne, nec mihi restat commendandum nisi ut eo die Nostri connitantur ponere ob oculos puerorum suo illustri splendore ac luce nitentem purissimum atque fortissimum Patronum iuventutis, atque in eorum animis excitare potius quam sterilem admirationem, studium ardens eius exempla virtutum imitandi et aemulandi. Festum contra Sancti Parentis Ignatii, quod, inducto hodierno anni scholastici ordine, natum erat in aestivas ferias semper incidere, in Collegiis misere totum fere negligebatur. Nunc vero laetus audio in bene multis Collegiis Nostros coepisse non sine fructu uti indulto, duobus abhinc annis obtento et cum Provinciis communicato, transferendi in aliud tempus intra annuum studiorum curriculum externam S. Patris Ignatii sollemnitatem, specialibus privilegiis liturgicis ornatam ([13]). Sed, quia huius rei momentum non omnes forsan Rectores satis animadverterint, hanc nactus occasionem meum esse duxi significare velle me, ut ubique in usum reducatur hoc a Sancta Sede concessum indultum celebrandi festum nostri Sancti Fundatoris, idque

([13]) V. *Acta Rom.*, vol. VI, pp. 733-734.

eo modo fiat, ut magnam Sancti Ignatii opinionem alumni nostri concipiant, ac nostrum Parentem Legiferum magna veneratione ac devotione prosequantur; quod quidem, non minus quam nostrum, est quoque officium nostrorum alumnorum; nam quod ii percipiunt bonum ex institutione a filiis Societatis accepta, totum illud, quantumcumque est, in Fundatorem Societatis tandem refundatur oportet.

Nec praeteriri debent in nostris Collegis, quamvis simpliciori ratione celebrentur, festi dies Sancti Ioannis Berchmans et Sancti Stanislai, atque etiam Sancti Francisci Xaverii et Sancti Roberti Bellarmino; idque eo magis praestandum quod haec festa intra ipsum curriculum studiorum incidunt.

Optima insuper opportunitas sese offerre solet, a Nostris nullo modo, non solum in templis nostris, verum ne in Collegiis quidem, praetermittenda, cum aliqua nova aut Beatificatio aut Canonizatio celebratur: praeparandi scilicet fidelium animos triduanis precibus convenienter institutis ad cultum novi aut Sancti aut Beati nostri. Quam multos ac suaves spirituales fructus reddere nata est horum celebratio festorum, praesertim animis nostrorum alumnorum! Quot etiam vocationes inde exoriri possunt! Annon adiunctis his sane similibus, cum anno 1854 in nostro Collegio Spoletano celebraretur festum recentis beatificationis Beati Andreae Bobola, ille qui inter condiscipulos elegantia politissima facile emineret, Franciscus Possenti, sensit fortiter animum impelli ad vitam in religione traducendam, cuius impulsu primum quidem in Societatem nostram inclinavit, deinde clariore luce de caelo illustratus, in illum ingressus est Institutum, in quo fieret clarissimus Sanctus Gabriel a Virgine Perdolente? Atque haec illius carae sollemnitatis recordatio, quam ille cum quodam favore etiam corporeo, prodigio simili, Beato Andrea intercedente tunc obtento, coniungere solitus erat, ita in eius animo erat fixa, ut amabilis Sanctus Passionista reliquo brevis suae vitae tempore eius nunquam non memor fuerit, ac Beatum Bobola singulari semper devotione prosecutus sit, atque iuxta pectus imaginem et reliquias Beati, quas tunc temporis in Collegio nostro accepisset, indesinenter gestaret.

Est et alter modus fovendi ac diffundendi cultum nostrorum Sanctorum aptissimus: prelum. Equidem non ignoro hanc rerum propagandarum viam difficultatibus vacuam non esse; has apprime intelligo. Scio etiam, ac laetor, superioribus modo annis magnos in hac re progressus effectos fuisse; sed fateamur necesse est longam adhuc nobis restare viam, si velimus etiam in hac re eadem nostrorum maiorum persequi vestigia.

Quapropter cupio ut Provinciales opus hoc preli strenue aggrediantur, nec quibuscumque laboribus parcant in fovenda et impensius promovenda hac tam efficaci boni dilatandi ratione, qua adversarii Ecclesiae et Societatis tantopere abutuntur. Prelo enim, eoque solo, efficiemus ut vitae nostrorum Sanctorum cognoscantur ab iis qui a nobis longe abesse solent, quique neque ecclesias nostras frequentant, neque opera Nostrorum utuntur. Igitur necesse est conficere ac longe lateque diffundere libros, opuscula, folia, imagines, etc., de nostris Sanctis; in ephemeridibus, recensionibus, periodicis articulos scribere aut alios impellere ac iuvare ut de iisdem scribere velint. Quin etiam curare debemus ut nostri Sancti inserantur in kalendaria, quorum hodie tam frequens est usus, et in quibus haud raro ne nomina quidem celeberrimorum e nostris Sanctis inscripta sunt.

Quam librorum diffusionem dum commendo, nolim excludere illa alia maioris momenti scripta in quibus Vitae Sanctorum describuntur fusius, quae Vitae, ut dixi, his ultimis annis diligenter conscriptae sunt (dignae profecto quae a Nostris maiore studio divulgentur, utpote quae natae sunt ab hominibus excultis, Praelatis, Seminaristis, etc. perlegi libenti animo ac benigno); sed intelligo potissimum libellos parvae molis parvique sumptus, faciles qui divulgentur, ac proinde eiusmodi qui et nullo negotio legantur, et paucis paginis imaginem describant propriam ac, quantum fieri potest, perfectam illius Sancti aut Beati de quo agitur. Quacum corona Vitarum popularium, de Sanctis nostris agentium, necesse etiam est ut praesto sit alia minoris molis ac pretii, quae paucis centesimis vel a pauperrimis emantur, atque etiam gratuito, ubi opus fuerit distribui possint. Sit praeterea alius ordo Vitarum unico folio constantium, sive imagine illustrentur sive non, sive solutis vendantur foliis sive religatis in modum kalendarii.

Non equidem res novas proponere contendo. Optime scio conatus laude dignos hac in re etiam recens esse adhibitos, quorum aliqua exempla prae manibus habui, v.g.: libellum Sanctorum ac Beatorum Societatis Iesu, anno 1930 a P. Emmanuele Donato (Prov. Taur.) Cunei edito; « Diarium » item edito a Provincia Sicula pro annis 1932 et 1933. Sed hi libri scripti sunt forma quadam speciali, quae eos reddit optimos quidem ad finem sibi praestitutum, sed non ex iis libellis sunt quos dixi, ad captum populi ex toto accommodatos; utroque vero genere librorum utendum erit. Sed cum ad minutissima quaeque mihi descendere non liceat, necesse est ut Provinciales agant inter se, seseque fraterna caritate adiuvent in his laboribus distribuendis atque exsequendis. Quae officiorum distributio simul

ac fuerit designata, oportet ut unaquaeque Provincia alias adiuvet in divulgatione operum peragenda; ne deinceps id accidat quod, pro dolor, haud est infrequens, ut nimirum et vires dissipentur et expensae multiplicentur, dum quinquies variis in locis typis mandantur opera fere eadem, quae facilius atque melius, ac fortasse etiam minore pretio, semel communi consilio communibusque sumptibus ederentur.

Neque vero in hoc species aliqua lucri quaerenda est, etiamsi ad optimum finem aut ad opera magni servitii Dei destinata videatur, sed hoc tantum intendendum, ut manifestetur gloria Dei in suis Sanctis. Quanto autem erimus liberaliores erga Deum, nullum emolumentum aut domorum aut Provinciae quaerendo, tanto experiemur efficacius quam verum sit illud promissum: « Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adiicientur vobis ».

Operarii vero et Missionarii nostri curent nostros Sanctos reddere populares, eorum devotionem instillando atque inculcando secundum mentem Ecclesiae; promovendo ex. gr. usum aquae Sancti Ignatii et S. Francisci Xaverii, commendando devotionem erga Sanctum Aloisium ad conservandam castitatem illibatam, etiam mediis periculis atque oblectamentis huius saeculi, et his similia. Habenda etiam est ratio locorum, ut plus loquamur de illo Sancto qui ea regione magis est cognitus magisque fidelibus carus, ut S. Franciscus de Hieronymo Neapoli, Beatus Baldinucci in Etruria et Latio, Beatus Realino in Aemilia et Apulia, et etiam mox Beatus Pignatelli item in Aemilia ac Neapoli, et ita porro.

Velim denique id quoque commendare, ut promoveatur cognitio et devotio eorum Servorum Dei, qui, quamquam nondum sunt beatificati, possunt tamen privatis precibus invocari, eo potissimum fine ut miracula per eorum intercessionem a Deo obtineantur, quae Sanctae Sedi praesentari possint atque ad felicem causae exitum conferant. In quo etiam cum divina Providentia cooperare debemus, ut cognoscatur vis atque efficacitas divinae gratiae in Sanctorum animis relucens, atque ea terrena quoque glorificatione quantocius honorentur, quam eis divina Providentia fortasse reservarit. Oportet autem ut peculiari quadam cura promoveamus cognitionem ac devotionem eorum Servorum Dei qui recentiores sunt, quorum exempla nos ac populum christianum instantius quodammodo ad suam imitationem invitant. Nam quos nostris fere temporibus, nobiscum fere aequales, iisdemque vitae quotidianae adiunctis quibus nos versamur, vixisse cognoscimus, necesse est ut eos et invocemus fidentius et studiosius aemulemur. Atqui hanc privatam hominum devotionem erga Servos Dei ad nos pertinet alere atque fovere, cum

aurora esse soleat praenuntia splendentis Sanctorum triumphi, ac primus gradus ad obtinenda a Deo miracula quae requiruntur. Nec fas est postulare ut fideles in suis necessitatibus, sive spiritualibus sive temporalibus, colant prae aliis nostros Venerabiles aut Servos Dei, quorum fortasse ne nomen quidem unquam audierunt. Portento hoc simile esset, quae tamen portenta Deus, cum velit etiam in hoc cooperationem suarum creaturarum, ut plurimum operari non consuevit. Quot causae, etiam illorum Servorum Dei qui in Italia sunt carissimi, ad exitum felicem essent perductae, aut saltem felicis exitus viam essent ingressae, si studiosius Nostri adlaboravissent in divulganda apud populum eorum notitia atque devotione!

Quantum vero etiam in hoc valuit semper vel unius hominis fervor ac diligentia! Quod post paucos dies, exempli gratia, evectum cernemus ad altarium honores Venerabilem Patrem Iosephum Pignatelli, id, post Deum, (iure dici potest) nos acceptum referre debebimus industriae ac diligentiae unius Patris Hispani, P. Francisci Segarra (Prov. Arag.), qui, sicut prius fecerat in causa Bellarmini, tanto studio operam dedit ut fideles a P. Pignatelli favores obtinere conarentur, ut magno animi solatio brevi tempore fieri videret duo miracula, quae ad eius beatificationem postmodum Romae sunt approbata. Atque, ut aliud exemplum afferam quod magis est notum, canonizationem nostrorum Sanctorum Martyrum Canadensium, quae tam citato cursu (post quinque tantum annos) beatificationem subsecuta est, iure affirmare possumus deberi potissimum, divina (ut patet) gratia praeeunte, fervido zelo optimi Patris Iacobi Dugas (Prov. Canad. Inf.), qui, docile instrumentum effectus divinae Providentiae illos heroicos Missionarios ac Confessores fidei honorare volentis, exstitit sane in regione Canadensi indefessus apostolus ac propagator cultus nostrorum Martyrum. Sic ille inclaruit apud populos Provinciae Quebecensis, ut ex omni parte invitatus rogaretur ad benedictionem infirmis impertiendam, quod ille, quantum poterat, posthabitis ingentibus curis ac molestiis, libentissime praestabat. Multa ille miracula prae suis manibus, ut dici solet, patrari vidit, totumque saepe in alios transfundere visus est fervorem suae tam clarae tamque ingenuae fidei. Paucos menses ante canonizationem suorum carissimorum Beatorum, die 15 octobris anni 1929, a Domino vocatus pie obiit; at illius nomen celebrabitur semper in annalibus canonizationis ac cultus Sanctorum Martyrum Canadensium, ut qui omnium maxime contulerit ad accelerandam gloriam illius pulcherrimi diei [14].

---

[14] Cfr. P. C. Testore S. I., *I Santi Martiri Canado-Americani d. C. d. G.*, Isola del Liri, 1930, pp. 373-374.

Faxit Deus ut unus saltem ex talibus hominibus in singulis Provinciis Societatis exsurgat ad maiorem Dei gloriam et honorem Sanctorum suorum.

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo S. Petri Canisii, 27 aprilis 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

76. **13 maii 1933.**

Quaedam Congregationes Rituum de Martyribus Rioplatensibus Nostrorum precibus commendantur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum in diem 13am iunii indicta sit Congregatio *Praeparatoria* sacrorum Rituum super declaratione Martyrii Patrum Rochi González de Santa Cruz, Alfonsi Rodríguez, et Ioannis del Castillo, e nostra Societate, in ordine ad eorum beatificationem, curet R.a V.a ut Nostrorum omnium precibus sanctisque Sacrificiis impense commendetur optatus huius Congregationis exitus. Qui si, ut sperare licet, faustus erit, non ita multo post sequetur Congregatio *Generalis* coram Summo Pontifice [1], quam iam nunc item omnium Nostrorum precibus commendatam velim.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 13 maii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) Variis de causis haec *Congregatio Generalis* nonnisi die 28 novembris habita est: v. supra, pag. 329.

77. **16 maii 1933**

Mutatio quaedam in lectionibus historicis Officii S. Ioannis Francisci Regis facienda edicitur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Per Rescriptum Sacrae Rituum Congregationis, die 8 aprilis huius anni datum, conceditur ut in lectione IV officii S. Ioannis Francisci Regis (16 iunii) verba haec: « Asperos Vivariensium, Velaunorum et Forensium Montes, et ingentes Helviorum tractus, glacie nivibusque fere perpetuis horridos, eorumque colonos inscitia, rusticitate, barbarie intractabiles suscepit excolendos », — in haec alia mutari et reduci possint: « *Asperos Vivariensium, Velaunorum et Forensium montes, et ingentes Helviorum tractus, eorumque colonos suscepit excolendos* »; prout iam factum est in Proprio dioeceseos Aniciensis (Le Puy-en-Velay).

Quamquam haec mutatio nonnisi « pro futuris editionibus » (ut aperte dicitur in Rescripto) vim obligandi habet, iuvat tamen id iam nunc cum nostris Sacerdotibus saltem ad notitiam communicare, ac praesertim cum Kalendariorum Redactoribus.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 16 maii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Iosephus Demaux-Lagrange
Secr. Soc. Iesu.

78. **21 maii 1933.**

De recentiorum Nostrorum, qui cum fama sanctitatis obierunt, memoria studiosius servanda et tempestivis testimoniis fulcienda.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Faustissimam nactus occasionem beatificationis Ven. P. Iosephi Pignatelli, qui primus dici potest e restituta Societate ad altarium honores evectus, omnes Provinciarum Praepositos alloqui eorumque studium ad recentiorum Societatis heroum memoriam prudenter quidem, at diligenter colendam atque evulgandam excitare statui. Non enim defuerunt in variis Provinciis qui hac nostra quoque aetate et fere sub oculis nostris cum fama sanctitatis e vita discesserint, quique miserentis Dei benignitate clare demonstrent erga Societatem etiam hac in re « non esse abbreviatam manum Domini » (1).

Equidem novi complures dispersiones, quibus superiore saeculo atque etiam hoc nostro Societas hac illac vix non semper exagitata est, multum in causa esse quod domesticas has purissimasque glorias fere neglexerimus; sed multum quoque tribui debet exaggeratae cuidam Nostrorum timiditati, qua omnia nostra occultanda esse putarunt; vel etiam exaggeratae cuidam, ideoque falsae, de heroicitate virtutum ad canonizationem requisita opinioni a mente Ecclesiae, per Benedictum XIV ac recens per Benedictum XV pluries exposita, prorsus alienae. Atque inde factum est, ut plurimae beatificationis causae, quae multo ante optime inchoari potuerant quaeque fortasse brevi ad optatum exitum pervenissent, nunc aut penitus omitti debent aut multo difficiliorem et longiorem cursum sequuntur, quemadmodum in pulcherrima Patris Roothaan causa experimur, in qua nullus iam testis de visu exstat, qui interrogari possit, quique per directa testimonia et breviorem et planiorem ei muniret viam.

(1) Cfr. Isai., lix, 1.

Ad id in posterum, quantum in nobis est, accuratius vitandum, spectant hae meae litterae, quibus sex normas practicas suggeram, ut communi aptaque ratione quidquid hac in re inchoatum iam est et quidquid plenius, ut spero, in posterum fiet, ad mentem Ecclesiae exigatur, quo melius cum divina gratia Nostrorum et Christifidelium aedificationi consulamus et studiosius cum divina Providentia cooperemur ad praeparandam glorificationem eorum Dei Servorum, quibus fortasse benignissimus Dominus altarium honores reservaverit.

1. — Atque in primis, ne committamus ut memoria eorum, qui cum fama sanctitatis vita functi sunt, paulatim decidat atque evanescat. « Fama autem sanctitatis (ut verbis utar Benedicti XIV) in genere nihil aliud est quam existimatio seu communis opinio de puritate et integritate vitae, et de virtutibus non utcumque, sed per continuatos actus, data occasione, exercitis supra communem operandi modum aliorum proborum virorum aut mulierum, ab aliquo Servo vel Serva Dei iam defunctis, necnon de miraculis eorum intercessione patratis; ita ut, concepta in uno vel pluribus locis erga eos devotione, a plerisque in suis necessitatibus invocentur, et plurium graviorum virorum iudicio digni existimentur, ut per Sedem Apostolicam referantur in album Beatorum vel Sanctorum » (1).

Verum hoc diligenter animadvertendum censeo, quod, quamquam huiusmodi fama sanctitatis et praesertim eiusdem continuatio et incrementum post mortem Servi Dei, utpote quae communi humanarum rerum inconstantiae subducta videantur, Spiritui Sancto sunt tribuenda ideoque Ecclesia, vel hoc tantum innixa fundamento, Servorum Dei causas introducere consuevit, tamen divina Providentia hac quoque in re cooperationem nostram ut plurimum exigere solet, adeo ut, quemadmodum haud raro experti sumus, hominibus cooperantibus, mirabilia saepe saepius a Deo impetrentur, iis vero non curantibus, quandoque etiam mira atque extraordinaria rerum initia sine successu postmodum iaceant vel ad summum sicut ignis cineribus suppositus remaneant. Primus igitur cum divina Providentia cooperandi modus hic esse debet, ut tempestive documenta scripta colligan-

(1) Benedictus XIV, *De Servorum Dei Beatificatione et Canonizatione*, t. II, l. 2, n. 7.

tur a testibus de visu confecta et ab iisdem exquirantur testimonia saltem privata auctoritate confirmata de vita, virtutibus etc. Servi Dei de quo agitur.

2. — Alterum vero quod praestandum est, sollicita est Servi Dei notitiae divulgatio, sive per colloquia, adhortationes, conciones, sive impressis imagunculis, quae fideliter sed apte externam hominis figuram exprimant, sive brevibus « Biographiis » quae moralem eiusdem imaginem perspicue determinent ac praebeant ad normam quidem litterariae artis, non ita tamen (quod omnino est improbandum) ut, dum hominem exprimere satagunt, sanctum celent.

3. — Vulgata his aliisque rationibus Servi Dei fama apud Nostros et externos, nullo modo ab opere desistendum, sed diligenter inquirenda veniunt et accurate notanda ea omnia, si quae sunt, quae ad historiam cultus Servi Dei pertineant et eiusdem apud Deum intercessionis documenta exhibeant.

4. — Quae hactenus commendavi eo uberius fient, quo magis Superiores non tantum spectatores utut benevoli exsistant, sed ut patronos et rectores sese gerant, ea munia prudenter stabiliterque viris idoneis assignando, qui utrumque extremum devitare valeant: cum artificiosam quamdam et exaggeratam activitatem, quae divina consilia praeveniat, tum timidam aut negligentem inertiam, quae iisdem minus obsecundet.

5. — Si haec omnia pro modulo nostro praestaverimus, paucos post annos ab obitu Servi Dei prudens quisque rerum observator ex factis dignoscere poterit illius sanctitatis famae, de qua supra, constantiam, incrementum, conditionem, et inde coniicere quinam fortasse a divina Providentia designentur candidati ad glorificationem in terris.

6. — Si qui sunt qui huiusmodi candidati prudenter videantur, de iis sine mora a viro perito haec tria colligi debent, quibus summa futurorum processuum apud Sacram Rituum Congregationem consistit: *a*) documenta seu probationes famae sanctitatis in dies crescentis, virtutum et miraculorum generatim, vel martyrii; *b*) testimonia praecipua de heroicitate virtutum theologalium et cardinalium (secundum ea quae supra rettulimus ex Benedicto XIV ad germanam heroicitatis notionem desumendam) aut martyrii deque eius causa; *c*) elenchum testium gravissimorum, qui de diversis vitae Servi Dei temporibus deponere

valeant, una cum declaratione auctoritatis uniuscuiusque eorum. Haec omnia ad Postulatorem generalem mittenda sunt, ut is possit prudentius et facilius, me approbante, causam promovere.

Si R. V. haec quae scripsi attento animo perpendat, facili negotio poterit, quod instanter expostulo, ad me brevi referre quid hac in re usque adhuc istic factum sit, quid faciendum supersit. Ego vero e variis Societatis Provinciis gratissimum exspecto catalogum, qui iure dici possit recens sanctitatis in Societate Florilegium, quique omnibus nobis efficaci erit incitamento ad aemulanda charismata meliora secundum maiorum nostrorum exempla: hic enim est finis, propter quem Deus nos in Societatem Filii sui vocare dignatus est; hic est finis, propter quem vult glorificari in Sanctis suis: semper et ubique « haec est voluntas Dei, sanctificatio vestra ».

Addo exemplar latinum epistolae, quam ad Praepositos Provinciarum Assistentiae Italiae nuper dedi de cultu nostrorum Sanctorum impensius fovendo [1], quaeque, si pauca excipiantur Italiam propius et peculiariter spectantia, forte etiam isti Provinciae utilis esse potest.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 21 maii 1933, in sollemni beatificatione Ven. P. Iosephi Pignatelli.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

79. **25 maii 1933.**

De impensius fovenda pietate Christifidelium erga sacrosanctum Missae Sacrificium.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum R. V. communico epistolam die 18 maii ab Emo. Card. Eugenio Pacelli, Sanctitatis Suae a Secretis Status, ad me da-

---

(1) V. supra, pp. 410-442.

tam [1], et litteras quas Director generalis delegatus Apostolatus Orationis ad omnes eiusdem consociationis Moderatores ac Promotores etc. nunc ipsum mittit [2].

Ex his documentis R. V. facile conspiciet de qua re agatur quantique sit momenti: agitur enim de impensius fovenda Christifidelium pietate erga augustissimum illud Mysterium, quod totius christianae vitae centrum sit oportet, quodque inter praecipua sane Redemptionis beneficia annumeratur, quae hoc Anno Sancto a Summo Pontifice sollemniter sancteque commemoranda proponuntur.

Quid a nobis Beatissimus Pater postulet, quid nostrae sedulitati atque industriae committat, quid nobis praestandum sit iisdem documentis exhibetur. Unum addam: R.m V.m nimirum enixe rogo, ut Moderatores Apostolatus Orationis hac in re validissime adiuvare velit, ut hoc pium consilium, a Summo Pontifice ultro approbatum et tam vehementer commendatum, per totum orbem quam citissime noscatur et promoveatur. Neque timeat R. V. impensas quoque, praesertim ad libellos etc. spargendos sustinere: meminerit etiam hic profecto valere illud vere Ignatianum: « quanto aliquis liberaliorem erga summam Maiestatem se praestiterit, tanto eum in se liberaliorem etiam experietur ».

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo Ascensionis Domini,
25 maii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) V. supra, pp. 281-283.
(2) V. hic infra, pp. 449-452.

LITTERAE DIRECTORIS GENERALIS DELEGATI APOSTOLATUS ORATIONIS

ad Secretarios Nationales, Editores Nuntiorum, Moderatores dioecesanos, Directores locales et Promotores Apostolatus Orationis.

Reverendissime Domine,
P. Xti.

Rev. D.nus Ioannes Waterkeyn, parochus Londinensis in Anglia, Fundator et nunc Secretarius piae consociationis « The Society for the Maintenance of the Apostolic See », nuper cum Romae esset, Summo Pontifici consilium suum patefecit curandi ut hoc Anno Sancto, quo, inter alia augustissima humanae Redemptionis mysteria, etiam SS. Eucharistiae institutio, maximis sane beneficiis annumeranda, commemoratur, Christifideles erga hoc sacrosanctum mysterium magis magisque afficiantur ac praesertim sanctissimum Missae Sacrificium impensius venerentur et saepius frequentent illudque ad mentem Summi Pontificis in Anno Sancto indicendo expressam offerant. Res Beatissimo Patri admodum placuit, utque tam pium consilium quam citissime per totum orbem notum fiat et ad effectum deducatur, ipso Rev. D. Waterkeyn ultro consentiente, totum negotium nostrae Sodalitati demandare dignatus est, prout ex adiecto exemplari latino epistolae Eminentissimi Cardinalis Secretarii Status, die 18 maii ad Praepositum Generalem Societatis Iesu ut Directorem generalem Apostolatus Orationis datae (1), R. V. facile videre poterit. Putavit enim Sanctitas Sua « nullam aliam consociationem aptiorem esse ad profundiorem cognitionem ac magis assiduam uberioremque participationem mysteriorum divini Sacrificii promovendam quam Apostolatus Orationis Sodalitatem », ut ibidem dicitur: quod quidem in singularem profecto Apostolatus Orationis laudem ac commendationem vergit.

Verum, ut tantae Sanctissimi Patris benevolentiae ac fidu-

(1) V. supra, pp. 281-283.

ciae digne respondeamus, oportet ut statim ad praestitutum finem totis viribus unitis adlaboremus, omnibus adhibitis mediis quae semper ex ipso Apostolatus Orationis organismo aeque validissima nobis praesto sunt.

In primis igitur velit R. V. rem bene percipere: agitur de excitandis omnibus Christifidelibus (non ergo solis nostrae consociationis sodalibus) ut hoc Anno Sancto decurrente, ad pleniorem eius spiritualem efficaciam obtinendam, in unione cum intentionibus Summi Pontificis, maiore cum assiduitate maioreque pietate sacrosancto Missae Sacrificio assistant, atque etiam ad easdem Sanctitatis Suae intentiones quamplurimas Missas offerendas secundum cuiusque vires curent, sive toto stipendio a se dato, sive quadam stipendii parte collata cum aliis. Haec tamen stipendia non nostrum erit colligere, sed tantum fideles inducere ut ipsi sive parocho sive cuicumque alii sacerdoti Missae celebrandas committant.

Quo autem efficacius fideles ad haec praestanda moveantur, opportunum erit iis suadere ut singuli a se rationem quandam exigant, quot Missas in illum finem audierint, quot celebrandas curaverint diligenter computando; ac dein hos numeros simul collectos Beatissimo Patri exhibebimus, eo fere modo quo Apostolatus Orationis et Cruciatae Eucharisticae sodales quotannis thesaurum suum spiritualem colligunt et offerunt.

Edantur propterea variis linguis apta foliola ad pias has computationes inscribendas, et largissime spargantur in vulgus, sed ita ut primum per zelatores et zelatrices nostras ordinarias ad singulos nostros consociatos complura exemplaria deferantur; hi vero omnes hac occasione zelatores vel zelatrices fiant erga alios quoslibet Christifideles, foliola inter amicos et notos distribuendo et rem bene explicando; ac dein ab iisdem zelatoribus vel consociatis qui ea distribuerint opportuno tempore colligantur et Romam per Moderatores Dioecesanos vel per Directores locales ad hanc nostram Directionem generalem (sive ipsa folia, sive, quod longe melius erit, earum summae) tempestive mittantur ut sub finem Anni Sancti, aut certe non multo post, integrum hunc Missarum thesaurum Summo Pontifici offerre possimus. Ceterum de ratione illum conficiendi ac colligendi nunc ipsum mittitur peculiaris instructio, in qua ad minima quaeque determinanda descendimus.

In eundem finem iuvare poterunt imagines, quas dicta illa « The Society for the Maintenance of the Apostolic See » edendas curat, quaeque ab eadem consociatione directe ad singulos petentes mittentur.

Sed ad corda fidelium ardentius inflammanda plurimum iuvabit eorum mentes plenius illuminare, libris vel libellis aut foliolis solida doctrina imbutis quaquaversus diffusis, quibus infinitum sacrosancti Missae Sacrificii pretium et mira impetrandi vis pie simul et populari stilo clare exponantur. Velint igitur Nuntiorum Redactores aliique Apostolatus Orationis Moderatores ac Promotores huiusmodi libellorum et foliorum editiones parare et iuvare, attentis regionum adiunctis et consiliis amice inter se collatis, ne vires frustra dispergantur. Plerumque sufficiet optimos quosque seligere libellos et tractatus iam notos et probatos, eos praesertim qui Sanctos habent auctores (v. gr. opuscula quaedam S. Alfonsi M. de Ligorio, S. Leonardi a Portu Mauritio etc.), et hos bene selectos vulgare atque etiam, si iam non exstant, iterum iterumque sive integros sive praecipuas eorum partes edere; quae omnia pretio certe quam minimo exhiberi debent. Optimis tamen his antiquioribus opusculis addantur oportet breves quaedam novae lucubrationes ad nostrorum temporum rationes magis accommodatae, ac praesertim de modo assistendi Sacro eique intimius participandi, de sacra Missae liturgia propius sequenda, et similia.

Neque in tota hac re promovenda pecuniae parcendum erit; si alias unquam, hic bene aptatur illud: « Quaerite primum regnum Dei et haec omnia adiicientur vobis ». Finis, quem ipse Christi in terris Vicarius nobis assignavit, tam altus est et sublimis, tam pretiosus et frugifer, ut huic omnes humanae considerationes cedere debeant. Nec dubitandum quin SS. Cor Iesu, cuius regnum propagandum, cuius ignem in toto terrarum orbe accendendum ac fovendum unice intendimus, nobis etiam necessariam pecuniam suppeditet, quippe quae non modo inter illa omnia computetur, quae « adiicientur vobis », sed validum sit ipsius apostolatus nostri instrumentum ad maiorem Dei gloriam promovendam.

Si haec omnia ubique studiose praestabimus, dum optatis Summi Pontificis satis faciemus et uberrimos huius Anni Sancti fructus magis magisque multiplicabimus, id quoque efficiemus,

ut etiam ultra Sacri huius Anni fines, intra quos peculiaris hic noster labor de quo disseruimus contineri debet, salutiferi tam copiosae lucis tamque ardentium flammarum extendentur influxus, et maior fidelium pietas magisque assidua sancti Sacrificii frequentia manebit profecto tamquam optima consuetudo per frequentes actus iam inducta ac solidata.

Quod ut revera obtinere possimus, orandum nobis est instanter Redemptor noster amantissimus, ut materna Deiparae Virginis intercessione se moveri sinat et in populum suum « Spiritum illum gratiae et precum » copiose effundat, quem promisit quique omnes Redemptionis filios ad altaria Domini stipanda adducat.

Commento me ss. SS.

Romae, die festo Ascensionis D.ni
25 maii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IACOBUS ZEIJ, S. I.
Dir. Gen. Deleg. Apost. Orat.

80. **8 iunii 1933.**

Mittitur Rescriptum et normae quaedam traduntur de triduanis festivitatibus in honorem novensilis B. Iosephi Pignatelli.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Mandante Patre Nostro, cum R. V. communico Rescriptum a Sacra Rituum Congregatione nuper datum, quo nobis fit facultas peragendi triduana sollemnia novensilis Beati Iosephi Pignatelli, die 21 maii ad altarium honores evecti (1). Quamquam enim in ipsis Apostolicis beatificationis Litteris id aperte conce-

(1) V. supra, pag. 321.

ditur, instructiones tamen et privilegia ad has triduanas festivitates celebrandas per aliud peculiare Sacrae Rituum Congregationis Rescriptum communicari solent, quod Postulator noster generalis tempestive obtinendum curavit.

Instructio autem, de qua est sermo in Rescripto, eadem est atque ea similibus occasionibus iam alias in *Actis Romanis* edita (v. gr. vol. VI, 1930, pp. 457-459).

Ad Missam adhibendam quod attinet, cum nondum approbata sit propria, sumatur Missa *Os iusti* de Communi Confessorum non Pontificum cum orationibus item de eodem Communi.

De annuo novi Beati festo liturgico nihil adhuc statutum est; nam schemata officii et Missae ante beatificationem Sacrae Congregationi ne exhiberi quidem possunt; post beatificationem vero nonnisi in Congregatione quae *ordinaria* dicitur discutienda proponuntur; nulla autem huiusmodi Congregatio, ob tam multas beatificationis et canonizationis causas ad exitum perducendas, hoc anno habebitur. Totum ergo negotium ad annum proximum remitti debet.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 8 iunii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS DEMAUX-LAGRANGE
Secr. Soc. Iesu.

81. **15 iunii 1933.**

Nova editio libelli « Practica quaedam ad Formulam scribendi etc. » nuntiatur et commendatur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Sub prelo nunc versatur nova editio recognita et aucta libelli: « *Practica quaedam ad Formulam scribendi. Paradigmata informationum et Formulae variae* ».

Rogo R.am V.am ut in folio adiuncto, ad me remittendo, indicare velit quot exemplaria huius libelli desideret.

Videtur autem omnino optandum ut saltem Superiores omnes, Instructores et Magistri Novitiorum, illum secundum novam hanc editionem in manibus habeant (1).

Commendo me SS. SS.

Romae, die 15 iunii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS DEMAUX-LAGRANGE
Secr. Soc. Iesu.

82. **29 iunii 1933.**

Mittitur et cum omnibus Superioribus et Consultoribus communicatur epistola Patris Nostri « de Ministeriorum atque Operum delectu Nostrorumque ad ea institutione ».

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Iussu Patris Nostri, R.ae V.ae complura mitto exemplaria Epistolae, quam idem Pater Noster ad omnes Societatis Superiores nuper dedit « de ministeriorum atque operum delectu Nostrorumque ad ea institutione ». Curet R. V., ut singula exemplaria tradantur non modo singulis Superioribus, Instructoribus, Magistris Novitiorum, sed etiam singulis Consultoribus tam Provinciae (aut Viceprovinciae seu Missionis) quam Domorum omnium; nihil autem prohibet quominus R. V. illam epistolam cum aliis quoque Patribus pro

(1) Libello haec praeposita est Patris Nostri approbatio:

Hunc libellum, novis curis recognitum, cum universa Societate communicamus, ut quae in eo habentur in usum deducantur.

Romae, die 23 iunii 1933, in festo SS. Cordis Iesu.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

suo prudenti iudicio iam nunc communicet, cum postea in *Actis Romanis* edenda sit.

Quod si numerus exemplarium hinc missus non sufficiat, velit R. V. alia exemplaria a nobis tempestive petere, et libenter mittemus.

Commendo me ss. SS.

Tusculi, die 26 iulii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS DEMAUX-LAGRANGE
Secr. Soc. Iesu.

DE MINISTERIORUM ATQUE OPERUM DELECTU NOSTRORUMQUE AD EA INSTITUTIONE.

SYNOPSIS TOTIUS EPISTOLAE.

PROOEMIUM. — Magnum rei momentum.

PARS I.

1. Nihil subducendum ab integro formationis curriculo.
2. Ne desint sufficientia talenta in iis qui admittuntur.
3. De Seminariis minoribus Societatis sedulo curandis.
4. De studiis in Iunioratu.
5. De experimento Magisterii.
   - *a*) Est experimentum in bonum Scholasticorum non Collegiorum.
   - *b*) Abusus auferendi.
   - *c*) Magistri et Praefecti disciplinae perpetui parandi.
6. De philosophia et theologia in ordine ad virorum eminentium formationem.
7. Tres causae cur non ulterius in hac via progressi sumus.
   - *a*) Non tempestive monentur Scholastici de peculiaribus studiis.
   - *b*) Falso putatur nonnisi eos esse peculiaribus studiis excolendos, qui ingenium habeant extraordinarium.
   - *c*) Deest sufficiens directio Superiorum.
8. Instituta Pontificia Romana impensius iuvanda.
9. Removeantur impedimenta studiorum.

a) Nimia Professorum et Scholasticorum ministeria.
b) Immoderata academiarum multiplicitas.
c) Inordinatum recentium linguarum studium.

10. Adiumenta studiorum suppeditanda, praesertim bibliotheca.
11. Etiam ad alia officia (Superioris, Procuratoris, etc.) parandi qui apti futuri sperantur.

PARS II.

12. Operum ministeriorumque delectus accurate faciendus, nec nimia suscipienda.
13. In specie, talis delectus fiat:

a) Non emolumenti temporalis intuitu.
b) Etiam ad ministeria humilia.
c) Non omnia acceptando.
d) Inter ipsa opera nostra rectam proportionem servando.

14. Selectus personarum.
15. Operarii et Scriptores dirigendi.

CONCLUSIO.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS ALIOSQUE SOCIETATIS SUPERIORES.

REVERENDI IN XTO. PATRES:
P. XTI.

Nemo vestrum ignorat inter praecipua esse Superiorum officia optimam sodalium institutionem curare eosque in varia munera variosque labores quam aptissime distribuere. Iamvero, augescente in dies ex divina largitate sociorum numero simulque augescentibus operae nostrae petitionibus, nostra quoque de duplici illo tanti momenti officio rite adimplendo sollicitudo augeatur oportet, ut Societas magnae Dei hominumque exspectationi plene satisfacere possit.

Mei igitur muneris esse duco id nunc, post Litteras Apostolicas « *Paterna caritas* », quibus Institutum Societatis denuo tam plene aperteque approbatum est, tandem praestare quod iam

diu volueram, et vobiscum, Reverendi Patres, de hac gravissima re data opera agere.

Non nova equidem dicam; sed principia quaedam de Nostrorum institutione et de laborum delectu, quae in Instituto traduntur quaeque ad mentem S. Patris Ignatii sive in aliis communibus litteris breviter attigi, sive in privatis epistolis identidem tradidi, sive in colloquiis vel allocutionibus singillatim dixi, ea nunc simul collecta apteque ordinata in memoriam revocare statui, quo et altius in animis nostris infigantur, et efficacius ad ea in praxim deducenda omnes, quotquot regendae Societatis curam habemus, pro nostro cuiusque gradu moveamur. Persuasum enim mihi est verum Societatis incrementum solidumque nostrorum operum bonum magna ex parte atque adeo totum ex hoc pendere.

I.

1. — Et primo quidem firmum ratumque sit fideliter standum esse sapientissimis Instituti nostri praescriptis nihilque ulla de causa esse subducendum integro religiosae ac scientificae Nostrorum institutionis curriculo. Nam, praeterquamquod hac sola erga Institutum fidelitate sperare licet Deum inceptis nostris copiose esse benedicturum, longo rerum usu docemur multo plura dein multoque praeclariora peracturos esse Operarios rite paratos et bene peritos, quam si statim sed immaturi in agrum dominicum descenderent. Id ipsi Protestantes de suis ministris sentiunt; et palam proclamant praestare quasdam missiones per duos tresve annos ministro orbari quam missionarios evangelicum ministerium imparatos suscipere atque ita mediocres semper manere (1).

Sed multo magis id nos movere debet, quod ipse Summus Pontifex haud semel mihi declarare dignatus est: nullo pacto velle Se ut Societatis sodales propriam formationem ob impel-

(1) Ita v. gr. in Congressu Protestantico Edimburgensi anno 1910: cfr. inter illius Congressus documenta, vol. I pag. 420 et vol. IV pp. 269 sqq.; — item in Congressu Panamericano Panamensi anno 1916: vol. III, pag. 118.

lentes necessitates contrahendam esse putent, quin immo, si id opportunum videretur, libenter Se approbaturum consilium nostro tam longo institutionis curriculo alium annum addendi: in hac enim ipsa tam longa Nostrorum institutione totum esse Societatis robur totamque vim.

Hoc quidem in primis valet de institutione religiosa, interna, spirituali, secundum S. Patris Ignatii Exercitia et Constitutiones: huic igitur primas semper tribuendas esse partes, hoc primum et potissimum esse debere studium, Praepositi Provinciarum aliique Superiores semper ante oculos habeant. Propterea, non solum nihil temporis subtrahendum est nullumque ex experimentis ab Instituto praescriptis omittendum, sed etiam, quod tam saepe, omnes meos Decessores secutus, commendavi quodque nunquam satis commendabitur, quicumque Nostrorum institutioni praeponuntur, quam aptissimi seligendi sunt, quovis alio ministerio posthabito: optimi Novitiorum Magistri et horum Socii, optimi Praefecti spirituales, optimi Instructores. Item serio et continenter vigilandum ut in tota Nostrorum religiosa institutione germanus Societatis spiritus incorruptus servetur atque adeo robustior in dies fiat, falsae huius temporis asceseos methodis studiose vitatis, quin etiam exclusis quibusdam pietatis colendae rationibus, probatis quidem et in se bonis, sed nostro spiritui non plene consentaneis.

Patet autem quantum ad hanc integram Nostrorum institutionem conferat tertia Probatio rite peracta, ut toties experimur; ideoque eam a Superioribus plurimi fieri omnes cernant. Sed ut hoc singulare tamque salutare Societatis institutum totam suam vim exserat, statim post peracta studia fiat oportet: itaque praescribitur ut a tertia Probatione « nemo differatur nisi ob gravem causam » (2).

Meum tamen consilium non est nunc de hac religiosa Nostrorum institutione fusius disserere, cum id et pluries iam praestiterim et, si Deo placuerit, rursus sim praestiturus. Nunc potius nobis penitus investigandum duco quomodo, secundum divinae Providentiae ordinem, Nostrorum dona naturalia sint excolenda et naturalia media adhibenda, quae, ut ait Sanctus Parens noster in parte X Constitutionum, « Dei ac Domini nostri instrumentum

(2) Epit. n. 427 § 1.

in proximorum utilitatem disponunt » et ad conservationem et incrementum totius Societatis in universum conferre possunt, « si tamen et addiscantur et exerceantur sincere ad solum Dei obsequium » (3).

2. — Ante omnia autem sedulo attendendum est, ne haec dona naturalia desint in iis qui in Societatem admittuntur: qua de re nonnullae audiuntur querelae in aliquot Provinciis, in quibus Superiores de numero magis quam de qualitate candidatorum solliciti videntur; cum tamen solus numerus, si non idoneis vel minus aptis constet, potius noceat, nedum prosit, tam Provinciis quam Societati universae, siquidem haec est « turba hominum », quam S. Pater Ignatius a Societate excludendam dixit (4). Iis igitur omnibus, ad quos pertinet, cum Examinatoribus, tum praesertim Superioribus, etiam atque etiam commendo, ut in candidatis scholasticis, praeter vitae integritatem et bonum iudicium ac sat firmam valetudinem, attente perpendant num satis habeantur illa dona intellectualia, quae ab Instituto nostro in iis requiruntur: aptitudo ad doctrinam addiscendam, et in rebus agendis discretio, aut certe indoles boni iudicii ad eam acquirendam; sibique de iis talentis rationem reddant sive testimonia e nostris Collegiis aliisve institutis, ubi candidati prima studia peregerunt, serio nec pro forma (ut aiunt) exquirendo, sive ipsos candidatos accurate examinando. Quod si non apti inveniantur, in pace dimittantur.

Non tamen fieri potest, ut omnes qui Societatem ingrediuntur eminentioris sint ingenii (quamquam etiam his indiget Societas et divina Providentia ei tales quoque dat copiose); immo nocet nobis haec fama, nos solum tales recipere. Sed omnino necesse est, ut talenta sint sufficientia, ita ut saltem cursum minorem theologiae cum fructu sequi possint, et cum sano iudicio coniuncta: huiusmodi homines, si vere humiles et pii sint, utilissimi erunt operarii in vinea Domini, et non raro in Societate sub ductu Superiorum plura agent, quam agerent in saeculo sibi ipsis relicti. Maximi vero momenti est illud bonum iudicium, quod S. Pater Ignatius in omnibus Societatis filiis requirit ac tanti facit, ut etiam de Praeposito Generali dicat, « quamvis doctrina

(3) *Constit.*, P. X n. 3.
(4) Cfr. *Constit.*, P. VIII c. 1 n. 2, B.

valde ei necessaria sit, qui tam multis viris eruditis est praefuturus », magis tamen esse ei necessaria prudentiae et discretionis dona ac iudicium bonum, quod utique « etiam idonea doctrina comitetur » (5). Et iure quidem: nam sine hoc sano iudicio vel maximi ingenii viri facile oneri potius quam auxilio Societati erunt.

Ad studia quod attinet, quae ante admissionem in Societatem expleri debent, servetur Congregationis Generalis XXVII^ae^ decretum, quo optandum esse edicitur « ut qui admittuntur rhetoricam vel studia quae cum ea aequantur absolverint » (6). Quod si plene observari alicubi nondum possit, fideliter saltem servanda sunt legum ecclesiasticarum praescripta, quae summatim memorat atque urget paragraphus quinta Instructionis a Sacra Congregatione de Religiosis die 1 decembris 1931 lata « de formatione clericali et religiosa alumnorum ad sacerdotium vocatorum » (7). Iuvat hic integram illam paragraphum exscribere: « Enimvero, mature iam prudenterque delectis adolescentibus religiosae vitae candidatis, Superiores impense curabunt, ut eis una cum pietatis doctrina, ad aetatem eorum accommodata, inferiores quoque disciplinae tradantur, quae in gymnasiis tradi solent (8); ita scilicet, ut non ante ad novitiatum accedant, quam humanitatis, ut aiunt, curriculum confecerint, nisi sat gravis interdum causa aliter decernendum suadeat (9), quo casu compleri debebit, antequam cursus philosophicus incipiatur ».

Quamquam probationis tempore non debent Novitii dedita opera studiis vacare (10), praesertim primo novitiatus anno, qui plerumque ut « annus canonicus » habetur (11), tamen etiam tunc aliquod de Novitiorum talentis experimentum fieri et potest

(5) *Constit.*, P. IX c. 2 nn. 6, 10 (Epit. nn. 781 § 3, 782 § 2).
(6) *Collect. Decret.*, d. 21 (Epit. n. 44).
(7) V. *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 5-14; haec § 5 habetur pag. 7.
(8) Cfr. *Cod. Iur. Can.*, can. 589 § 1. — Huius canonis praescriptum, ut « Religiosi in inferioribus disciplinis rite instructi » iam sint, hic pressius determinatur per verba: « quae in gymnasiis tradi solent »: ubi tamen vox « *gymnasium* » designat primos quinque annos curriculi studiorum classicorum.
(9) Pius XI, Epist. Apost. *Unigenitus Dei Filius*, d. d. 19 mart. 1924: v. *Acta Rom.*, vol. V, 1924, pag. 31.
(10) *Cod. Iur. Can.*, can. 565 § 3.
(11) Epit. n. 119.

et debet. Ad id non parum conducet moderata illa schola, quam in ipso Novitiatu habendam esse alias commendavi ([12]) quaeque optimum talentorum experimentum, si bene fiat, esse potest. Sed bene revera fiat necesse est tam ex parte Magistrorum, qui aptissimi esse debent, quam ex parte Novitiorum, qui tempore assignato in illud studium serio incumbant oportet, ut iam tum practice addiscant et opere compleant illud ad virilem formationem tam utile et Societatis spiritui tam consentaneum: « Age quod agis ». Bonum quoque erit ut iam tum Novitii, statis temporibus, suaviter assuescant latine loqui, quo facilius dein lingua latina utantur, quando, studiorum tempore, ex regula latine loqui debebunt. Atque ita perquam raro deinceps eveniet, id quod nunc quandoque accidit et hominum admirationem iure movet, ut paulo post biennium quidam iuvenes Societati non idonei agnoscantur atque etiam dimittantur, de quorum talentis nullum novitiatus tempore habitum erat dubium.

3. — Cum autem in compluribus Provinciis, variis de causis, necesse fuerit minora Societatis Seminaria constituere, « quae vocationibus ad Societatem praeparandis inserviunt » ([13]), ea vigilantissimis Superiorum curis iterum iterumque commendo, ut proposito fini quam optime respondeant. Itaque, post praeviam eamque severam alumnorum selectionem, etiam studiorum tempore, praepostera pietate seposita, mature dimittantur quotquot ad studia non apti aut quacumque de causa Societati non idonei deprehenduntur. Studia vero in his minoribus Seminariis nostris rite ordinentur; et quoniam maiorem ibi habemus libertatem, nostra Ratio Studiorum fideliter applicetur, ita ut alumni ad studia in Societate deinde instituenda quam aptissime praeparentur. Verum id nunquam assequemur, nisi optimi assignentur Professores, sicut saepius iam et vehementer commendavi neque tamen proh dolor! optatum mearum monitionum effectum adhuc plene vidi. Meminerint non modo Provinciales, sed etiam ceteri omnes, his Seminariis statim post Seminaria Nostrorum proprie dicta primum locum quod ad omnia tam in aestimatione quam re tribuendum esse ante quaecumque externorum Collegia, si modo ea non detrimento sed adiumento Societati sint velimus;

([12]) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1930, pag. 683.

([13]) *Collect. Decret.*, d. 18, 3° (Epit. n. 29 § 1, 3°).

ideoque ad ea non Professores qui alibi docere nequeant et fere inutiles sint (ut haud semel etiam nunc alicubi fit), sed aptissimi quique mittantur, et tales qui etiam optimo vitae religiosae exemplo praecellant. Vix credibile est, quantum haec exempla influxum habeant in totam futuram alumnorum vitam. Nihil autem prohibet, quominus hi alicuius vicini Collegii (sive nostri sive alius Instituti) scholas frequentent, ubi tamen et pietate et diligentia et profectu in studiis emineant oportet; domi vero accurate iuventur secundum proprium horum Seminariorum spiritum et peculiarem indolem.

Quod de Professoribus dico, idem valet de aliis scholasticis auxiliis, quibus instruantur oportet quam optime. Neque id alia Collegia moleste ferant, immo magnis quoque cum sacrificiis adiuvare debent; haec omnia enim in ipsorum Collegiorum bonum tandem vergere dicenda sunt, cum complures futuri Collegiorum magistri in his Seminariis educentur, qui munere suo eo melius sunt functuri, quo melius haec prima sua studia peregerint.

Quin et pro integra religiosa ipsorum alumnorum formatione summi momenti est, ut studia in his Seminariis non aliquali ratione sed optime instituantur: nam validum formationis instrumentum est disciplina adamussim servata et solida studendi methodus secundum praestitutas normas in ordine ad futura studia bene disposita. Querelae interdum audiuntur quod non omnes Scholastici, qui ex his Seminariis proveniunt, plenam Societatis formam induere videantur: nonne id fortasse etiam hinc repetendum est, quod primis suae institutionis annis disciplinae scholasticae et seriis studiis non bene assuefacti fuerint? Cavendum praeterea ne alumni tempus inutiliter terant, sed iam tum temporis pretium ab omnibus plurimi aestimari videant: vel unus annus, quo futurus unius sacerdotis apostolatus ex nostra incuria retardetur, non parva res coram Domino habenda est nobis, qui maiorem eius gloriam semper et in omnibus quaerere debemus.

Ne autem iteratae hae meae commendationes brevi oblivioni dentur, curent Provinciales, collatis inter se consiliis si de una eademque regione agatur, peculiarem secundum cuiusque regionis necessitates Ordinationem studiorum parare, mihi deinde subiiciendam et probandam, in qua cum de his Seminariis regendis

tum potissimum de studiis in iis apte instituendis certae tradantur normae. Atque in primis, attenta maiore, qua (ut dixi) in his Seminariis utimur, libertate sequendi nostram Rationem Studiorum, studio linguae latinae et graecae is detur locus, quem tanti momenti disciplinae merentur atque constans Societatis traditio eis assignatam vult [14].

Dolendum enim est quam maxime quod nunc plerisque in locis lingua latina praesertim, hoc commune omnium ecclesiasticarum disciplinarum instrumentum, hoc totius Societatis vinculum, hoc tam necessarium et longo usu comprobatum totius institutionis fundamentum, tam valde negligatur, ut interdum statim post studia humaniora conquerantur Scholastici in philosophiae studio id sibi impedimento esse quod linguam latinam non bene calleant. Et tamen semper nobis haec lingua et utilis et necessaria est, si Ecclesiae ac Societatis vitam propius ac studiosius, ut debemus, sequi, atque unius nos esse familiae membra intime sentire velimus [15].

4. — Quod de minoribus Societatis Seminariis dixi, id profecto a fortiori valet (ut scholastico utar sermone) de studiis humanioribus et rhetoricae, quae post novitiatum fiunt, quaeque multis in locis « Iunioratus » vulgo audiunt. Professores igitur quam aptissimi illuc prae ceteris Collegiis mittendi sunt, nostrae Rationis Studiorum periti et (quod valde attendendum) stabiles. Nam, quomodo studia humaniora et rhetoricae bene institui poterunt, si Magistri tam facile, tam saepe, tam improviso mutantur, ut alicubi fit? si unus idemque Magister modo uni modo alii eique diversissimae disciplinae docendae applicatur? si huiusmodi Professorum disciplinarumque mutationes paucis diebus ante initium anni scholastici fiunt, sicut haud semel accidit?

Ad nostram autem Rationem Studiorum quod attinet, eius sin minus litteram, spiritum tamen fidelissime in nostris Iunioratibus applicatum velim, attentis quidem semper necessitatibus nostrorum temporum et varia alumnorum aetate varioque eorum in studiis gradu. Non ignoro id haud parvis obnoxium esse difficultatibus, quia plerumque cogimur novarum docendi me-

---

(14) Cfr. Epit. n. 297.

(15) Cfr. Pius XI, Epist. Apost. *Unigenitus Dei Filius*, d. d. 19 martio 1924: *Acta Rom.*, vol. V, 1924, pag. 32.

thodorum aliquam saltem rationem habere. Verum ipsae hae difficultates nos urgere, nedum nostros animos frangere, debent ad rem penitus investigandam, excutiendam, quaquaversus scrutandam, donec bonam solutionem inveniamus.

Neque est cur repetam quantopere nobis contendendum sit, ut Nostrorum formatio humanistica ad priscas Societatis traditiones omnino redeat, et quam maiores nostri linguae latinae peritiam ad Dei gloriam Ecclesiaeque bonum adepti sunt, eam nos aemulari nitamur. Hoc unum addam, utilissimum esse etiam iis, qui studiorum classicorum curriculum iam ante Societatis ingressum extra scholas nostras expleverunt, per unum saltem annum haec studia secundum nostram Rationem Studiorum repetere, quo profundiorem litterarum humaniorum cognitionem acquirant, quae pro tota vita iis utilissima erit.

Haec humanistica formatio summi quoque momenti est, ut Nostri tempestive addiscant modum res sive verbo sive scriptis apte proponendi. Memini R. P. Ludovicum Martin p. m. me olim, cum Provincialis Romam vocatus fuissem, ad hoc attentum fecisse, quod S. Pater Ignatius, ubicumque de doctrina agit, semper etiam de modo eam communicandi tractare soleat; rhetorica vero hyperbole usus, optimus ille Praepositus affirmare est ausus: « Hic modus maioris momenti est quam ipsa doctrina ». Et sane, quam recte haec dicerentur, meis ipse oculis saepissime vidi.

Prudentissime igitur in Societate provisum est ut per totam Nostrorum formationem etiam in hanc rem multa impendatur cura: iam inde a novitiatu declamationes fiunt, quas « tonos » dicimus, et omnes in parvis concionibus domesticis exercentur (16); item eodem novitiatus tempore exercitia quaedam valde utilia institui solent, sive ad vocabulorum pronuntiationem corrigendam vel perficiendam, sive ad spirituales collationes habendas (17). Praeter rhetoricam vero quam optime traditam et praeter « tonos » qui ad finem usque theologiae continuantur, per totum studiorum curriculum Scholastici conciones diligenter paratas coram aliis, sub ductu alicuius periti Patris, habere debent, eorumque animadversiones audire (18); praeterea, identi-

(16) Cfr. Epit. n. 152 § 2.
(17) Cfr. *Collect. Decret.*, d. 54 (Epit. n. 187 § 1).
(18) Cfr. Epit. nn. 308 et 361 §§ 2, 3.

dem habentur sollemniores quaedam academiae, in quibus opportuna datur cuique occasio stilum exercendi et linguam vernaculam excolendi. Quae omnia si constanter et accurate fiant, mirum quantum ad futuros oratores et scriptores formandos conducant. Quod si hac in re quidpiam alicubi desideretur, ex hoc potissimum est repetendum quod ab his nostris sapientissimis traditionibus aliquantulum recesserimus aut eas iam non fideliter sequamur. Curandum quoque, ut studia scientifica, quae sive ad gradus civiles dein obtinendos sive, ut nunc legibus ecclesiasticis praescriptum est, ad ipsum cursum philosophicum aggrediendum necessaria sunt, rite ab omnibus, quorum interest, peragantur.

5. — Post Iunioratum, ut semper factum est, Scholastici nostri in philosophica studia incumbere debent. Sed, quoniam de iis melius agam ubi de theologia tractandum erit, ut de Nostrorum in utraque disciplina formatione simul habeantur principia, hic iam ad experimentum illud accedamus, quod medium inter philosophiam et theologiam collocari solet quodque Magisterium vocamus. *Experimentum* dico, et per hoc verum illius magisterii conceptum significare velim: est experimentum non proprie (saltem non primum nec praecipue) ad bonum Collegiorum, sed ad meliorem ipsorum Scholasticorum formationem ordinatum, ut veri Socii Iesu perfecte fiant. Id iam late exposui in epistola de ratione comparandi Societati viros excellentes die 10 aprilis 1918 data (19), ubi pro meo officio etiam graves querelas rettuli de modo, quo plerumque magisterium in Collegiis instituebatur. Qua quidem in re magnus ab eo tempore haberi coeptus est progressus, praesertim quod ad magisterii diuturnitatem minuendam; sed multae etiam nunc audiuntur querelae, quas equidem repetere cogor; et qui res bene norunt, ii profecto sciunt me in hoc superlationi nullo modo indulgere. Etiam nunc enim verae huius magisterii indolis saepe obliviscuntur Collegiorum Rectores, qui interdum nihil fere aliud curant nisi maximum ex Scholasticis pro suo quisque Collegio emolumentum in praesentiarum extorquere, nihil de complenda ipsorum formatione solliciti. Atque ita non raro iuvenes illi Magistri tanto obruuntur labore, ut ne cotidiana quidem pietatis exercitia rite peragere possint;

(19) *Acta Rom.*, vol. II, 1918, pp. 583-590: locus de magisterio habetur pp. 584-586.

et sic magisterium, fatentibus gravioribus Patribus, saepe in magnum et fere insanabile damnum vergit vitae spiritualis non modo singulorum Scholasticorum sed totius Societatis, cum per illud experimentum spirituale aedificium tam diuturnis assiduisque curis per tot annos exstructum labefactetur in iis, qui Societatis spes sunt et futurum robur.

Item etiam nunc hi Magistri haud raro diversis quotannis scholis et materiis explicandis addicuntur, nulla de ipsorum talentis melius exercendis habita ratione, vel officiis fungi iubentur, quae nihil ad eorum intellectualem formationem conferunt; et sic pretiosissimum iuventutis tempus, quo ex ipsa hominis natura maior habetur ad discendum facultas, cum maximo atque irreparabili totius futuri apostolatus detrimento misere pessumdatur. Et quod magis dolendum est, ii potissimum hoc tanto laborum pondere et exitiosa quam dixi officiorum varietate fatigantur, qui, maioribus naturae et gratiae dotibus praediti, maiorem de se spem faciebant, quique contra hoc modo et spiritu et corpore fracti, ad studia theologica sine vi, sine ardore accedunt et per totam vitam vix supra mediocritatem sese extollent aut saltem illam excellentiam numquam assequentur, quam dona ipsis a Deo collata iure sperare fecissent.

Meminerimus, Reverendi Patres, subditos quidem, qui se ab obedientia regi sinant, copiosa obedientiae suae merita sibi cumulare, sed nos de tanta divinorum munerum iactura districtam Deo rationem esse reddituros; nos, inquam, Superiores, qui subditorum talenta non ut domini in potestate habemus, sed ut administratores, qui se Dominum ac Iudicem supra se habere sciunt, reverenter apteque distribuere debemus.

Ubi igitur huiusmodi abusus irrepserint, necessaria est reformatio: reformatio mentis et reformatio praxis, ut omnia ad mentem S. Patris Ignatii secundum finem huic experimento praestitutum ordinentur. Ne ergo primum de auxilio Collegiis vel Universitatibus nostris praestando cogitent Superiores, sed de Scholasticorum formatione complenda; ideoque a me ne petantur dispensationes, ut Scholastici aut ante absolutum philosophiae cursum ad magisterium mittantur aut ultra tres annos in eo retineantur [20], nisi tales sint rerum rationes, ut excep-

[20] Cfr. *Collect. Decret.*, d. 84 (Epit. n. 295 § 1).

tio revera firmet regulam. Et quoniam salutare illud Congregationis Generalis XXVII decretum attigi, quo graviores abusus hac in re tandem ablati sunt, meminerint Provinciales vi eiusdem decreti has exceptiones uni Generali reservatas esse, ita ut ipsi sine Generalis facultate magisterium neque philosophiae anteponere neque ultra tres annos producere possint, nisi quando quis tam parum in virtute satisfecerit, ut ad normam Instituti [21], ab inchoanda theologia ad emendationem retardari debeat; sed etiam tunc Generalis monendus est. Triennium vero ut « maximum » habendum esse ipsa decreti verba satis ostendunt; cum biennium ex una parte ad finem intentum plerumque sufficiat, ex altera vero incommodis careat, quae ex diuturna studiorum interruptione iure timenda sunt.

Hoc autem biennis vel ad summum triennis magisterii tempore Scholastici, postquam a perito quodam Patre etiam in arte paedagogica rite parati sint, bene quidem occupentur, sed non ita ut obruantur labore. Praeterea peculiari ratione Praefecto spiritus commendentur, ut ex maiore rerum usu, quem in magisterio acquirunt, etiam in vita spirituali proficiant. Item alicui Patri committantur, qui eorum intellectualem formationem, ut dixi, curet eosque ad id prudenter et assidue adiuvet. Nam plerumque non convenit his Scholasticis plenum Magistri munus concredere, sed iuvat potius eos vices gerere alicuius periti Patris et sub huius ductu munere suo fungi.

Iamvero haec magisterii peragendi ratio tantum abest ut Collegiis noceat, ut non modo utilis sed necessaria prorsus dicenda sit, quo Collegia nostra eminentiora fiant. Quamquam enim, propter nostram educandi methodum et sapientes maiorum nostrorum traditiones ac memoriam, Collegia nostra fere ubique magna adhuc fama utuntur, fateri tamen debemus ea in variis regionibus aliquod damnum passa esse.

Quod si huius detrimenti causam quaerimus, eam profecto in hoc potissimum inveniemus, quod Magistrorum perpetuorum non sufficientem numerum habeamus, qui magisterio totos se dedant in eoque se magis magisque in dies perficiant. Hi sunt Professores, qui, secundum spiritum Instituti nostri et S. Patris Ignatii mentem, in sua quisque disciplina excellere conantur at-

---

[21] Epit. n. 295 § 3.

que ita maximam cum sibi tum Collegio seu Universitati cui sunt addicti auctoritatem conciliant, eximia cum Societatis laude ad maiorem Dei gloriam.

Quod iam vehementer urgebat P. Claudius Aquaviva ([22]), nunc vero id, si temporum nostrorum rationem habere velimus, multo magis necessarium esse dicendum facile apparet rem tranquille consideranti. Quin immo, non solum Magistris perpetuis, sed etiam perpetuis alumnorum Praefectis (quocumque demum nomine vocantur) indigemus: nunc enim multo difficilior facta est sana iuventutis institutio, ita ut, nisi viris vere peritis committatur, periculum adsit ne manca sit et valde imperfecta. Praeterea augeri ubique videmus tractatus et disputationes de paedagogia; saeculares et laici cuiusque regionis et indolis his quaestionibus student assidue, ac Societatis methodum, qualem ex historia traditionibusque nostris norunt, haud raro admirantur sincere; nos contra, qui tantam his rebus lucem afferre atque in iis tam magnam tamque utilem partem ad falsae paedagogiae principia refellenda et praeiudicia dissipanda habere possumus, ab huiusmodi studiis nimis absumus. Ne hoc in gravissimum Collegiorum nostrorum detrimentum et sanae paedagogiae damnum cedat, oportet ut habeamus homines qui educandae iuventuti se totos perpetuo applicent, qui rei paedagogicae assidue et impense studeant, qui theoriam cum rerum usu coniungant, qui conventibus de hac re digne interesse possint.

At nunc interdum alumnos nostros imperitis iuvenum Magistrorum manibus committimus, qui, quando aliqualem experientiam acquisierunt, a Collegiis revocantur, nunquam forte dein ad idem officium redituri. Quem quidem nostrum agendi modum vel amicissimi nostri acerrime carpunt eumque rationi repugnantem aperte conclamant: experimentum scilicet, ut dicunt, in anima vili facimus, sed ita ut experimenta multiplicemus neque unquam experimentorum fructum colligamus. Non tamen sequitur ut aut magisterii experimentum sit producendum, aut Scholastici dum philosophiae dant operam, ad magisterium sese proxime parare debeant, id quod solido philosophiae studio maxime noceret et formationi pro tota vita formationem pro transitorio munere praeponeret. Hoc unum potius sequitur, ut Magistri

([22]) Cfr. *Acta Rom.*, vol. II, 1918, pag. 585.

et Praefecti perpetui parentur, qui post sacerdotium humili huic at maximi momenti officio vel per totam vitam aut saltem per diuturnum tempus fungantur.

Non equidem ignoro hanc in magisterio instituendo mutationem aliquid difficultatis initio esse habituram et forte etiam aliquod nocumentum ad tempus allaturam esse; sed haec damna Superiorum prudentia praecavere aut saltem minuere poterit, et sane « centuplo » quod postea colligetur abunde compensabuntur. Etiam hic verum est illud evangelicum: « Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert » (23). Unum autem ex praecipuis emolumentis hoc erit, quod valde minuentur illae tam frequentes Praefectorum et Professorum mutationes, de quibus tot querelae iure fiunt quaeque nostrorum Collegiorum auctoritati tantopere nocent, etiam apud antiquos alumnos, qui post paucos annos nullum iam in « suo Collegio » inveniunt ex Patribus sibi notis et carissimis, quibuscum libenter servassent amicitiae commercium et sibi et nobis valde utile.

Maxima fortasse difficultas contra ea quae huc usque disserui haec videri potest: ubinam invenientur tot Magistri et Praefecti perpetui qui huic labori, post sacerdotium et per plurimos annos, sin minus libenter, saltem non omnino inviti (nam « violenta non durant ») totos se dedant? nunc praesertim, quando, ut alicubi putatur, iuvenes nostri erga Collegia minus bene affecti sunt. Atqui divinae gratiae et Nostrorum virtuti ego magis fido! Si iunioribus nostris, qui Regnum Christi dilatare utique ardenter cupiunt, apte proponatur hanc ipsam esse efficacissimam sui zeli explendi rationem; si omnes, ut Sancti Ignatii filios decet, intime persuasum habeant se ibi tantum ad maiorem Dei gloriam magno fructu laborare posse, ubi ex obedientia versentur; si bonae iuventutis institutionis utilitas et necessitas in dies augescens ubique, etiam in Missionibus, testantibus ipsis Excellentissimis Delegatis Apostolicis, attente perpendatur; si peculiaris promissio « circa puerorum eruditionem » in omnibus ultimorum votorum Sacerdotum formulis contenta coram Deo rite perpendatur, quae quidem proxime doctrinam christianam

(23) IOAN., XII, 24, 25.

docendam respicit, sed neminem latet hanc christianam iuventutis institutionem praecipuum esse finem ob quem Societas Universitates et Collegia condit et regenda suscipit; si haec omnia, inquam, recolantur, fieri nequit quin sufficiens Nostrorum numerus ad hoc ministerium se sponte offerant; ad hoc ministerium, dico, quod eo est fructuosius quo humilius, eo pretiosius coram Deo quo minus notum apud homines, eo desiderabilius quo tutius et magis ab humana quavis gloriola alienum.

Ceterum ex hoc, quem philosophi dicunt, « circulo vitioso », quo propter praesentes ac temporarias necessitates optimam nostrorum Scholasticorum formationem impedimus vel etiam pessumdamus, atque ita vicissim ipsis Collegiis, Societati, Ecclesiae ipsi grave damnum inferimus; ex hoc « circulo vitioso » (inquam) plene exire tandem debemus. Dico *plene*: nam primus passus magisterii diuturnitatem contrahendi, qui pro aliquot Provinciis valde difficilis et durus fuit, laudabili animi promptitudine iam factus est, nec sine magno fructu. Non dubito quin etiam alterum passum in hac via omnes, ad quos pertinet, eadem generosae obedientiae alacritate sint facturi.

Videar fortasse, Reverendi Patres, hac in re nimius fuisse: at necessarium duxi haec paulo fusius exponere, quia ex experimento magisterii, si quidem bene instituatur, magna emolumenta iure sperari possunt, si vero male, maxima detrimenta sunt timenda.

6. — Sed iam ad philosophiam et theologiam gressum faciamus.

Quanti momenti sit solidum philosophiae ac theologiae studium, non modo pro futuris earundem disciplinarum Professoribus, sed pro omnibus prorsus Societatis operariis, non equidem puto esse longis sermonibus demonstrandum, cum et ex gravissimis Ecclesiae legibus id magis magisque urgentibus et ex ipsis nostrorum temporum necessitatibus aperte constet. Itaque omnes qui in vinea Domini secundum Societatis spiritum laborare velint, nulla gradus diversitatis hac in re habita ratione, sive Operarii (quos presse dicimus) ii sunt, sive Magistri et cuiuscumque disciplinae Professores, sive Missionarii, sive Scriptores, in philosophia ac theologia bene fundati sint oportet, et quo plures etiam pleniore huiusmodi institutione excolantur, eo melius. Nec ullo modo probandum est (si verum est quod alicunde refertur)

ipsos Scholasticos interdum sponte exoptare ac petere ut ad minorem cursum descendant, neque id secundum Societatis spiritum esse dici potest. Curent vero Superiores et invigilent ut ipse minor theologiae cursus aptius in dies ad normam legum ecclesiasticarum ordinetur, utque tam Professores quam alumni sive in scholis sive in examinibus munere suo serio fungantur.

Verum mens non est hic de ipsis philosophiae ac theologiae studiis secundum necessitates temporum ad normam recentis Constitutionis Apostolicae « Deus scientiarum Dominus » ordinandis data opera disserere; potius unum hoc loco urgebo: eminentium, quantum fieri potest, virorum formationem.

Infitiari nolim post meas hac ipsa de re litteras anno 1918 datas [24], quas iam supra commemoravi, progressus haud spernendos factos esse, praesertim postquam nonnulla, quae ibi commendabantur, aut per Congregationis Generalis XXVII decreta aut per Epitomen ampliorem firmioremque obtinuerunt vim. Id tamen omnino non sufficit si Ecclesiae necessitatibus occurrere velimus, Ecclesiae, inquam, cui servire primum nostrum et praecipuum est officium.

7. — Attento autem oculo, pro meo munere, et quam proxime rem observans, putaverim me a veritate non longe abesse tres has causas indicando cur non ultra neque efficacius hac via progressi simus.

Et primo quidem non satis servatur id, quod iam P. Claudius Aquaviva commendavit, ut alias memini [25], quodque nunc fere iisdem verbis in Epitomen atque in Regulas Praepositi Provincialis relatum est: « Ex eo tempore quo (Scholastici) ad studia applicantur, Provinciales sollicite considerent cui ministerio vel officio aptiores esse poterunt, totoque studiorum tempore animadvertant an praeconceptum iudicium factis respondeat » [26]. Praeterea curandum est ut peculiaria talenta vel aptitudines a Deo iis data iam consueto studiorum curriculo rite evolvantur, et ii quos Superiores dein specialibus studiis applicare intendunt, tempestive moneantur [27]. Id vero non semper fit: nam, supe-

---

(24) *Acta Rom.*, vol. II, 1918, pp. 583-590.
(25) *Acta Rom.*, vol. II, 1918, pag. 584.
(26) *Epist. select.*, pag. 63; — cfr. Epit. nn. 332, Reg. Prov. 45-47.
(27) Cfr. *Acta Rom.*, vol. II, 1918, pag. 584.

rioribus his annis, complures Patres allocutus, qui sive Romae sive alibi studia specialia peregerant, paucos inveni, immo paucissimos, qui de sua ad haec studia destinatione tempestive moniti fuissent et ad eadem rite instituenda opportune directi; sed aut solum generatim aut nihil prorsus resciverant, aut etiam consilium de officiis eis assignandis bis, ter, quater mutatum fuerat, idque saepe de officiis prorsus diversis, ac tandem ad illud munus sese parare iussi erant, ad quod minora habebant talenta et propensionem.

Quanto cum dolore id animadverterim, ipsi, Reverendi Patres, facile intelligere potestis, cum vos non fugiat quantopere eminentium virorum institutio mihi cordi sit ac semper fuerit, utpote quae tantopere ad maiorem Dei gloriam maiusque Ecclesiae servitium conferre possit. Magna hominum penuria, spectatis plurimis ingentibusque operibus, quae a nobis postulantur, ubique laboramus; sed id ipsum nos adigit ad impensius curandum ne tempus viresque frustra terantur neve pretiosa Dei talenta misere dissipentur. Nonne inutilis pretiosissimi temporis viriumque iactura dici debet, si quis post laboriosissimum quinquennium in magna quadam Universitate philologiae impensum, dein ad theologiam docendam destinatus, alterum biennium de hac disciplina peragere iubeatur? Nonne idem dicendum, si quis, post plures annos physicae deditos, deinde Sacrae Scripturae cursum in Pontificio Instituto Biblico sequi debeat? Exempla non fingo sed narro.

Accedit quod hi aliique Patres bene multi, quos commemorare possim, ad huiusmodi studia peragenda mittuntur aetate longius provecti, quando mentis acies iam paulo obtusior est ad discendum in schola et memoria iuvenilem viriditatem amittere coepit; quam ob causam, intuitu futurorum studiorum peculiarium, praescribitur in regulis Praepositi Provincialis ut « meminerit regulariter quotannis ex iis Scholasticis, qui plus ceteris profecturi videantur, unum aut etiam plures statim post philosophiam theologiae applicandos esse » ([28]). Laudandi sane subditi, qui talia studia etiam in illis adversis rerum condicionibus ex obedientia animose aggrediuntur; sed non ita laudandi Superiores, qui haec tempestive non praeviderunt et hos praepo-

([28]) Reg. Provinc. 44; Epit. n. 295 § 1.

steros conatus, quorum fructus labori non respondebit, subditis imponunt.

Quam magnus contra profectus cernitur in iis, qui sese ad peculiaria studia applicatum iri tempestive certiores fiunt! maxime si de Scholasticis agatur vere selectis et si haec designatio fiat, ut debet, secundum cuiusque talenta atque inclinationes ([29]). Id autem optime sine ullo prorsus generalis in philosophia ac theologia formationis detrimento, quae sane omnibus necessaria est, praestari potest ac debet.

Studiose igitur curet Provincialis, ut quae hac in re tam sapienter praescripta sunt, fideliter serventur. Nec praetermittendum illud quod ipsius regula 47 ei praescribit: « Librum habeat suis successoribus cum opportuna declaratione tradendum, in quo quid in hac re statutum fuerit, annotet; id autem neque ipse neque eius successores, nisi gravi de causa, immutent » ([30]). Quod quidem non modo de studiorum tempore dictum existiment Provinciales, sed etiam, atque adeo multo magis, de tempore quod subsequitur: nam, postquam quis peculiaribus studiis vel peculiari ratione ad aliquod munus formatus est, aliis rebus sine gravi causa applicari non debet, sed in suam disciplinam sinatur incumbere, in qua insignis revera fieri poterit; alioquin illud idem maximum haberetur damnum, quod paulo ante deploravi.

Id iam non semel conquestus erat R. P. Petrus Beckx, cuius gravissima verba etiam nunc opportuna videntur: « Commemoranda est, inquit ille mitissimus Societatis Praepositus, gravis multorum non solum ex Societate, sed etiam externorum querimonia de mutatione personarum et munerum in nonnullis Provinciis tanta, ut vix non singulis annis in plerisque domiciliis maior Sociorum numerus immutetur, et Socii ipsi brevi annorum spatio plura eaque diversissima ministeria obire cogantur. Quod etsi, in Provinciis praesertim nondum bene constitutis, evitari semper ex integro non posse scio, ubi tamen frequens esse solet, praeter alia multa hoc habet gravissimum incommodum, ut Nostri per multa ministeria transeuntes in nullo, ut ita dicam, radices agant, atque saepe etiam taedio affecti animoque cadentes ad se perficiendos vix amplius serio incumbant » ([31]). « Ex

---

([29]) Cfr. *Constit.*, P. IV c. 5 n. 1, C.
([30]) Reg. Provinc. 47; Epit. n. 332 § 3.
([31]) Litt. d. d. 5 febr. 1860 ad Provinciales: *Epist. select.*, pag. 138.

hac autem agendi ratione, ait idem P. Beckx in alia epistola, sperare non possumus fore ut Societas, licet Sociorum numero in dies augeatur, tamen progressu temporis etiam plures homines nanciscatur, qui, iuxta Instituti nostri finem, virtute, doctrina et prudentia maiorem Dei gloriam et aeternam proximorum salutem propensius ac validius promovere possint » ([32]).

Verum, cum contra virtutem, ut docet S. Thomas ([33]), peccari possit non tantum per defectum sed etiam per excessum, meum est hoc alterum quoque cavere periculum, id est ne tam vehementer hae commendationes urgeantur, ut subditi ab ea excidant ad quaevis munera et officia religiosa indifferentia, quae ad ipsam Instituti nostri substantiam pertinere dicenda est. Ne igitur patiantur Superiores ut haec sancta indifferentia aliquid detrimenti capiat in filiis Societatis, qui, quantum in se est, semper ad omnia parati esse debent; ceterum (Deo sint grates!) in optimis quibusque sodalibus et maximi talenti viris hanc vere Ignatianam docilitatem haud raro cernimus tantam, quae ad exemplum adduci possit.

Secunda ex tribus causis, quas supra commemoravi, haec est quod nonnulli Superiores putant eos tantum Scholasticos peculiaribus studiis esse excolendos, qui ingenium omnino eximium et singulare habere videantur. In quo tamen errant: nam, ut saepe videmus, etiam talenta bona quidem, sed potius vulgaria, si cum recto iudicio et seria ad studium applicatione iungantur, quae in bonis religiosis (de iis enim loquor) semper profecto inveniri debent, ipso studiorum usu evolvuntur et perficiuntur ac demum huiusmodi viri eximii professores evadunt, cum maxima contra talenta interdum parum apta ad alios docendos deteguntur.

Tertia denique causa haec est, quod vel nulla vel admodum manca est Superiorum directio ipso studiorum tempore. Sanctus Pater noster Ignatius, qua erat prudentia, non omnes eodem calle esse ducendos dicebat; idque non modo de vita spirituali ([34]), sed etiam de vita intellectuali sentiebat, ut patet v. gr., prae-

---

([32]) Litt. d. d. 13 iun. 1877 ad Provinciales: *ibid.*, pag. 157.

([33]) *Sum. Theol.*, II-II, q. 92 a. 1, c.

([34]) Cfr. *Selectae S. Patris Nostri Ignatii Sententiae,* quae in fine « Thesauri spiritualis S. I. » edi solent; num. VIII sic se habet: « Res plena periculi est uno omnes calle cogere velle ad perfectionem: quam varia quamque multiplicia sint Spiritus Sancti dona talis non intelligit ».

ter alios locos Constitutionum, ex capite quinto partis IV^{ae}, ubi Sanctus Legislator saepe loquitur de « particularibus personis », quae a Superioribus quod ad studia singillatim dirigi debent [35]. Itaque Superiores et Professores singulorum Scholasticorum diligenter et paterno cum amore curam habeant, eosque, pro cuiusque indole et necessitate in toto studiorum labore assidue sequantur et iuvent, opportuna consilia et directionem cuique aptando. Multum quidem temporis hac ratione insumendum erit; sed est obligatio ex ipso Superioris aut Professoris officio profluens, quae ceterum, si rite adimpleatur, multum fructum afferet; siquidem de apostolis Christi formandis agitur, qui eo copiosiores portabunt manipulos quo paratiores in agrum dominicum descendent. Nec putandum subditos hanc continuam Superiorum directionem fastidire, immo vero eam magis desiderant quam credatur; quod si qui videantur ab ea se subducere velle, ii impensius sunt adiuvandi, ut in spiritu fidei magis ambulent Deumque in Superioribus cernere assuescant, et mox, quam magnum sit emolumentum sub assiduo obedientiae regimine vivere, facile videbunt.

Quae quidem directio praestari debet etiam erga eos, qui studia peculiaria in aliqua civili Universitate peragant. Nam valde necessarium est ut hi quoque sentiant se paterna Superiorum providentia ac prudentia continenter regi, ne tempus frustra terant. Ipsa huiusmodi Universitas diligenter secundum finem intentum nec meris externis rationibus eligenda est: nam, ut nihil dicam de alius generis periculis, quae viro religioso in quibusdam saecularibus Universitatibus, ut proh dolor! experti novimus, imminere possunt et quorum sane ratio habenda est, non quaevis Universitas ad quaevis studia neque ad quaevis talenta excolenda eodem modo apta est. Adsit etiam peritus Pater oportet, qui iuniores Nostros studia in Universitate peragentes dirigat eosque iuvet ad disciplinas eligendas, ad thesim parandam, ad fructum (ut uno verbo dicam) quam maximum ex suis studiis colligendum: saepe enim optima talenta sibi relicta dissipantur, cum facile huiusmodi homines rebus nimis specialibus nullius fere utilitatis sese dedant; eo magis quod viris religiosis deest magnum illud incitamentum quod saeculares tantopere urget, desiderium inquam lucri et optimum sibi compa-

(35) Cfr. v. gr. P. IV, c. 5 n. 1, C, et n. 2; c. 6 n. 6, E, etc.

randi vitae genus; quamquam decet profecto ut non minore nos ardore gloriam Dei et animarum bonum quaeramus. Optimum quoque erit de his rebus Patrem Generalem consulere, qui, cum tot eximii Professores undequaque vocati et in sua quisque disciplina apprime periti, Romae degant, facile poterit, horum eruditione et experientia adiutus, opportuna dare consilia.

Haec omnia, Reverendi Patres, etiam atque etiam commendo ut fideliter omnes servanda curent. Urgere autem debeo ut iam hoc ipso anno maior Scholasticorum numerus designetur ad peculiaria studia peragenda, praesertim ut apti parentur Professores philosophiae ac theologiae. Quae quidem studia peculiaria nunc, non iam ex solis nostris Constitutionibus, sed ex aperta quoque Ecclesiae voluntate, cum omnino ex novis Ecclesiae legibus requirantur ad Professoris munus in ecclesiasticis Facultatibus, etiam in Nostrorum Collegiis, suscipiendum. Provinciarum catalogos pervolventi mihi perpauca occurrunt Collegia et Universitates, quae iustum Professorum numerum habeant; et in iis quoque, si quis e Professoribus suo muneri sive morte sive morbo impar fieret, nullus forte aut vix inveniretur qui ei apte succederet. Atque ita fiunt illae tam infaustae designationes, quas dixi, primum quemque philosophiae vel theologiae Professorem inopinate creando, qui in alia prorsus disciplina excolenda per longum tempus totus fuerat. Desunt maxime Professores Sacrae Scripturae, theologiae, iuris canonici, historiae ecclesiasticae, in quibus olim tot tantique e Nostris excelluerunt; omnino etiam convenit iam hoc anno aliquos ad studia missiologica perficienda mittere.

8. — Neque oblivioni dent Provinciae se optimos quosque Professores suppeditare debere Institutis Pontificiis Societati commissis, idque cum ex fidelitate erga Sanctam Sedem et ex amore erga Ecclesiam Christi, tum etiam ex debita Societatis dilectione; ipsius enim Societatis maxime interest ut haec Instituta revera floreant, cum eorum status sive malus sive bonus maioris sane pro tota Societate sit momenti, quam prima fronte apparet. Quamobrem hanc Romanorum Institutorum curam et assiduam sollicitudinem, etsi forte alicui nimia videri possit, ut sanctam decessorum meorum hereditatem custodire conabor, eamque urgere non desistam: nam, ne quid dicam de S. Patre Ignatio, P. Iacobus Laynez iam tum eximios quosque lectores Romam

venire iubebat et ut quam plurimi novi professores apte instituerentur ubique, continenter commendabat ([36]).

9. — Sed ut haec omnia rite praestentur, necesse est, Superiorum ac subditorum curis amice conspirantibus, omnia removere studiorum impedimenta, omnia adiumenta comparare. Ne miremini autem, Reverendi Patres, si impedimentis apostolica ministeria in primis annumerem, ut alias nec semel a me audistis; nimis facile enim hac in re praeposterus zelus fallitur, quemadmodum vel ipsae iteratae Generalium monitiones aperte ostendunt. Fortiter igitur Superiores importunis petitionibus obsistant, et curent ut etiam Episcopi et Parochi intelligant hac una de causa nos operam nostram recusare, quia ab ea in his adiunctis praestanda Instituti nostri praescriptis et Ecclesiae legibus prohibemur. Subditi vero intempestivum ardorem coerceant, vel potius illum ad studia convertant, quae, apostolico fine suscepta, apostolicum ministerium et ipsa fiunt, ut S. Pater Ignatius tam belle exponit in admirabili illa epistola ad Scholasticos Conimbricenses de perfectione et zelo animarum, quam Scholastici nostri semper ad manus habere deberent ([37]).

Meminerint porro omnes id quod toties et praesertim data

([36]) Cfr. *Monum. histor. S. I.*: *Lainii Monumenta*, vol. IV, pp. 75-78, 567, 668, 706; vol. V, pp. 2, 200; vol. VI, pp. 66, 363, 376, etc.; vol. VII, pp. 86, 197, 439, etc. etc. — Iuvat hic referre brevem locum epistolae d. d. 19 dec. 1558, qualis in *Lainii Monumentis* (vol. IV, pp. 76-77) legitur, servata quoque archaica orthographia italica: vol. IV, pp. 76-77: « . . . Perchè a tutti quei della Compagnia, et specialmente a coloro che tengono cura d'altri, conuiene che habino uniuersal amore a tutto il corpo d'essa, et non solamente alla parte che specialmente l'è stata raccomandata; raccomanda molto nostro Padre a tutti li superiori, ch'abbino risguardo, non solamente e che li soggetti che sotto sua cura stanno, si conseruino, et sieno utili al seruigio divino, et aiuto del luogo dove stanno; ma che si conoscesse che han talento per aiutare più il bon commune in altra parte o in altro essercitio, che si contentino più di ciò, et avisino il superiore; il qual provedendo li luoghi particulari di quanto li conviene, è bene tenga notitia di quelli che si potriano disponere ad esser più utili ad aiutar più il ben commune . . . ». — Epistola scripta est italice a P. Ioanne de Polanco, Societatis Secretario, sed nomine R. P. Iacobi Laynez, ideoque huic iure tribui debet. Missa est autem « Societatis universae Superioribus » (ut inscribitur in l. c.).

([37]) Ideoque etiam in libello Regularum (editione parva pro Scholasticis) nuper edito habetur; item in « Thesauro spirituali S. I. » edi solet.

opera die 30 iunii 1930 commendavi [38]: Scholasticos, etiam post sacram presbyteratus ordinationem, nullo modo ut « operarios », ne vacationum quidem tempore, esse adhibendos, donec integrum religiosae et scholasticae formationis curriculum compleverint. Parva vero ministeria, quibus Scholastici ad futurum apostolatum praeparantur, versentur ut plurimum in doctrina christiana pueris ac rudibus tradenda, nec plenam alicuius operis directionem suscipere permittantur [39]. Ad Professores vero quod attinet, sedulo cavendum ne hac in re et ipsi fines transgrediantur saepe iis statutos; sed, cum tam recens sit mea hac de re Instructio die 12 iunii 1931 data [40], spero equidem non necessarium fore in eius observatione urgenda diutius immorari. Unum tantum in memoriam redigo: vacationum tempus tam Scholasticis quam Professoribus aptissimum esse ad laborem illum scientificum, quem novae Ecclesiae leges exigunt sive ad ipsos gradus academicos adipiscendos sive ad facultatem conferendi gradus digne sustinendam et servandam; singulis enim trienniis in relatione Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus exhibenda etiam de labore scientifico Professorum ratio reddi debebit.

Aliud quod serio praecipuarum disciplinarum studio non parum officere solet, est immoderata academiarum quas vocant multiplicitas, de iis potissimum rebus, quae ad spiritus dissipandos potius quam erudiendos natae sunt. Tot iam praescribuntur disciplinae, tot iam (nunc praesertim ex novis Ecclesiae legibus) institui debent scholae supplementares, quae satis profecto facere cuiusque optatis et cuiusque activitati explendae respondere possunt.

Item haud parum impeditur profectus in studiis ex inordinato recentium linguarum studio. Laudo equidem vehementer Superiorum sollicitudinem curandi ut complures e Nostris, pro cuiusque talento, alias quoque linguas, praeter classicas et nativam, ita saltem addiscant, ut eas facile legant et intelligant, cum id, praesertim ad studia peculiaria prosequenda et ad gradus tam ecclesiasticos quam civiles acquirendos valde utile sit,

(38) *Acta Rom.* vol. VI, 1930, pp. 591-593.
(39) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pag. 956.
(40) *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pp. 937-940.

ne dicam necessarium. Sed hoc suaviter et sine scholasticae formationis detrimento longo annorum cursu fieri potest, si adsit qui illud linguarum studium apta methodo dirigat, ex qua plurimum pendet. Nihil vero prohibet, quominus ad hunc finem quidam selecti iuvenes totum philosophiae aut theologiae curriculum in alienae Provinciae scholasticatu peragant, dummodo etiam tum iam ab initio rudimenta illius linguae sufficienter sciant.

At contra durante studiorum cursu mutatio scholasticatus vix non semper grave damnum affert, ita ut etiam felix examinis ad gradum exitus haud raro periclitetur. Nunc praeterea dubium moveri potest de ipsorum studiorum secundum leges canonicas validitate ([41]), si quis ob diversum scholarum ordinem (ut in his adiunctis saepe accidit) aliquot tractatus theologicos privatim recolere debeat. Itaque ab huiusmodi mutationibus permittendis Provinciales abstineant; plerumque enim dum tempus ita lucrari speratur, certo certius pretiosum tempus amittitur aut saltem non tam fructuose impenditur.

10. — Adiumenta potius studiorum scite multiplicanda sunt et perficienda: inter quae primum tenet locum bibliotheca, de qua vix non ubique maior quam huc usque cura ponenda est. Quantum pecuniae interdum impenditur in res, quae aut nullius aut parvae admodum sunt utilitatis! Quam saepe oblivioni traditur illud P. Ignatii Visconti, quod nunc etiam in Epitomen insertum est: « In coemendis libris Rectores nunquam male collocatam putabunt pecuniam Collegiorum suorum »! ([42]). Quam verissime P. Ioannes Paulus Oliva asserit: « Libri sunt noster thesaurus et nobilis occupatio » ([43]), seu, ut legitur in fronte magnae bibliothecae cuiusdam Universitatis: « Nutrimentum animae »! Tanti momenti sunt bibliothecae in Societate, ut vel turbulentissimis temporibus non cessaverint Generales de iis esse solliciti. Intime commotus vidi v. gr. in Regestis quibusdam manuscriptis apud nos servatis, quae « Sylloge Ordinationum etc. Praeposito-

---

([41]) *Cod. Iur. Can.*, can. 976 § 3 (Epit. n. 363 § 4).

([42]) *Epistolae selectae Praepos. Generalium ad Superiores Societ.*, Romae, 1911, pag. 224; cfr. Epit. n. 374 § 2.

([43]) Epist. d. 19 nov. 1667 ad Praep. Prov. Bohemiae: in « *Sylloge Ordinat. etc. Praep. Gen.* » ms., vol. II, pag. 368.

rum Generalium » inscribuntur, Ordinationem bene longam de hac re die 5 februarii 1763 a P. Laurentio Ricci ad omnes Provincias Assistentiae Poloniae datam (44), quando scilicet magnus ille Societatis Martyr, ut vocabatur a P. Roothaan (45), Calvarium suum iam ascendere coeperat. Notissimum autem est quantopere de libris coemendis et colligendis curaret B. Iosephus Pignatelli, quem Summus Pontifex « magnum librorum collectorem et bonum nomen » lepide vocavit (46).

Sed bibliotheca aptum exigit bibliothecarium, qui quidem ad tanti momenti officium rite parari debet. Cordi igitur habeant Provinciales omnes id, quod iam aliqui praestare coeperunt, ut in singulis Provinciis unus saltem aptissimus bibliothecarius quam primum secundum optimas huius artis normas excolatur, qui alios dein instituere et iuvare possit. Quin etiam maiorum bibliothecarum Praefecti mutuas inter se foveant relationes, quae bonis studiis promovendis valde proderunt.

Quod de bibliotheca singillatim dixi, id de aliis quoque studiorum adiumentis accipi debet, ut de laboratoriis scientificis etc., quae ars nostri temporis exigit atque suppeditat.

11. — Quae usque adhuc disserui, Reverendi Patres, non solum ad Professores eximios parandos pressius pertinent sed ad alios quoque quamplurimos viros eminentes comparandos, Scriptores, Concionatores, Operarios, Congregationum Marianarum Moderatores etc., quibus etiam profecto indigemus ad domesticas easque gloriosissimas traditiones continuandas et ad maius animarum auxilium procurandum.

Idem dici potest, congrua congruis referendo, de Praefectis rerum spiritualium, de Procuratoribus, de Superioribus parandis: non enim his tanti ponderis muneribus imparatus quisque ex improviso praeficiendus est, ut haud raro fieri videmus. Sedulo perpendant Provinciales quinam ex iunioribus Patribus maiora talenta ad haec officia habere videantur, eosque aptis probationibus experiantur et quasi per gradus ad maiora praeparent. Id autem eo attentius et prudentius, praesertim ad Superioris mu-

---

(44) « *Sylloge etc.* », ut supra, vol. II, pagg. 382-384.

(45) A. R. P. I. Roothaan, *Adnotationes et Instructiones spirit.*, Hagae Comitis, 1891, pag. 339.

(46) In sermone post Decr. approb. mirac., 19 febr. 1933. V. hic supra, pag. 304.

nus quod attinet, Provinciales praestare debent, quod subditi, ut patet, suae religiosae formationis tempore, ad id data opera ipsi sese praeparare non possunt.

II.

12. — Verum, frustra pararentur viri eminentes, nisi postea hi per varia officia apte distribuerentur et in suis muneribus adimplendis assidue a Superioribus dirigerentur, itemque nisi accuratus haberetur operum laborumque delectus.

De hoc igitur altero gravissimo capite quaedam vobis, Reverendi Patres, ad mentem S. Patris Nostri nostrique Instituti, recolenda propono. Atque, ut hinc incipiam, sapiens prudentissimusque operum delectus insigne quoddam ac fere characteristicum est in tota S. Ignatii legislatione. Sed potissimum in parte VII Constitutionum id elucet, ubi Sanctus Legislator ad singula quaeque descendit magis quam alibi ([47]). Ceterum omnia hac in re ad illud vere aureum vereque Ignatianum summatim reduci possunt, quo « principium et fundamentum » in Exercitiis spiritualibus concluditur quodque ea tota pervadit: « Unice desiderando et eligendo ea, quae magis nobis conducant ad finem, ob quem creati sumus ». Quod quidem verum est profecto non solum in maximo cuiusque negotio glorificandi Deum et salvandi animam suam, de quo Sanctus Pater hoc Exercitiorum loco proxime agit, sed etiam in seligendis mediis ad regnum Dei per Societatem nostram propagandum, e quibus ea desiderare et eligere unice debemus, quae magis ad hunc finem conducant, quibusvis aliis reiectis, quae, etsi in se bona, tamen ad propositum nobis finem minus iuvent. Atque ita ipse Sanctus Pater Noster semper egit; ita se gesserunt primi Patres ab eodem Sancto Fundatore germano Societatis spiritu imbuti, ideoque etsi tam pauci tot tantaque vere mirabilia peragere potuerunt; ita omnes Sancti no-

---

([47]) Videantur praesertim capita II et IV. — Cfr. etiam Epit. pars VII, ubi multa ex p. VII Constitutionum summatim referuntur, praesertim nn. 602-603, 618-625.

stri aliique magni Societatis viri, quorum laus in Ecclesia est, semper egerunt.

Nunc vero propter urgentium laborum multitudinem et instantissimas preces, quibus Nostrorum opera ubique expetitur, facile exponimur atque interdum succumbimus periculo accipiendi quae occurrunt ministeria, quaecumque illa sunt; ac dein ad maiora opera nostra sustentanda, aut ad alia, eaque maximi momenti, inchoanda, quae secundum vocationis nostrae spiritum ante omnia amplecti debebamus, desunt homines, vel a religiosa ac scientifica formatione plene complenda praepropere revocantur sodales nondum rite parati, ut supra conquestus sum. Optime scio haud facile esse quandoque tot tantisque praesentibus necessitatibus auxilium nostrum denegare, maxime si a venerandis Praesulibus aliisque magnae auctoritatis viris enixe rogamur; oportet tamen, ut sive ad salvandam integram Nostrorum institutionem qua fideliter et inviolabiliter standum est, sive ad Operariorum iam formatorum vires servandas eisque debitae praeparationis et recollectionis tempus suppeditandum, huiusmodi petitionibus interdum fortiter resistatur, earum adimpletione in aliud tempus remissa; et certe deneganda est Nostrorum opera, ubi neque necessaria neque admodum frugifera speretur, ut toti simus in iis, quae vocationis nostrae fini magis congruant.

Hunc nimium ad quamplurima et valde diversa ministeria Nostrorum impetum ipsi Praesules, ipsi Sacerdotes saeculares, laici ipsi animadvertunt; et, dum laudant zelum, tam pretiosas vires in nimiis et qualibuscumque operibus teri iure dolent; Excellentissimus quidam Nuntius Apostolicus, mecum hac de re colloquens, postquam Nostros tamquam optimos totius regionis Operarios laudavit, rectissime animadvertit hanc laborandi rationem natam esse quae et spiritui et valetudini et ipsis operibus noceret. Et sane quoties videmus iuniores Patres, eos potissimum qui maiora talenta a Deo receperunt quique proinde ad plura munera apti videntur, nimio ardore abreptos et nullo discretionis freno detentos, statim ab initio tot tamque variis laboribus onerari, ut post paucos annos iam ad maiora non apti evadant. Primi quidem eorum successus valde satisfaciunt, sed, praeterquamquod non sunt durabiles, nunquam ad illam excellentiam perveniunt, quae ab eorum talentis iure exspectari potuerat.

At iam maturis quoque Operariis in eorum regulis com-

mendatur, ut « eam in laboribus moderationem adhibeant, quam Constitutiones praescribunt » ([48]), idque non solum « quo diutius in iis ad Dei gloriam durare queant » ([49]), sed etiam « ne propriae perfectionis studium aliquid detrimenti capiat » ([50]), ut dicitur in regulis Provincialis in eorumdem Operariorum gratiam. Quod autem Operarii iubentur « ne tot labores suscipiant, ut debitum praeparationis tempus iam deficiat, neve adeo diversos ut singulos apte exsequi non valeant » ([51]), id sibi dictum existiment Superiores, qui providere debent « ne Operariis, praeter alia ad ministeria necessaria, tempus ad debitam praeparationem et animi recollectionem desit » ([52]).

Quae prudentissima Instituti praescripta utinam ab omnibus accurate serventur! Haud semel contra egomet optimos concionatores qui ad maiora omnino apti fuissent, pretiosum tempus, quod orationi et studio et intensiori praeparationi dare debuerant, dolens vidi non tam impendere quam proiicere plurimis et parvis ministeriis pro aliquot puellis ac piis feminis; idque non proprio marte, sed Superiorum iussu, aut certe Superioribus ultro permittentibus. Et tamen nunc, si unquam alias, prorsus necesse est verbi Dei praecones aliosque omnes Dominicae vineae cultores, praeter intimam cum Deo unionem, serio et continuo studio se dedere, si digni Societatis Operarii fieri velint; nec satis est eos institutionis tempore in studia ecclesiastica sedulo incubuisse, sed oportet ut ea nunquam plene relinquant, eorum memoriam identidem renovent, eaque altius meditentur; itemque nova, quae proferuntur, quantum fieri potest, legant, ut homines sui temporis revera sint et auditorum attentionem ad ipsorum spirituale bonum facilius captare possint. Ad id, ut dixi, aptum tempus inter ministeria omnibus concedi debet ([53]), quod tamen ipsi Operarii « ad animae et corporis vires reficiendas et futuros labores parandos diligenter et utiliter impendere curent » ([54]). Ipse autem uberior operum fructus fa-

([48]) Reg. Operar. 13 (Epit. n. 850, 1°).
([49]) *Ibid.*
([50]) Reg. Provinc. 63.
([51]) Reg. Operar. 13.
([52]) Reg. Sup. loc. 72 (Epit. n. 606 § 2).
([53]) Reg. Super. loc. 72.
([54]) Reg. Operar. 13.

cile ostendet has ministeriorum intermissiones non inutilia otia fuisse.

13. — Velint igitur Provinciarum Praepositi aliique Superiores pro sua quisque parte sapientissimas S. Patris Nostri de seligendis laboribus normas semper ante oculos habere easque fideliter sequi, quae unice huc spectant, ut non quoquomodo sed quam proxime Christum sequamur in regno Dei propagando et quam maximos colligamus fructus. Aliquoties in anno pleniorem hac de re considerationem serio instituant et sedulo dispiciant quaenam opera ad maius Dei obsequium maiusque animarum auxilium pro rerum, locorum, personarum rationibus, revera conducant (55); et secundum hunc solum finem vires suae Provinciae vel suae domus quam aptissime distribuant. « Secundum hunc solum finem » inquam: nam a magno S. Patris Ignatii spiritu quam maxime alienum esset temporalia quaevis domus vel Provinciae emolumenta hac in re spectare.

Scio equidem quanta rei oeconomicae angustia complures Societatis Provinciae domusque premantur: ideoque lugenda sane sed vera necessitate iam diu vix non ubique Apostolica dispensatione uti cogimur ad acceptanda stipendia pro Missis et ministeriis. Verum hoc Sanctae Sedis indultum a germano Societatis spiritu nos non dispensat, qui nos docet « iucundiorem, puriorem et ad proximi aedificationem aptiorem esse vitam ab omni avaritiae contagione quam remotissimam et evangelicae paupertati quam simillimam » (56). Nostis, Reverendi Patres, quanti semper in Societate facta sit et quam strenue sit servata haec gravissima de gratuitate ministeriorum lex, ita ut nonnisi aegerrime tandem Societas induceretur ad necessitates temporum Sanctae Sedi exponendas nec nisi aegerrime illam dispensationem admiserit. Nostis quot cautionibus etiam recens Congregatio Generalis XXVII eam circumdari et circumscribi voluerit (57) et quam vehementer commendaverit « ne diuturnus huius dispensationis usus, quamquam legitimus, spiritui nostro noceat, vel amorem paupertatis minuat » (58) Non solum ergo

---

(55) Cfr. Reg. Provinc. 58.

(56) *Formul. Instit. S. I. a Iulio III approb.*, num. 7.

(57) *Collect. Decret.*, d. 316. — Cfr. Epit., Append. VI, nn. 927-935.

(58) *Collect. Decret.*, d. 316 (Epit. n. 927 § 1).

totis viribus curandum est « ut a necessitate accipiendi stipendia Societas... liberetur » [59], sed etiam urgente hac necessitate, quaelibet lucri cupiditatis species studiose vitanda est; et maxime ne his terrenis rationibus Superiores se duci sinant in ministeriorum delectu, at « ea promptius suscipiantur, quae magis ad animarum salutem conferunt, etiamsi, ut fere accidit, humiliora sint et laboriosiora » [60], quemadmodum semper consuevit Societas, quae iam inde ab initio iure persuasum habuit ac dein nunquam non experta est « Dominum nostrum Iesum Christum servis suis, regnum Dei solum inquirentibus, necessaria ad victum et vestitum esse subministraturum » [61].

Et quod ad ministeria humiliora attinet, ut sunt « puerorum ac rudium in Christianismo institutio,... eorum qui in carceribus vel in hospitalibus inveniuntur pia subventio et ministerium » [62], ac reliqua pietatis opera, « in quibus etiam misericordia et caritas exercetur » [63], confitendum est nos a pristino maiorum nostrorum fervore aliquantulum recessisse. Et tamen quantum haec quoque humilia ministeria propria sint nostrae vocationis, praeterquamquod ex ipsa Instituti Formula et Constitutionibus, apparet v. gr. ex assidua S. Patris Ignatii sollicitudine ne ab huiusmodi operibus Nostri, ne mediis quidem in laboribus Concilii Tridentini, desisterent [64]; idemque docent clarissima nostrorum Sanctorum exempla, quibus nominatim commemorandis, utpote quae notissima sunt, parco. Optime novi in quibusdam Provinciis pulcherrima etiam nunc huiusmodi ministeria et opera ad nostrorum temporum necessitates rationesque opportune accommodata haberi, sed ubique et pluris fiant et, salvis utique discretionis regulis quas ipse S. Pater Ignatius tradit [65], plus operae in iis ponatur velim.

His Ignatianis de selectu operum prudentissimis regulis etiam id continetur, quod non omnia, quae bona sunt, sunt nobis suscipienda, sed ea solum quae Societatis Instituto congruunt, se-

---

(59) Epit. n. 935.
(60) *Collect. Decret.*, d. 201 (Epit. n. 530 § 1).
(61) *Formul. Instit. S. I. a Iulio III approb.*, n. 7.
(62) *Ibid.*, n. 1.
(63) *Constit.*, P. VII c. 2, E; Epit. n. 679 § 1.
(64) Cfr. *Monum. histor. S. I.: Monum. Ignat.*, ser. I[a], tom. I, pp. 386-389.
(65) Cfr. *Constit.*, P. VII c. 4 n. 9 (Epit. n. 600).

cundum Formulam ac Constitutiones et secundum probatam praxim, quaeque ad ea reduci possunt, quae regnum Dei promovendum et Iesum Christum Crucifixum praedicandum magis directe et propius spectant. Cauti ergo simus oportet, Reverendi Patres, ne specie boni decepti, alienum campum ingrediamur, unde Societas non fructus sed tribulos et spinas colligeret.

Quin etiam inter ipsa opera nostrae vocationis propria recta quaedam proportio servari debet. Rem exemplo explicabo. Scitis profecto quanti Societas semper fecerit Collegia, et quanti ea egomet faciam his ipsis litteris iam ostendi. Haud ita tamen Collegiorum opus urgendum est, ut totae nostrae vires a Collegiis absorbeantur: non enim sumus ad hunc unicum scopum instituti, ut Clerici regulares Scholarum Piarum et Fratres a Doctrina Christiana et similes. Necesse est in quavis Provincia, praeter Collegia et Universitates, alia quoque Societatis opera aptis instruere viris, ut secundum antiquas traditiones vere floreant, atque ita, quemadmodum ex officio curare debemus, bona Societatis aestimatio nihil detrimenti patiatur. Valde mihi cordi est v. gr. ut ubique impensius promoveantur, praeter Exercitia spiritualia proprie dicta, etiam Missiones populares, quae maxime iuvant ad Societatis notitiam in vulgus diffundendam quaeque olim tantam laudem Societati pepererunt in Ecclesia Dei, quando nimirum gloriari poterant nominibus S. Ioannis Francisci Regis, S. Francisci de Hieronymo, B. Andreae Bobola, B. Antonii Baldinucci, Ven. Iuliani Maunoir, PP. Philippi Jeningen, Thyrsi González, utriusque Pauli Segneri, Aloisii Mozzi, Francisci Tarín, his similium, ut tantum summos quosdam memorem. Etiam nunc nostra in missionibus methodus plurimi fit ab Episcopis et parochis, sed si ad haec ministeria mediocres solum mittantur Operarii, multoque magis si (ut interdum accidit) fere ii soli mittantur qui domi minus utiles sese exhibuerunt, paullatim Societatis fama decidet, et homines (haud immerito sane!) ad alios melius paratos et peritiores verbi Dei praecones sese vertent; quorum labores fraterna quidem cum laetitia salutamus, at cum et iis et nobis campus late pateat, officio nostro deessemus, si locum nostrum digne tenere negligeremus.

Immo, ad ipsam iuventutis institutionem quod attinet, non solis Collegiis contenti simus oportet, cum alia sint opera eaque maxime utilia et Societatis spiritui perquam congrua, in quibus,

si bene regantur, bini vel terni Patres vere eximios fructus colligere possunt; ut sunt v. gr. opera ad Universitatum alumnos iuvandos, quae alias atque etiam non ita pridem instantissime commendavi [66].

Idem (atque adeo verius, cum magis pateant et omnes fidelium classes attingant) dicendum de Apostolatu Orationis et Congregationibus Marianis, quae ad Actionem Catholicam tam vehementer a Summo Pontifice promotam interiore solidae pietatis spiritu informandam ex Episcoporum testimonio ubique tantopere iuvare possunt, quaeque tam utilem et ipsa actionem exserunt, ubi secundum suas leges et traditiones diriguntur aut dirigi sinuntur. Cumque haec opera nostra sint nostroque spiritu alte imbuta, peculiarem vim et copiosiorem Dei benedictionem et mirabiles fructus in iis prae aliis fovendis experiemur; ideoque hanc peculiarem curam a nobis postulat ipsum Ecclesiae et animarum bonum.

Haec omnia debent quidem ad nostra tempora accommodari, sed id non multum negotii facesset iis, qui eorum naturam et indolem bene noverint; naturam, inquam, et indolem, quae, ut longo iam usu didicimus, quibusvis personarum et locorum ac temporum rationibus optime congruere possunt. Maxime contra vitanda cupido illa, nostris diebus tam communis, nova semper opera amplectendi aut etiam creandi, magna cum temporis iactura (ut minimum dicam) et cum fructu parvo, aut certe labori non aequali. Non equidem nego Nostros, qui huiusmodi nova moliuntur, bona atque adeo optima intentione duci (quamquam subesse quoque potest secreta et fortasse inconscia amoris proprii illusio) et aliquid boni efficere; sed cum haec opera institutoris persona nimis innitantur, eo sublato vel utcumque remoto plerumque cadunt, atque ita tot labores et angustiae fere incassum cedunt.

14. — Selectis autem secundum has normas operibus, quibus Nostri utilius applicandi sint, personarum delectus accurate fieri debet ut suus cuique locus, suum cuique munus apte assignetur, ubi maiorem fructum ferat: non enim omnia omnibus conveniunt neque omnes ad omnia parari possunt. Haec una est forte ex difficilioribus curis Superiorum, ex qua tamen bonus Provinciarum

(66) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 194-197.

status magna ex parte pendet. Nec putandum quod semper primo tentamine res succedat: saepe nonnisi post multas ad Deum preces et varia experimenta alicui, qui forte et sibi et aliis gravis adhuc fuerat et fere inutilis, suus tandem invenitur locus, ubi mirum quantum ad maiorem Dei gloriam faciet. Non dubito quin omnes Superiores, praesertim Provinciales, rei difficultatem, quam ipse S. Pater Ignatius quandoque expertus est, reique momentum bene sentiant, et auditis quoque peritorum consiliis atque officialium suorum auxilio adiuti, toti sint in apta officiorum distributione attente inquirenda et studiose exsequenda [67].

Sed forte, hominum penuria pressi et importunis Superiorum localium, qui interdum praesentes tantum necessitates spectant eosque nimis urgent, precibus fatigati, non ita accurate Provinciales instituunt personarum distributionem cum de singulis temporariis ministeriis agitur. Alicubi sat multa huiusmodi ministeria apostolica inter Patres distribui solent a Socio Provincialis, quod equidem universim improbare nolim, maxime in maioribus Provinciis, ubi Praepositus iam nimiis distinetur negotiis: sed etiam tunc invigilet Provincialis ne talis distributio mere mechanice (ut ita loquar) fiat. Sive vero per se ipsi Provinciales, sive per Socium id praestent, meminerint non omnia ministeria, quae offeruntur, esse acceptanda, nec omnes, qui nominatim petuntur, esse concedendos; sciant quandoque Nostrorum operam, quavis hominum rerumque temporalium ratione seposita, firmiter negare, quando id exigit prudens operum personarumque delectus, quem dixi.

Nec timendum quod haec Superiorum firmitas Societati noceat vel ob eam Nostris labor desit, ut quidam interdum verentur; quin immo, si viros eminentes praesto habebimus, eorum labor maximi fiet et enixe conquiretur, et per eos aliorum quoque labores ex aequo aestimabuntur, ut tam frequenter experimur.

At semper firmum ratumque sit quamlibet tam operum quam personarum distributionem penes Superiores esse, qui quidem, ut saepe dixi, uniuscuiusque talentorum et inclinationum rationem habere debent, non tamen permittant ut singuli opera sibi gratiora seligant et sua ipsi sibi munera fere assignent; quod

---

[67] Cfr. Reg. Provinc. 67-71.

esset divinae Sapientiae ordinem invertere et divinam Voluntatem ad propriam detorquere (68), ideoque caelestium benedictionum copia et spirituales victoriae obedientibus promissae impedirentur.

15. — Verum, etiam postquam operarii per varias vineae Domini partes variaque opera sunt apte distributi, non sibi ipsi sunt relinquendi; quin immo paterne quidem et aequa iis relicta agendi libertate, ne ingeniosa cuiusque consilia praepediantur, at continenter in suis laboribus dirigi debent a Superioribus (69). Non enim singuli soli operarii de operibus susceptis coram Deo et hominibus demum respondent, sed tota magna familia cuius sunt membra, ipsa nimirum Societas; in eaque tota, tamquam in acie bene ordinata, unitas regiminis et in agendi ratione uniformitas eluceat oportet, unitas illa atque uniformitas, quae nostra vis est nostrumque decus.

Idque eo magis necessarium est, quod adversarios nostros videmus magis magisque in unum coalescere, ut validiore nisu Ecclesiam Christi impetant. Nostras igitur vires non dispergere, sed toto conatu colligere debemus, si adversariorum tela infringere velimus. Vires colligamus oportet in Collegiis, ubi ad praestitutum communis laboris finem, non secundum suam quisque methodum, sed secundum Instituti praescripta omnes simul, Superiore duce, amice et fraterne conspirare debent; viribus unitis ad ministeria apostolica procedamus oportet, ut fructus uberrimos pro animarum salute percipiamus. Hanc autem unionem promoveat in primis Praepositus Provincialis in tota Provincia, claras directiones impertiendo pro singulis nostrae activitatis capitibus ab omnibus sequendas; immo omnes Provinciales eiusdem regionis vel Assistentiae simul conveniant et uniformitatem curent in rebus quae toti regioni communes sunt. Hanc unionem et uniformitatem urgeat Superior localis in sui regiminis ambitu, invigilando ut normae a Superioribus maioribus datae sancte serventur; hanc studiose custodiant subditi, proprium iudicium Superiorum praescriptis et desideriis religiose subiiciendo.

Huc etiam spectat, ne spiritualia arma, quibus Societas filios suos instruit, pro cuiusque lubitu adhibeantur, sed secundum

---

(68) Cfr. S. P. IGNATII *Epist. de virt. obed.*, n. 8.
(69) Cfr. *Constit.*, P. VII, c. 1. n. 5, F, G.; c. 2 n. 2.

artem cuique horum armorum generi propriam, id est secundum legitimam Societatis mentem ab Ecclesia Christi approbatam ac Superiorum vigilantiae commissam. Cui vigilantiae Exercitia spiritualia praesertim etiam atque etiam commendo, ut ab omnibus et ubique secundum genuinam S. Patris Ignatii methodum adamussim tradantur; et si qui ab illa methodo recederent, ad reddendam rationem vocentur.

Quod si huiusmodi « Exercitiorum corruptores » (ut venerandus ille meus decessor R. P. Roothaan eos gravissimis verbis sugillans appellat) in suo consilio persistant nec serio se emendare conentur, a munere tradendi Exercitia penitus amoveantur. « Longe melius enim est, — ait idem P. Roothaan, — ut plane non dentur Exercitia, quam ut tam indigne pervertantur » ([70]). Nostrorum profecto temporum ratio habenda est, et eadem atque immutata Ignatiana methodus, a Sancta Sede etiam recens tantopere commendata ([71]), pro locorum ac personarum diversitate varie sciteque est aptanda; quod ceterum iam ipse Sanctus Exercitiorum Auctor insinuat ([72]), et ii ex primis eius sociis, qui hanc perdifficilem artem (ipso Sancto Patre Ignatio fatente) eximie prae aliis callebant, ut B. Petrus Faber, PP. Alphonsus Salmerón, Franciscus de Villanueva, Hieronymus Doménech, Franciscus Estrada ([73]), iam tum optime praestabant. Sed hoc nullo modo exigit, ut ab aureo Exercitiorum libro ullatenus recedatur, cum etiam nunc tot tamque miri fructus colligantur ut vere dicendum sit: « Non est abbreviata manus Domini! » ([74]); hoc unum exigit, ut Exercitiorum libellum magis assidua manu volvamus et impensiore studio prosequamur, utque rationem ea tradendi et peculiaribus nostri temporis necessitatibus aptandi sedulo praeparemus, ne Ecclesiae Dei et Christifidelium exspectationem misere fallamus.

Non minus autem quam Operarii, vigili hac Superiorum directione etiam nostri Scriptores indigent, qui neque in suorum

---

([70]) R. P. Io. Roothaan, *Adnotationes et Instruct. spirit.*, Hagae-Comitis, 1891, pp. 401-402: Epist. ad quendam Patrem Prov. Belg. d. 5. oct. 1849.

([71]) Pius PP. XI, Litt. Encycl. *Mens Nostra* d. 20 dec. 1929.

([72]) *Exercit. spirit.*, Annotationes 18-20; item *Constit.*, P. VII c. 4, F.

([73]) Cfr. *Monum. histor. S. I.*: *Monum. Ignat.*, ser. IV, vol. I, pag. 263.

([74]) Isai., lix, 1.

laborum genere seligendo, neque in ipsa librorum redactione sibimet reliquendi sunt. Superiorum sane erit unumquemque, quantum fieri potest, illi rei applicare ad quam maiorem habet aptitudinem maiusque talentum; sed attente curent ne privatae tantum ac nullius fere utilitatis inclinationi indulgeant, dum tot urgent Ecclesiae necessitates. Quoties, libros a Nostris recens conscriptos (qui quidem non semper, quemadmodum praescriptum est, ad me tempestive mittuntur), cum aliter nequeam, saltem currenti oculo volutans, animadverti hanc prudentem maioris utilitatis rationem haud raro neglectam esse! Quot libri eduntur, qui, etsi mediocritatem in suo genere forte superent aliisque hac de re Instituti legibus non contradicant, de rebus tamen agunt aut levioribus aut minus utilibus aut quae ab aliis aptius tractarentur. Nonne melius esset tempus et vires in maioris momenti res impendere, quae hominibus nostri temporis magis utiles esse possint, quaeque ad Regnum Christi contra acerrimos eius hostes defendendum et magis magisque propagandum proprius pertineant? Tales vero, nostris praesertim temporibus, censendi sunt etiam libri, qui ad scientiarum progressum vere conferant.

Et quoniam de libris sermo est, ne oblivioni dent Scriptores nostri necessitatem, qua nunc urgetur Societas defendendi se contra malignantium calumnias. Non equidem loquor hic de polemica quadam Societatis defensione, quae etiam, maxime per breves ephemeridum articulos, quamquam servata semper religiosa moderatione et animi serenitate, aliquando fieri debet; sed loquor praesertim de positiva illa Societatis defensione, quae nostrum Ordinem ostendit qualis sit in se, in suo Instituto, in suis operibus, in optimis quibusque suis alumnis. Qui talentum ad id habent, eos velim a Superioribus ad tam utile munus applicari, eosque in Domino exhortor ut toto animo dilectae matri hac ratione defendendae se dedant. Non ita pridem, v. gr., litteris ad totam Italiae Assistentiam de cultu nostrorum Sanctorum impensius fovendo datis (quae litteras deinde cum universa Societate communicavi), commendabam ut de nostrorum Sanctorum ac Beatorum gestis apta pararentur commentaria in vulgus spargenda, aliaque id genus scripta de Societatis historia ederentur. Id sibi dictum accipiant ii Scriptores nostri, de quibus nunc loquor, eorumque Superiores eos copiose adiuvent; omnesque per-

suasum habeant id laboris valde utile fore et Societatis filiis apprime dignum. Quod autem de pietate erga Sanctos nostros in memoratis litteris dicebam, id liceat ad rem nostram pressius accommodare: « Non parvo animo tribuendum, sed ipsi rerum rationi, a divina providentia sic institutae, quod nos generatim loquendo in colendis Sanctis (hic vero, in Sanctorum notitia vulganda) ferri debeamus praecipue erga eos qui nostram familiam religiosam propius attingunt ». Nonne inordinatum esset si e Nostris multi de aliis viris ac mulieribus, sanctissimis iis quidem, atque de rebus nobis extraneis, ederent libros, et pauci essent, qui de rebus Societatis decore et apte agere scirent? Et tamen si adversarii nostri nunc numero et audacia aucti in unum agmen, ut satis apparet, coalescunt et viribus unitis tam callide Societatem impetunt, nos non decet profecto ad defensionem matris nostrae minus esse paratos; eo magis quod bonum Societatis nomen servare, non solum est ius, sed officium nostrum, cum ad ipsam Dei gloriam procurandam et regnum Christi dilatandum (quae sunt officia nostra praecipua) id prorsus sit necessarium.

En copiosam vobis, Reverendi Patres, meditandi agendique materiem praebui. Si « qui praeest » debet esse « in sollicitudine » [75], munus nostrum sane exigit ut continenter vigilemus et constanter provideamus, ne carissima Societas, nobis moderatoribus, ullum detrimentum capiat, sed semper efficacius ad maiorem Dei gloriam laborare possit. Conatibus nostris aderunt profecto de caelo S. Pater Ignatius et tota nostrorum Sanctorum Beatorumque gloriosissima cohors, in qua novissimis fulget radiis primum restitutae Societatis sidus, B. Iosephus Pignatelli; aderunt Sancti Principes Apostolorum Petrus et Paulus, quorum festo die his litteris subscribo, quique in Formula Instituti tamquam exemplaria absolutissima Societatis Superioribus imitanda proponuntur [76]; aderit, cum castissimo Sponso, Deipara Virgo Maria, Regina et Mater nostra dulcissima; aderit maxime Dux et Rex noster Christus Iesus, cuius Nomine gloriamur, cuius « benignitatis ac mansuetudinis caritatisque » eadem Instituti Formula nos iubet ut in praelatione nostra semper memores simus [77], cui soli nos totos

---

[75] *Rom.*, XII, 8.

[76] *Formul. Instit. S. I. a Paulo III et Iulio III approb.*, n. 6.

[77] *Ibid.*

devovimus, cuius Sacratissimum Cor tutissimum nostrum habemus refugium.

Faxit Deus, ut hoc anno humanae Redemptioni recolendae sacro, etiam minima Societas nostra igne, « quem Dominus noster Iesus Christus e penetralibus Cordis sui misit in terram et voluit vehementer accendi » ([78]), magis magisque inflammetur, ut ad miserentissimae Redemptionis fructus latius spargendos impensius in dies laboret, et adimplere in se gaudeat « ea quae desunt passionum Christi pro corpore eius quod est Ecclesia » ([79]).

Vestris ss. SS. me enixe commendo.

Romae, die festo SS. Petri et Pauli, Apostolorum Principum, anno 1933.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

83. **24 augusti 1933.**

Libellus « Elenchus eorum quae a Provincialibus praestanda sunt » et novus « Elenchus visitationis » promulgantur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Mox ad Ram. Vam. mittentur aliquot exemplaria:

1° *Elenchi eorum quae a Provincialibus praestanda sunt,* de quo in RR. 14 et 15 Provincialis et 25 Socii Provincialis.

Huius libelli exemplar R. V. tradendum curet suis Consultoribus, Admonitori, Procuratori, Praefecto Archivi. Quae vero

---

([78]) Ex antiqua Missa *Egredimini* de SS. Corde Iesu.
([79]) *Coloss.*, I, 24.

supererunt exemplaria iis Patribus distribuenda erunt quibus magis utilia futura sunt, ut Superioribus localibus, praesertim Domorum maiorum, Instructori tertiae probationis, Novitiorum Magistro (1).

2° Novi paradigmatis *Elenchi visitationis*, de quo R. 111 Provincialis. Poterit autem R. V. tot huius Elenchi exemplaria commodo pretio hinc accipere quot indigebit, dummodo ea ante 1 novembris huius anni petat. Expedit tamen ut, in praesenti, proximi solum triennii necessitatibus provideatur, quia fieri poterit, ut elapso triennio, suadente experientia, aliquid in hoc paradigmate mutandum vel addendum videatur.

Commendo me ss. SS.

Tusculi, die 24 augusti 1933.

R.ae V.ea
Servus inXto.
IOSEPHUS DEMAUX-LAGRANGE
Secr. Soc. Iesu.

84. **8 septembris 1933.**

De « Die Missionum » apte praeparando et studiose peragendo.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

« Diem Missionum », quemadmodum annis superioribus praestiti, ita etiam hoc anno atque adeo vehementius, recurrente XIX Centenario Passionis ac Mortis Domini Nostri Iesu Christi, omnibus Provinciarum Praepositis Missionumque Superioribus commendo.

---

(1) Libello praeposita est haec Patris Nostri approbatio:
Hunc Elechum, novis curis recognitum, approbamus et cum omnibus Superioribus maioribus communicamus ut quae in eo habentur in usum deducantur.
Romae, die 31 iulii 1933,
in festo S. Patris Ignatii de Loyola.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

Quantum in singulos annos accrescat momentum huius « Diei Missionum » neminem latet. Angustiae oeconomicae, quibus omnes undique premimur, aut deminuunt in dies fontes piarum largitionum atque eleemosynarum, aut eos exsiccant omnino. Unde fit ut multae Missiones, subsidiis opportunis atque etiam necessariis orbatae, in magno discrimine versentur; nec solum impediantur quominus nova incrementa operibus iam susceptis praebeant, sed eadem a pristino splendore decidere atque languescere vehementer doleant. Quare Opus Propagationis Fidei, cui ex voluntate Summi Pontificis speciali modo officium incumbit providendi necessitatibus Missionum, omnibus catholicis carum semper esse debet; nobis vero, filiis Societatis, ob id quoque carissimum sit oportet quod Patronum sibi elegerit praeclarum nostrorum Missionariorum exemplar Sanctum Franciscum Xaverium.

Magnam equidem consolationem cepi anno anteacto, plurimarum Provinciarum Missionumque studium ac sollicitudinem cernens plane singularem in promovendo ac praeparando « Die Missionum ». Hinc factum est, ut, non obstantibus rerum oeconomicarum angustiis ubique grassantibus, fructus collecti in nostris templis ac sacellis duplo fuerint maiores iis quos annis praecedentibus licuerat obtinere. Tantum effecit studium et ardor multorum communi consilio ac ratione laborantium! Atque hos tantos fructus ipse Excellentissimus ac RR. DD. Carolus Salotti, supremus Moderator Operis Pontificii Propagationis Fidei, litteris die 27 aprilis huius anni ad me datis plane agnovit atque laudavit [1].

Sed fateamur oportet aliquas adhuc esse Provincias, quae, spectatis numero ac qualitate domorum, intensius laborare possint ac debeant, et contendere ut fructus qui colligantur « Die Missionum » sint ampliores. Non deerunt profecto benedictiones caelestes, atque etiam terrestres, iis Provinciis ac domibus, quae quantacumque possint generositate, etiam propriis impensis parcendo, causam Missionum Catholicarum iuvarint.

Rogo igitur enixe omnes ac singulos filios Societatis, ut quantumcumque in ipsis erit, id totum conferant ad hoc ut fructus qui in hoc « Die Missionum » obtineantur quam cumulatissimi

(1) V. hic supra, pp. 276-277.

sint. De eo autem rite celebrando mature fideles admoneantur; imprimantur folia volantia, quibus edoceantur quanto in discrimine Missiones Catholicae versentur, ut necesse sit christianus quisque pro viribus eas succurrat; seligantur apti concionatores, qui mentem populi illustrent, animum accendant ad cooperandum operibus Missionalibus Ecclesiae Catholicae; adeantur Societatis amici, qui Missiones iuvare posse ac velle sperentur, iisque Missionum necessitates clare exponantur; nihil denique intentatum relinquatur quod, habita ratione temporum ac locorum, conferre possit ad Missiones Catholicas in omnium fidelium oculis atque animis collocandas.

Peto itidem ab omnibus Superioribus, ut sine mora per Provinciales mihi mittere velint relationem fructuum perceptorum « Die Missionis »; negligentia in hac re non parum nostris Missionibus nocere potest. Nam cum nostrarum recollectionum rationem reddere debeamus in generali Conventu Consilii Operis Propagationis Fidei, qui locum habere solet circa festa Paschalia, quanto copiosiores apparent eleemosynae a Nostris collectae, tanto se propensius sentit Consilium ad iuvandas nostras Missiones suis propriis subsidiis. Non parvae etiam utilitati mihi erit cognoscere industrias quibus usi sunt Nostri ad promovendum, praeparandum ac perficiendum « Diem Missionum ». Velit igitur R. V. etiam de his brevem relationem intexere.

Commendo me ss. SS.

Tusculi, die festo Nativitatis B. M. V.,
8 septembris 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

85. **27-30 septembris 1933.**

Acta quaedam Congregationis Procuratorum LXI.

I.

ELENCHUS PATRUM CONGREGATORUM.

A. R. P. N. WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI

PRAEPOSITUS GENERALIS

a die 11 februarii 1915.

Nº	NOMEN	Assistentia vel Provincia	Ortus	Ingressus	Gradus
	ASSISTENTES				
2	R. P. Rud. v. Oppenraaij	*Germaniae*	1856	26 sept. 1873	2 febr. 1892
3	R. P. Aemilius Mattern	*Americae*	1865	3 sept. 1884	2 febr. 1902
4	R. P. Petrus Boetto	*Italiae*	1871	1 febr. 1888	2 febr. 1906
5	R. P. Norbertus de Boynes	*Galliae*	1870	18 oct. 1888	2 febr. 1906
6	R. P. Iosephus Welsby	*Angliae*	1872	7 sept. 1889	2 febr. 1908
7	R. P. Ferd. Gutiér. del Olmo	*Hispaniae*	1876	28 iul. 1891	2 febr. 1910
8	R. P. Antonius P. Prešeren	*Slavicae*	1883	3 oct. 1910	2 febr. 1921
	PROCURATORES				
9	P. Herbertus Thurston	*Angliae*	1856	28 sept. 1874	2 febr. 1894
10	P. Petrus Tacchi Venturi	*Romanae*	1861	12 nov. 1878	2 febr. 1897
11	P. Martinus Maher	*Hiberniae*	1861	13 sept. 1879	2 febr. 1900
12	P. Aloisius Chauvin	*Lugdunensis*	1861	12 sept. 1883	2 febr. 1900
13	P. Franc. de P. Nalbone	*Siculae*	1866	30 oct. 1880	2 febr. 1902
14	P. Antonius M. Arregui	*Castellanae*	1868	10 sept. 1883	2 febr. 1903
15	P. Rembertus Richard	*Germ. Or.*	1868	17 maii 1887	15 aug. 1904
16	P. Matthaeus Germing	*Missourianae*	1867	8 aug. 1887	15 aug. 1906
17	P. Thomas A. Becker	*Maryland-N. E.*	1872	13 aug. 1887	15 aug. 1906
18	P. Michael Barglewski	*Pol. M. et Maz.*	1868	10 aug. 1887	2 febr. 1907
19	P. Felix Mollat	*Franciae*	1871	19 oct. 1889	2 febr. 1907
20	P. Gilbertus I. Garraghan	*Chicagiensis*	1871	1 sept. 1890	15 aug. 1908
21	P. Iosephus Metzger	*Austriae*	1874	7 oct. 1891	2 febr. 1909
22	P. Emmanuel Grund	*Baeticae*	1874	4 dec. 1890	2 febr. 1910
23	P. Ioannes Guim	*Aragoniae*	1873	30 iul. 1891	2 febr. 1910
24	P. Iulius Roi, *Substitutus*	*Venetae*	1870	11 apr. 1891	2 febr. 1911
25	P. Ioannes Casiello	*Neapolitanae*	1876	19 sept. 1890	2 febr. 1912
26	P. Carolus Raaijmakers	*Neerlandicae*	1871	24 maii 1895	15 aug. 1912
27	P. Iesus M. Fernández	*Colombianae*	1877	15 dec. 1892	2 febr. 1913
28	P. Iosephus I. Williams	*Novae Angliae*	1875	28 iul. 1893	2 febr. 1913
29	P. Vedastus Guizard	*Tolosanae*	1875	25 ian. 1896	2 febr. 1913
30	P. Iosephus T. Morton	*Californiae*	1877	1 iul. 1893	2 febr. 1914
31	P. Ludovicus Zuber	*Brasil. Mer.*	1878	30 sept. 1896	2 febr. 1914
32	P. Thomas Fernández	*Legionensis*	1874	30 iul. 1897	2 febr. 1914
33	P. Iosephus Kreitmaier	*Germ. Sup.*	1874	30 sept. 1897	2 febr. 1917

Nº	NOMEN	Assistentia vel Provincia	Ortus	Ingressus	Gradus
34	P. Eduardus M. Lányi	*Hungariae*	1881	13 aug. 1900	15 aug. 1914
35	P. Emm. Sánchez-Robles	*Toletanae*	1881	28 sept. 1899	2 febr. 1918
36	P. Franciscus C. Dillon	*Oregoniensis*	1866	8 ian. 1887	16 iulii 1918
37	P. Augustinus Dyla	*Polon. Min.*	1885	24 sept. 1901	2 febr. 1919
38	P. Ioannes G. Hynes	*Neo Aurelian.*	1886	27 apr. 1901	2 febr. 1920
39	P. Richardus Alvarez	*Mexicanae*	1878	4 sept. 1898	15 aug. 1920
40	P. Rochus Zola	*Taurinensis*	1884	22 sept. 1905	2 febr. 1923
41	P. Ioannes Bapt. Janssens	*Belgicae*	1889	23 sept. 1907	2 febr. 1924
42	P. Robertus Vernay	*Campaniae*	1889	9 oct. 1907	2 febr. 1925
43	P. Paulus Durão	*Lusitanae*	1893	9 oct. 1908	2 febr. 1927
44	P. Carolus Brust	*Germ. Inf.*	1890	30 sept. 1909	2 febr. 1927
45	P. Thomas I. Travi	*Argent.-Chil.*	1894	1 apr. 1908	15 aug. 1927
46	P. Iosephus Habeš	*Cechoslovak.*	1894	17 sept. 1910	2 febr. 1928
47	P. Aemilius Papillon	*Canadae Inf.*	1888	30 iul. 1910	2 febr. 1929

II.

PRIMA PATRIS NOSTRI ADHORTATIO AD PP. PROVINCIARUM PROCURATORES

(27 sept. 1933).

Reverendi in Christo Patres,

Non sine peculiari divinae Providentiae consilio factum est, ut haec nostra sexagesima prima Procuratorum Congregatio in hunc ipsum indiceretur annum, quo sacrosancta humanae Redemptionis mysteria undevicies saeculari laetitia recoluntur; quod quidem magno nobis gaudio esse debet, cum ita universae Societati datum sit persollemni huic Iubilaeo per legitimos suarum Provinciarum Procuratores quasi ex officio coram adesse in Urbe sacra, ad quam undique piae peregrinorum catervae continenter properant. Id ipsum praeterea optimam nobis spem facit fore ut haec nostra Congregatio, tot inter Urbis et Orbis preces celebrata, copiosiores nanciscatur divinas benedictiones, quibus roborata Societas, dum piae Christi Domini Redemptionis fructus pro sua vocatione latius effundere nititur, ex hac sui

trienni recognitione (ut verbo militari utar) vere renovata egrediatur.

Renovata, inquam; nam hic est profecto, Reverendi Patres, praecipuus triennium horum comitiorum finis, ut singulae Provinciae primum res suas penitus inspiciant et per suum quaeque electum Procuratorem de iis accuratiorem Praeposito Generali rationem reddant, ac dein Generalis communem quandam totius Societatis recognitionem instituat et tam ipse quam omnes Provinciarum Procuratores, Praepositis Provinciarum ab ipso Generali constitutis prudenter exclusis, secretis suffragiis decernant num praesens Societatis status talis sit, qui Congregationem Generalem requirere videatur. Sapientissima sane lex!, cuius salutares fructus Societas tam saepe collegit, cuius opportunitatem ac prudentiam nobiscum admirantur atque extollunt etiam gravissimi ex aliis Ordinibus viri, qui non sine sancta quadam aemulatione agnoscunt Institutum nostrum provide mireque cavere, ut Societas utilissimum hoc trienne sui suarumque rerum examen serio perficiat nec tamen gravia frequentioris Capituli generalis incommoda patiatur.

Verum quo sapientiores sunt leges, eo fidelius servari debent; vestrum itaque est, Reverendi Patres, finem a Constitutionibus et Congregationum Generalium decretis in his nostris Comitiis praescribendis intentum plene, quantum fieri poterit, assequi curare. Id autem certo praestiteritis, si maxima cum sinceritate, quavis personarum acceptatione seposita, Praeposito Generali de vestrae quisque Provinciae rebus quam accuratissimam rationem reddetis, et praeterea ad normam Constitutionum et secundum huius Congregationis Formulam, post sufficientem praesentis Societatis notitiam, votum de Congregatione Generali cogenda aut non cogenda item sincere feretis.

Ad alterum hoc muneris vestri officium melius adimplendum iuvabit brevis quidam conspectus rerum Societatis, inde a proxima Congregatione Procuratorum ad hoc usque tempus, ut iam diu sub initium Congregationis Procuratorum a Praeposito Generali exhiberi consuevit.

Atque in primis, quemadmodum anno 1930 in commemorandis praecipuis divinae Bonitatis erga Societatem beneficiis principem tribui locum Litteris Encyclicis « *Mens Nostra* » quae totae sunt in Exercitiis Spiritualibus extollendis et commendan-

dis, ita nunc ante omnia gratulabundi commemorare debemus Litteras Apostolicas « *Paterna caritas* », quibus nuper Beatissimus Pater Pius XI Societatem recreare et roborare dignatus est. Et sane, si Litterae « *Mens Nostra* » insigne fuerunt beneficium Societati collatum, « siquidem (ut tunc dicebam) per illas Litteras iterum iterumque a Christi in terris Vicario certiores fimus nos rectissima prorsus atque tutissima progredi sanctitatis via et firmissimum esse fundamentum, quo Constitutiones nostrae totae innituntur » (1); etiam maioris momenti fortasse nobis est hoc novum Breve Apostolicum, quo ipsum et totum Societatis Institutum denuo, post Codicem Iuris Canonici promulgatum, suprema Ecclesiae auctoritate confirmatur quale a S. Ignatio conditum est. Atque ita universis tam Nostris quam externis rursus aperte constat Summum Christi Vicarium et Sanctam Christi Ecclesiam velle omnino, ut Societas Iesu eadem prorsus sit atque permaneat, quae fuit per quattuor haec saecula, iisdemque sapientissimis semper regatur legibus ei a Sancto Fundatore latis, etsi quaedam contineant ab aliorum Ordinum seu Congregationum statutis aliquantum diversa.

Hoc autem tam singulari divinae Bonitatis beneficio debet Societas vehementius incitari, non modo ad gratias Deo agendas de plena peculiaris sui iuris iterata confirmatione, sed multo magis ad tutissimam Instituti viam fidelius in dies sequendam et dilatato corde currendam. Peropportune autem suavis dispositio divinae Providentiae effecit, ut hoc Breve Apostolicum eodem die 12 martii daretur et in Curia Societatis promulgaretur, quo die, annuae commemorationi canonizationis S. Patris Ignatii et S. Francisci Xaverii sacro, in Aedibus Vaticanis Summus Pontifex sollemniter decernebat tuto procedi posse ad beatificationem Ven. P. Iosephi Pignatelli. Quae quidem beatificatio, tantopere et tam diu exoptata, alterum est ex maioribus beneficiis hoc triennio a Deo Societati collatis; siquidem per eam venerandus nobis imitandusque exhibetur ille, qui fulgidissimus et velut aureus antiquam inter et novam Societatem anulus est, apertiusque docemur germanum S. Patris Ignatii spiritum in restitutam Societatem integrum vivacemque transmissum esse.

Gratissimum praeterea nobis commemorandum occurrit

(1) *Acta Rom.*, vol. VI, 1930, pag. 599.

aliud pontificium documentum, quo S. Roberto Bellarmino universalis Ecclesiae Doctoris honores decreti sunt. Huius autem documenti promulgatio tot tamque miris divinae Providentiae signis notata est, ut optimum inde auspicium haud temere duci possit fore ut splendidum hoc Societatis astrum fulgidioribus in dies radiis in Ecclesia Dei collucescat.

Etiam aliorum nostrorum Sanctorum cultus vix non ubique studiosius promovetur; qua in re recentium mearum litterarum fructum iam nunc laetus cerno, v. gr. ex multis Provinciarum postulatis. Ex aliis compluribus postulatis video quantopere Nostris cordi sit, ut agmen nostrorum Sanctorum Caelitum magis magisque augeatur. Et quamquam omnium votis ea quae exoptatur celeritate satis fieri non poterit, sedulo tamen curabimus ut, quantum in nobis est, divinae Providentiae consiliis in Servis suis glorificandis fideliter cooperemur. Iam magnis itineribus ad felicem exitum properat causa Martyrum Rio-Platensium, inter quos P. Rochus González primus erit e Nostris ex America Latina oriundis ad altarium honores evectus.

Ab optato exitu longe quidem etiam nunc absunt, sed tamen feliciter progrediuntur aliae quaedam causae recentiores, praesertim causa R. P. Ioannis Roothaan, cuius sanctitatis famam Deum ipsum dixeris confirmare ac promovere velle, cum iam quaedam narrentur insignia beneficia eo intercedente concessa, quae haud temere (quantum humano modo iudicare licet) inter miracula recenseri posse videntur; quam quidem causam, quae tanti momenti est pro Societate, omnium Nostrorum precibus denuo commendo. Item impenso studio curantur causae quorundam Martyrum in restitutae Societatis Missionibus, ut Martyrum Libanensium († 1860), Martyrum Sinensium († 1900 et 1902) et P. Iacobi Berthieu in insula Madecassia († 1896); quae causae carissimis nostris Missionariis et gaudium afferent et vires addent ad magnos suos labores strenue exantlandos. Nec desunt in his causis flores indigenae: nam, ut nihil dicam de candidissimo Iroquensium lilio, Catharina Tekakwitha († 1680), cuius beatificationem communibus votis una cum Provincia Canadae Inferioris expostulant omnes Provinciae Assistentiae Americae, inter sex Martyres Libanenses quattuor sunt indigenae; et simul cum Patribus in Sinis annis 1900 et 1902 interfectis ingens fidelium multitudo in odium fidei, ut putatur, enecata est, quae item

simul cum illis ad beatificationis triumphum proponitur; quin etiam ex Africa ad eundem triumphum Nostrorum cura properat « magna illa christiana » (ut passim vocatur a Malgascis) Victoria Rasoamanarivo, quae laboriosa nostrae Madecassensis Missionis initia materno fovit amore.

Inter divinae Bonitatis beneficia, secundum S. Patris Ignatii spiritum, id quoque annumerandum est, quod profecto ne hoc quidem triennio Societati defuerunt vexationes eaeque gravissimae. Amplissimae autem Deo sint gratiae, quod praesertim in magno illo exitio, quod quinque florentissimae Hispaniae Provinciae passae sunt atque patiuntur, oculis ipsi nostris plenissime adimpleri cernimus illud S. Pauli Apostoli: « Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum » (2). Lugenda sane fuit tot Novitiatuum, Collegiorum, operum ruina; sed simul res magno solatio plena, non modo ob gloriosissimam persecutionis causam et miram laetamque vix non omnium Nostrorum vel iuniorum atque Novitiorum fidelitatem in sancta sua vocatione sequenda, verum etiam ob magnam (et forte nunquam alias tam artam) totius catholici populi et utriusque cleri nobiscum coniunctionem nostraeque incolumitatis sollicitam curam. Nec sine intimo grati animi sensu commemoro innumerabiles caritatis vere christianae significationes, quas undique et a quolibet cum civium tum Religiosorum ordine per illud tempus accepimus, praeeunte Beatissimo Patre Pio XI, qui vexatam Societatem toto corde amplexari omnique ratione defendere ac recreare non destitit.

Carissimos autem exsules Nostros ex Hispania aliae Societatis Provinciae mira prorsus caritate aut exceperunt aut iuverunt; et paterna Dei providentia effecit, ut aptas invenirent domos, ubi magno atque adeo maiore cum pietatis studiique fervore consuetum vitae ordinem tranquille ac sereno animo sequuntur. Qua occasione viros laicos etiam summae auctoritatis rem valde admiratos audivi affirmantes id prudentis fortisque Superiorum regiminis esse signum.

Pulcherrima quoque referuntur de indefessis laboribus Nostrorum, qui in ipsa Hispania medias inter difficultates alacres sive in ministeria quaevis sive in iuventutis curam incumbunt;

(2) *I Cor.*, x, 13.

et quamquam, prudentiae causa, ab huiusmodi laboribus pressius describendis abstinere debeo, hoc unum dicam me complures Hispaniae Praesules audiisse asserentes Societatis dispersionem in magnum Ecclesiae bonum versam esse, cum Nostri nunc in Hispania plura et magis strenue quam antea operentur. Nonnullas quidem defectiones, ut semper in turbulentis huiusmodi temporibus evenit, lugendas habuimus; sed nihil inde timendum pro vera illarum Provinciarum prosperitate; quin immo ex tribulationis igne robustiores et vegetiores egredientur, ut iam nunc cerni potest.

In quibusdam aliis regionibus, ubi plus minusve acriter Societas impetebatur, nunc infestus animus contra nos aliquantulum deferbuisse videtur: immo in Lusitania, ex qua ante viginti tres annos tam violenter eiecti sumus, res nostrae melius in dies componuntur. Attamen omnibus notum est quam tristis sit Ecclesiae et Societatis condicio in Mexico, ubi persecutionis vis potius invalescit, ita ut astutae ac vere diabolicae artes adhibeantur ad religionem catholicam, si fieri possit, penitus eradicandam; quare singulari ratione orandum est, ut Deus, illius nationis miseratus, pacem religiosam ei tandem concedere dignetur. Ceterum tales insectationes, ut Summus Pontifex non semel dixit, in magnam Societatis gloriam convertuntur: non enim tam constanter nec tam acriter impugnaremur, nisi fideles ac strenui Christi Ecclesiaeque milites essemus atque agnosceremur.

Verum contra huiusmodi impugnationes debemus Societatem eiusque Institutum et opera apta ratione defendere. Ad hunc finem in Curia Praepositi Generalis nuper instituimus officium quoddam centrale, quod quidem multa efficere nondum potuit, sed, si ab omnibus Provinciis, ut data opera anno proximo commendavi (3), rite iuvabitur, plurimum praestiturum esse speramus. Ad hoc etiam, veriorem et pleniorem de rebus Societatis notitiam diffundendo, sensim sine sensu conducet « *Archivum historicum S. I.* », quod in superiore Procuratorum Congregatione mox vulgatum iri nuntiaveram (4), quodque, ineunte anno

---

(3) *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 131-132, 149-152.
(4) *Acta Rom.*, vol. VI, 1930, pag. 602.

1932 revera edi coeptum, peritissimi quique cum plausu exceperunt et iam nunc magni faciunt.

Ad incrementum, ut ita dicam, externum Societatis quod attinet, hoc triennio duae novae Provinciae erectae sunt: altera in Germania, Germaniae Orientalis nuncupata, cuius Praepositus Berolini, in urbe Germaniae principe, residet; altera in America, quae, a Provincia Californiae seiuncta, Oregoniensis nomen accepit. A Provincia autem Hiberniae separata est Missio Australiae et in Viceprovinciam independentem erecta, eique tam copiose benedixit Deus, ut certa spes adsit fore ut quamprimum ad gradum Provinciae evehi possit. Viceprovinciae vero dependentis nomen et iura tributa sunt quibusdam Missionibus in America Latina, ut condicionibus illarum regionum aptius responderent; item Missioni Rumaenicae (Prov. Polon. Min.); et nova Viceprovincia constituta est pro Slovakia, a Provincia Cechoslovakiae dependens.

Etiam in Missionibus nonnullae regiminis mutationes, potissimum ex decretis Sanctae Sedis, factae sunt. Ne quid dicam de novis Praefecturis Apostolicis, quae a Missionibus nobis commissis abstractae sunt et aliis Missionariorum Institutis concreditae, ut in insula Java et in Rhodesia, Missio Kwangensis (Prov. Belg.) in duos Vicariatus Apostolicos, Kwangensem et Kisantuensem nuncupatos, dispertita est. Insula Mindanao in Philippinis (Prov. Maryl. - N. E.), quae tota usque adhuc Episcopo Zamboangae subiiciebatur, in duas nuper Dioeceses distributa est, Zamboangensem et Cagayanensem, quae ex voluntate Summi Pontificis Episcopos habent duos e Nostris. In Sinis denique nova Praefectura Apostolica de Süchow, a Vicariatu Nankinensi (Prov. Franc.) seiuncta, Provinciae Canadae Inferioris commissa est. Quod autem Collegium anno 1930 mox inchoandum nuntiaveram Bagdad in urbe regni Iraq seu Mesopotamiae principe, hoc feliciter anno superiore factum est, curantibus Provinciis Assistentiae Americae et maxime Provincia Novae Angliae, cui haec nova Missio est proxime concredita. Item peculiari ratione commemorandae sunt quattuor novae probationis Domus in Missionibus, quae optimam spem faciunt de multiplicandis vocationibus indigenis; haec autem sunt in Missione Philippina (Prov. Maryl.-N.E.), ubi Novitiatus iam exstans multo maiorem aptioremque sedem invenit, in Missionibus Ranchensi (Prov. Belg.),

Calicutensi (Prov. Ven.) et Iaponica (Prov. Germ. Inf.), in quibus tirocinium ab integro inchoatur (5).

Alias novas domos commemorare vix possum, ne praecipuas quidem: penitus tamen silere nequeo anno 1930, paulo post dimissam Congregationem Procuratorum, inauguratas esse novas aedes Pontificiae Universitatis Gregorianae; quod maximi momenti institutum me continenter sollicitum tenet, et, dum maximas denuo gratias ago pro auxilio adhuc praestito, omnibus Provinciis iterum iterumque commendo ut tantum opus quam liberalissime iuvare velint, quo plenius ac dignius Societas illud sustinere et tantae Sanctae Sedis benevolentiae atque Episcoporum ac Superiorum Religiosorum fiduciae respondere possit.

Nova eiusdem benevolentiae ac fiduciae signa sunt alia nonnulla Collegia Pontificia et Seminaria, quae variis in regionibus his tribus annis Societas regenda suscipere debuit, ut Pontificium Collegium Maronitarum in Urbe (Prov. Rom.), Seminarium Regionale Montisvidei in Uruquaria (Prov. Argent.-Chil.), Seminarium Orientale Dubnense (Prov. Polon. Mai. et Maz.), Seminarium Regionale Maydiiense in Vicariatu Apostolico de Kisantu (Prov. Belg.); quibus mox accedent Pontificium Collegium Brasiliense in Urbe (Prov. Rom.) et Pontificium Seminarium Regionale Rheginense pro tota Calabria (Prov. Neapol.).

Et quoniam de Seminario Orientali Dubnensi incidit mentio, aliquid fusius mihi dicendum occurrit de tota illa Missione Orientali, quae, utpote nova omnino res, novas offendit difficultates tam externas quam internas, sed benedictiones quoque experitur peculiares oboedientibus promissas. Nostis, Reverendi Patres, ex aperta Summi Pontificis voluntate nos illam Missionem non aggressos esse nisi hac lege ut, qui sive ipsi ritui orientali a pueris addicti Societatem ingressi fuerint, sive a latino ad ritum orientalem secundum normas a Sancta Sede datas transierint, omnes Institutum plene servarent eadem prorsus ratione atque ceteri Societatis sodales, solo ritu excepto. Itaque peculiaris Superiorum cura semper fuit, ne diversitas ritus, sancte utique servanda, diversitatem quandam spiritus induceret in hanc novam Societatis quasi familiam; ideoque omnia attente perpensa sunt et perpenduntur, ut quodvis huiusmodi divisionis

(5) V. supra, pp. 353-354.

periculum arceatur. Et sane, Deo iuvante, adhuc res bene successit et certam fovemus spem melius in dies omnia secundum hunc spiritum ordinari posse.

Graviores sunt difficultates externae, quas eadem haec Orientalis Missio patitur ab iis, qui in Orientales eorumque ritum minus bene affecti sunt. At cum normas a Sancta Sede traditas fideliter servemus et maiorem Dei gloriam unice intendamus, hae difficultates nihil nos terrere debent; eo magis quod copiosa animarum messis iam albescens nos certiores facit labores nostros Deo gratos fuisse atque esse. Operarii potius sunt pauci; sed, praeterquam quod non desunt indigenae vocationes, selectus nostrorum Scholasticorum manipulus iam adest in Urbe, qui ad illi Missioni atque adeo Russiae succurrendum, quandocumque divina Providentia miserae illius nationis portas aperire dignabitur, studiose ac fervide sese parant. Gratias igitur quamplurimas ago illis Provinciis, quae hos iuvenes, carissimam Orientalis Missionis spem, generoso animo dederunt; atque hic mihi temperare non possum, quin denuo omnium precibus enixe commendem infelicem Russiam, in qua perpauci omnino restant sacerdotes catholici iique fere omnes aut senes aut invalidi, quaeque unica dici potest regio in qua nullus prorsus habeatur Iesuita.

Ad Societatis nunc labores si oculos convertimus, eadem fere dicenda occurrunt, quae anno 1930 rettuli (6): Societatis operam ubique ardenter expeti etiam a supremis Ecclesiae Praelatis, potissimum ad clerum in Seminariis instituendum et sacerdotes Exercitiis spiritualibus ac piis recollectionibus excolendos iuvandosque: quod quidem evidens signum est scientificam et spiritualem Societatis institutionem magni fieri eique plenam fiduciam haberi, quippe quae inter hodiernas nec semper sanas scholasticas et asceticas methodos per viam mediam recta incedat et immutabilia christianae ascesis principia ad novas horum temporum necessitates rite accommodare sciat. De Exercitiis autem spiritualibus illud est peculiari memoria dignum, quod non solum laicis et clero saeculari (ne quid dicam de Monialibus), sed etiam Religiosis viris saepissime traduntur vel diversissimorum Ordinum, a maxime contemplativis ad impiger-

(6) *Acta Rom.*, vol. VI, 1930, pp. 604-605.

rime activos; et ubique, quo fidelius servatur integra S. Patris Ignatii methodus, eo sunt efficaciora; adeo ut etiam ii, qui alias pietatis scholas tentaverant, ad nos sponte redeant. Nec mirum: nam ad haec spiritualia arma tractanda speciali charismate seu vocationis gratia munimur. Valde igitur dolendum est quod non omnes Societatis filii, ea qua par est fidelitate, hanc Ignatianam methodum in tradendis Exercitiis sequantur; idque dolent quandoque ipsi Episcopi aliique viri saeculares, qui a nobis Exercitia iure expetunt ad nostri quidem temporis personarum rerumque rationes accommodata, sed accurate secundum germanum Sancti Auctoris spiritum et praescripta.

Aliud laborum genus, ad quod frequentius in dies ab Episcopis expetuntur Nostri, ad spirituale auxilium spectat Actioni Catholicae praestandum, quo melius haec optatis Summi Pontificis, tantopere de ea solliciti, respondeat. Ad id quoque conducunt Congregationes Marianae, quarum efficacia, etiam ubi adhuc fere derelictae erant, nunc agnosci coepta est, ideoque paulatim haec nostra Sodalitia pluris fiunt et novum robur acquirunt. — Idem dicendum de nostris Collegiis, quae fere ubique alumnis oppleta sunt et tam apud amicos quam apud adversarios magna aestimatione utuntur, quandoque etiam maiore quam merentur; nam, ut nuper in epistola ad Superiores die 29 iunii huius anni data monui, « fateri debemus ea in variis regionibus aliquod damnum passa esse » (7). Propterea impense nobis curandum est, ut quaedam, quae in nostris Collegiis nondum bene novis necessitatibus respondent, quamprimum apte ad eas accommodentur.

Sedulo quoque ac strenue in multis Provinciis obsistitur a Nostris nefando bello, quod, Moscovia duce, plus minusve ubique grassatur aut saltem iam coepit infremere ubique adversus « omne quod dicitur Deus aut quod colitur » (8). At mihi persuasum est Societatem Iesu, sacro Patris sui igne inflammatam, ad multo plura contra hoc « mysterium iniquitatis » (9) praestanda vocari, cum agatur, si unquam alias, de vindicando honore Dei inau-

(7) Epist. « De ministeriorum atque operum delectu Nostrorumque ad ea institutione » d. d. 29 iun. 1933, n. 5: v. hic supra, pag. 467.

(8) *II Thessal.*, II, 4.

(9) *II Thessal.*, II, 7.

ditis ac vere satanicis blasphemiis conculcato, de ipsis morum fundamentis defendendis, de innumerabili animarum multitudine ab extremo ac fere desperato aeternae perditionis periculo salvanda. Velim ut omnes Provinciae earum exemplum sequantur, quae, ut Provincia Canadae Inferioris, hanc contra atheismum pugnam non utcumque aut mere data occasione ducunt, sed ex ordine et secundum praestitutam bellandi rationem instituunt.

Etiam in Missionibus indefessi ac revera supra vires laborant Nostri, et aliquando in spiritu sacrificii vere heroico. Atque hic digni profecto sunt qui peculiari mentione commemorentur duo carissimi latronum captivi in Sinis, PP. Avitus Gutiérrez (Prov. Legion.) et Thomas Esteban (Prov. Castell.), quorum alter a tribus iam annis eoque amplius, alter fere a duobus durissimam captivitatem et continuas mortis minas tanta cum animi fortitudine atque adeo intima cum laetitia sufferunt, ut, quemadmodum ipse Excellentissimus Delegatus Apostolicus Sinarum declaravit, antiquos fidei Confessores aemulentur; nec dubium quin sua constantia et virtute dilectis Missionibus Sinensibus atque etiam toti Societati uberrimas benedictiones a Deo impetrent.

Ceterum in Missionibus fere omnibus crescit in dies pulcherrima animarum messis, quae, Spiritu Sancto afflante, mirabiliter maturesceret et in horrea Domini facile colligi posset, nisi operariorum brachia deessent. Quoties, Missionariis senio laboribusque confectis et novos validos auxiliares exposcentibus, ingemiscens respondere cogor: « Homines non habeo »! Quoties idem acerbum responsum dare debeo amicis et benevolis, qui Societatis operam expetunt, etiam quando ceteroqui et optimum et vix non necessarium est quod nobis proponitur!

Verum quidem est Sociorum numerum superioribus annis magna, Deo favente, suscepisse incrementa, ita ut ineunte hoc anno accessio 700 superaverit. Hoc tamen augmentum, praeterquamquod novis operibus novisque laboribus suscipiendis par nondum est, nostrum studium ac vigilantiam in dies excitare debet, ut ex una parte cum tam copiosa divinae gratiae effusione sollerter cooperemur ad vocationes apte fovendas, ex altera tanto severiorem candidatorum selectionem faciamus, quanto maius adest periculum, ne Societas « turba hominum » oneretur

potius quam iuvetur. Item magis magisque sollicitos nos esse oportet de plena tot novorum Christi militum institutione curanda secundum germanum S. Patris Ignatii spiritum et de eorum talentis rite excolendis, ne Societas illud audire debeat: « Multiplicasti gentem, non magnificasti laetitiam » ([10]). Sed cum de hac re non ita pridem, ut supra tetigi, litteris die festo SS. Apostolorum Petri et Pauli ad omnes Superiores missis data opera disseruerim, non est cur aliud hic addam, nisi ut attentam earum litterarum considerationem et fidelem observantiam etiam atque etiam commendem: non enim mea ibi singularia quaedam consilia urgeo, sed ea rectae rationis et apti regiminis dictamina collegi, quae ex Constitutionum principiis, Congregationum Generalium decretis, S. Patris Ignatii aliorumque Praepositorum Generalium monitis et exemplis sponte fluunt. Si haec ab omnibus, ad quos pertinet, sedulo servabuntur, complures brevi habebimus insignes viros, quales Ecclesia Christi a Societate iure exspectat.

Ad studia quod attinet, Constitutione Apostolica «Deus scientiarum Dominus » promulgata, ad novas Sanctae Sedis leges sancte adimplendas statim peritorum Patrum Coetum cogere curavimus, qui peculiaria Collegiorum Nostrorum Statuta Sacrae Congregationi de Seminariis Studiorumque Universitatibus subiicienda pararet. Huius primi Coetus labores egomet quam accuratissime revidi et exeunte iunio anni superioris primum Statutorum schema Sacrae Congregationi exhibere potui, quae litteris die 8 septembris 1932 datis Statuta illa quod ad substantiam approbavit et iam tum ad tempus applicari posse edixit in iis Nostrorum Collegiis, quae in folio illis litteris adiuncto recensebantur ([11]); in iis, inquam, omnibus Collegiis, quae proposueram atque ea ipsa ratione qua petieram: siquidem Sacra Congregatio insigni prorsus benevolentia omnes nostras petitiones exceperat ([12]).

Hoc solido iacto fundamento, tempus iam adventasse visum est tam diu expetitum, quo tota nostra « Ratio Studiorum » recognoscenda et ad nostra tempora accommodanda suscipere-

---

([10]) Isai., ix, 3.
([11]) *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 62-64.
([12]) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pag. 168.

tur. Itaque huic tanti momenti negotio, post integrum paene saeculum ex quo sanctae memoriae Pater Roothaan primum huiusmodi tentamen fecerat, manus admovimus, inceptum studiis philosophiae ac theologiae interim definientes. Aliquot Patres variarum disciplinarum peritos ex variis Assistentiis Romam accivi, qui per quinque fere menses impigre laborantes non minus 46 sessiones habuerunt, ac dein primum quoddam recognitae Rationis Studiorum schema mihi examinandum proposuerunt (13). Illud, cum primum definitam Statutorum approbationem, ut brevi fore speramus, a Sacra Congregatione acceperimus, a me et PP. Assistentibus revisum, cum Nostrorum Collegiis communicabo, ut per triennium ad experimentum servetur. Post triennium vero quid faciendum sit usus ipse docebit. — Mox alteram Rationis Studiorum partem, quae studia litteraria et Collegia externorum propius spectat, item recognoscendam, Deo adiuvante, suscipiemus. Hos tanti ponderis labores omnes Societatis filii in suis ad Deum precibus vehementer commendatos habere velint.

Etiam totius Instituti recognitionem alacriter, quantum fieri potuit, promovimus: in primis vero nova Regularum editio commemoranda est, quae ad regularem observantiam secundum Societatis spiritum fovendam fore utilissima iure speratur. Praeter libellum « Praxis Congregationis Provincialis », ad cuius normam hoc anno Provinciarum Comitia rite celebrata sunt, magni momenti est et valde utilis sane erit « Elenchus eorum quae a Provincialibus praestanda sunt »: qui libellus, numquam post Patrem Aquaviva editus, nuper retractatus in lucem prodiit. Eum mox sequetur alter similis «Elenchus » pro Superioribus localibus et Ministris, cuius recentior editio quinquaginta annos abhinc iussu R. P. Anderledy facta est. His feliciter peractis, etiam Provinciarum Consuetudinaria, sicut undique iure meritoque expostulatur, revidere et ad huius temporis rationes aptius accommodare incipiemus; quod quidem ante novam Regularum editionem bene fieri non poterat. Habita vero denuo per Breve « Paterna caritas » plena Instituti nostri approbatione, tempus iam adest incipiendi novam totius Instituti editionem, quae secundum normas a Congregatione Generali XXVII datas (14) conficienda erit; iam

(13) Cfr. *Memorab. S. I.*, vol. IV, fasc. VII, 1 maii 1933, pp. 451-455.
(14) Cfr. *Collect. Decret.*, d. 7 (Epit. n. 13).

nunc paratur primum volumen, quod continebit « ea omnia documenta pontificia pro Societate data ex quibus ius nostrum vigens colligitur », ceteris ad integrum Societatis Bullarium opportuniore dein tempore edendum remissis ([15]). Huius novae editionis forma minor erit quam editionis Florentinae, et eiusdem fere mensurae atque *Acta Romana*, cum haec ad quotidianum usum aptior videatur. Quamprimum autem fieri poterit, etiam S. Patris Nostri Constitutionum editio manualis tantopere ab universa Societate exoptata iterum curabitur.

Sed iam ad internum Societatis statum gressum faciamus. Et in primis, ex iis spiritus nostri periculis, quae superiori Procuratorum Congregationi palam denuntianda putavi ([16]), quaedam nunc deminuta videntur (ut falsus ille mysticismus, cuius principia in quibusdam Provinciis iam serpere conquerebar), at alia fortasse aucta sunt. Graviores v. gr. in dies querelas variis ex partibus dolens audio haud paucos e Nostris praesertim iuvenibus de religiosa paupertate non modo parum admodum esse studiosos in actione, sed ipsos rectos mentis conceptus amisisse, magno cum periculo ne tota nostrae paupertatis servandae ratio paulatim pessumdetur.

Alterum periculum, quod in dies augescit, nedum decrescat, in ipsis magnis laboribus latet, quibus multi e Nostris fere obruuntur; inde facile fit ut quidam suarum rerum spiritualium paulatim minus sint solliciti, ac dein (quod apud antiquos Patres inauditum erat) consueta pietatis exercitia vix non ex toto negligant, oblivioni dantes illud evangelicum: « Quid prodest homini si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur? » ([17]). Decipiuntur nonnulli hac ratione se plus temporis et virium impendere posse in animarum auxilium, ideoque maiorem Dei gloriam se revera quaerere, et facile causantur extremam et urgentem proximorum necessitatem. Sed non potest Deus inordinatam hanc ac praeposteram caritatem approbare neque suis benedictionibus fovere; atque ita, post primos aliquot fructus apparentes potius quam veros, una restat et forte irreparabilis ipsorum talium operariorum ruina magno cum So-

---

([15]) *Collect. Decret.*, d. 7 § 1, 1°. (Epit. n. 13 § 1, 1°).
([16]) *Acta Rom.*, vol, VI, 1930, pp. 609-610.
([17]) MATTH., XVI, 26.

cietatis dedecore ac detrimento. Ad tantum malum cavendum, sedulo invigilent Superiores, ut omnes in rerum spiritualium ac solidarum virtutum studium serio et constanter incumbant.

Tertium quod me plurimum angit est magna externae disciplinae negligentia, quae iuniores praesertim quandoque conducit ad incredibilia fere sibi permittenda; nec solum ex communi fragilitate humana, sed ex falsis sententiis sibi efformatis de quadam (ut aiunt) libertate spiritus a compedibus monasticae observantiae soluta, quam ut magno S. Patris Ignatii animo omnino congruam exhibere non verentur. Quod quidem quam falso dicatur omnes norunt quotquot primaevam Societatis historiam volverunt: scimus enim quam districte Sanctus Pater minutissima quaeque praescriberet et quam severe domesticam disciplinam ab omnibus servandam exigeret. Doceantur itaque Nostri iam inde a primis vitae religiosae annis haec minima maximi facere, siquidem externa disciplina internae perfectionis indicium simul est et fidelis custos.

De statu rerum temporalium non est cur multa dicam: nemo ignorat praesentes totius mundi hac in re angustias, neque mirum est iis nostram quoque Societatem attingi. Mirum potius est et paternae divinae Providentiae unice tribuendum, quod multo minus his angustiis premimur quam quod timendum erat, praesertim si alios consideremus multo magis tentatos. Quaedam tamen Provinciae, etiam ex iis quae inter ditiores vulgo aestimabantur, maxima penuria cruciantur et fraterno aliarum Provinciarum auxilio revera indigent. Omnibus autem Provinciis, Missionibus, Domibus etiam atque etiam commendo, ut prudentiorem administrationem curent et accuratiorem paupertatis observantiam urgeant; idque eo quoque fine, ut hoc tempore, quo tot hominum millia fame languent, pauperibus uberius in dies subveniri possit. Id revera a Nostris passim iam fieri ex corde gaudeo; sed amplius quid hac in re, praesertim ubi maior est necessitas, a nobis praestari posse puto, etiamsi id aliquod proprium sacrificium secum ferat.

Denique aliud periculum imminet Societati ab exaggerato individualismo et provincialismo (sit venia verbis), quo fit ut unusquisque nostrum suos labores tantum videat, unaquaeque domus de suis rebus unice curet et fere nihil ad totius Provinciae bonum attendat; item nimis saepe accidit, ut Provinciae sua

quaeque opera ita promoveant, de suis necessitatibus ita sint sollicitae, ut operum communium fere obliviscantur, et vix non amissos ac perditos autument sodales, quos ad haec opera communia, post multos tractatus, aegre tandem concedere coguntur. Non ubique haec eadem ratione vera sunt, et aequum est me quibusdam Provinciis hic palam gratias agere ob liberalem animum, quo tam mihi quam aliis Provinciis libenter auxilium praebent. Sed omnes sibi persuadeant oportet et actu sibi persuasum habere ostendant tanto uberiores nos fructus in vinea Domini esse laturos, quo magis et corde et opere uniti erimus, quo magis efficiemus unum corpus et animam unam.

Ad hoc obtinendum, ut patet, debet sua quisque consilia suamque sententiam ad aliorum ingenium et maxime ad Superiorum mentem quam plenissime accommodare, aliquid vel optimum forte omittere, aliquid minus gratum suscipere; et quod de singulis dico, idem de domibus ac Provinciis singulis valet, ut commune bonum praevaleat. Sed tunc Societas, tamquam « acies bene ordinata », validior in campum descendet ad praelia Domini strenue praelianda ad maiorem Dei gloriam.

Hac ipsa plena animorum et virium unione poterit Societas maius in dies servitium Ecclesiae Christi praestare et aquas de fontibus Salvatoris haustas ad innumerabiles animarum multitudines, veritatem sitientes, magis magisque deferre.

Antequam dicendi finem faciam, mihi temperare non possum, quin maesta recordatione commemorem desideratissimum Procuratorem Provinciae Venetae, P. Petrum Grana, qui dum fere in eo esset ut romanum iter aggrederetur, violento morbo abreptus, pro nostro conventu ad beatiorem, ut sperare licet, Societatis triumphantis consessum vocatus est ([18]). Confido equidem ipsum laboribus his nostris multo efficacius de caelo affuturum, cum semper Societatis amantissimum et erga Institutum fidelissimum sese praebuerit.

([18]) Obiit Parmae die 23 sept. 1933.

III.

LITTERAE CONGREGATIONIS PROCURATORUM AD SUMMUM PONTIFICEM

(27 sept. 1933).

Beatissime Pater,

Procuratores undequadraginta Provinciarum Societatis Iesu, a Congregationibus seu Capitulis Provincialibus electi, qui ad normam Instituti in Urbem convenientes triennalem Procuratorum Congregationem, quae vocatur, una cum Patribus Assistentibus, Praeposito Generali praeside, nuper celebrarunt, ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime provoluti, nomine totius Ordinis amplissimas iterum (1) eidem Sanctitati Vestrae gratias agunt de insigni prorsus benevolentia, qua minimam nostram Societatem continenter prosequi dignatur; ac nominatim gratissimum animum exhibere volunt ob Litteras Apostolicas « *Paterna caritas*», caritate vere paterna plenas, quibus Institutum nostrum denuo sollemniter approbatur, et ob altarium honores B. Iosepho Pignatelli decretos.

Apostolicam vero Benedictionem, hoc anno humanae Redemptioni recolendae sacro, peculiari ratione pro nobis nostrisque Provinciis atque adeo pro tota Societate demisse imploramus, ut secundum Instituti nostri leges et Sanctorum nostrorum exempla non solum nostrae sanctificationi impensius in dies operam demus, sed in aliorum quoque salutem strenue, pro nostris viribus et secundum Societatis Institutum ac spiritum, incumbamus.

Ad hunc finem autem, normis a Sanctitate Vestra tam saepe et tam instanter inculcatis fideliter inhaerentes, Actionem Catholicam ad nutum Episcoporum ubique, quantum in nobis erit, promovere contendemus, ut cunctae familiae gentium et omnium

(1) Cfr. supra, pp. 285-287.

corda citius ac plenius suavissimo Christi Regis subdantur imperio.

Romae, die 27 septembris 1933, — CCCXCIII anniversario primae Societatis Iesu confirmationis a Paulo III datae.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

(*Sequuntur nomina omnium PP. Assistentium et Provinciarum Procuratorum*).

IV.

ALTERA PATRIS NOSTRI ADHORTATIO AD PP. PROVINCIARUM PROCURATORES

(30 septembris 1933).

REVERENDI IN CHRISTO PATRES,

Inter tot sapientissima Instituti nostri praescripta peculiari quadam insignis prudentiae nota emicant, ut in prima allocutione tetigi, ea quae hanc nostram Procuratorum Congregationem spectant. Ad ea quoque pertinet id quod, usu primum iam diu invectum, nunc lege firmatum est et numero 27 novae Formulae huius Congregationis continetur: « Post latum decretum, quodcumque fuerit, absolvitur Congregatio, habita prius a Praeposito Generali allocutione qua Patribus Congregatis ea commendet quae ad commune Societatis bonum expedire iudicaverit ». Et sane, per hoc Societas aperte profitetur germanum sui Instituti spiritum, qui vult ut regimen nostrum paternum sit et spirituale, ita ut subditi, amoris et fiduciae vinculo cum Superioribus coniuncti, libenter ab eis se regi sinant.

Et re quidem vera ex variis Provinciis accepi meam de oboedientia adhortationem, in altera sessione superioris Congregationis Procuratorum anno 1930 habitam, bonos fructus tulisse. Nunc vero mihi in animo est de religiosa paupertate aliquid disserere,

quam Sanctus Pater noster Ignatius tanti fecit, ut eam religionis murum firmum, propugnaculum ac refugium vocaret eamque ab omnibus ut matrem diligendam esse edixerit [1]; de qua prima renatae Societatis Congregatio declaravit « ex priscae paupertatis observatione bonam Societatis famam et prosperitatem multum pendere » [2]; quod quidem decretum proxima Congregatio Generalis XXVII auctoritate sua iterum confirmavit [3].

Haec autem quattuor breviter exponam: 1) Instituti praescripta de religiosa paupertate secundum Societatis spiritum servanda; — 2) quinam fuerit semper Societatis usus in iis praescriptis adimplendis; — 3) quinam sint hac in re praecipui defectus praesentes; — 4) quaenam contra eos remedia.

1. — Et primo quidem vult S. Pater Ignatius ut paupertatem ardentissime amemus propter Christum Dominum, qui pro nobis « egenus factus est cum esset dives » [4], et propter animas salvandas. Locos, ubi Sanctus Parens id urget, singillatim indicare longum est, cum tota Exercitia et Constitutiones hoc amore Christi et animarum zelo imbuantur et omnia ad hunc duplicem finem ordinentur: ad rem nostram quod attinet, recogitare sufficiat contemplationem de Regno Christi et meditationem de duobus vexillis et considerationem de tribus modis humilitatis, quibus in locis clare indicantur ea quae Sanctus Pater a suis filiis exspectat. Meminerimus praesertim illius tertii humilitatis modi, quo unusquisque incitatur ad haec firmiter proponenda: « Ad imitandum Christum Dominum nostrum utque ei magis actu similis fiam, volo et eligo magis paupertatem cum Christo paupere quam divitias ».

Id autem exigit in omnibus et singulis Societatis sodalibus summam paupertatem spiritualem, quae omnia terrena nihili facit; summam quoque paupertatem actualem, quamquam haec secundum probatam rationem in Constitutionibus declaratam exerceri debet, ne proprium nostrae vocationis finem ac modum transgrediamur; nam, ut dicit S. Thomas, « tanto erit unaquae-

---

(1) *Constit.*, P. III c. 1 n. 25; P. VI c. 2 n. 1; P. X n. 5.
(2) Congr. Gen. XX, d. 7 n. 9.
(3) *Collec. Decret.*, d. 174 (Epit. n. 478 § 4).
(4) *II Cor.*, VIII, 9.

que religio secundum paupertatem perfectior, quanto habet paupertatem magis proportionatam suo fini » (5). Cum vero idem Angelicus Doctor affirmet religionibus, « quae ordinantur ad contemplata aliis tradenda » seu quae (ut dici solet) vitam mixtam profitentur, qualis est nostra, competere « vitam habere maxime ab exterioribus sollicitudinibus expeditam » (6), « ut proprio exemplo praedicent contemptum mundi et liberiores sint in agendo cum hominibus » (7), Societas, S. Patris Ignatii spiritum secuta, etiam post Concilium Tridentinum, quod Regularibus rigorem paupertatis aliquantulum temperare concesserat (8), summam paupertatem etiam in communi, quam Legifer Pater Societati professae praescripserat, integram custodire maluit (9).

Itaque, qui extra Domos probationis et Collegia in vinea Domini laborant, ii omnes suae sustentationis curam uni divinae Providentiae relinquere debent. Ceterum nunquam Deus promissionibus suis defuit, et quo fidelius alicubi paupertas religiosa servatur, eo copiosius ibi invenitur, etiam quod ad haec vitae temporalis necessaria, divinum auxilium. Non semel vidi, vel difficillimis temporibus, nihil defuisse pauperrimis quibusdam domibus, quorum Superiores et socii magna fide ac fidelitate Deo inserviebant, dum aliae domus pusillanimes male se habebant. Nimia ergo humana sollicitudo deponenda est et in id potius incumbamus, ut melius in dies vivamus secundum Institutum nostrum nostrasque Regulas; tunc certe plenius item in dies experiemur veritatem illius dominici promissi: « Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adiicientur vobis » (10); « cum sciamus, ut dicit Formula Instituti, Dominum nostrum Iesum Christum servis suis regnum Dei solum inquirentibus, necessaria ad victum et vestitum esse subministraturum » (11).

Singulorum autem seu personalem paupertatem ut propius spectemus, quae a Sancto Legifero Patre describitur, ea profe-

---

(5) *Sum. Theol.*, II-II^{ae}, q. 188, a. 7.
(6) *Ibid.*
(7) Oswald *S. I.*, *Comment. in Constit. S. I.*, n. 600.
(8) *Conc. Trid.*, sess. XXV, « de Regularibus » c. 3.
(9) Congr. Gen. II, d. 33.
(10) Matth., vi, 33.
(11) *Form. Instit. S. I.*, a Iulio III approb., n. 7 (Epit. n. 504).

cto est, quae, praesertim quod ad dependentiam a Superioribus etiam in minimis et quod ad vitam omnino communem, quavis proprietatis vel peculii specie prorsus sublata, vix maior esse potest. Quodsi in victu, vestitu, habitatione etc. exterior quaedam austeritas, quam alii Ordines religiosi sancte servant, nobis deesse videtur, id voluit Sanctus Pater, ut tota vita nostra apostolico fini magis aptaretur: hinc nota illa regula de ratione vivendi in exterioribus, quae, « iustas ob causas, maius Dei obsequium semper intuendo, communis est » ([12]), seu, ut dicitur in Formula Instituti, ad honestorum Sacerdotum communem et approbatum usum accommodata ([13]). Perperam tamen inde concluderet quis assiduum in his quoque rebus paupertatis studium atque cultum a nobis esse alienum; nam ipsae Constitutiones, quae Instituti Formulam authentice interpretantur, post verba supra allata de modo vivendi in exterioribus, addunt: « habenda tamen semper erit ratio humilitatis, paupertatis ac spiritualis aedificationis, quae semper nobis in Domino ob oculos versari debet » ([14]). Ergo norma illa de vita communi et approbata honestorum Sacerdotum ex se sola accipi non debet, sed complenda est tribus his normis: paupertatis, humilitatis, aedificationis. Quin immo eaedem Constitutiones non modo edicunt universim illa omnia esse debere « ut pauperibus accommodata », sed praeterea aperte nos docent libenter ex animo acceptare « quae vilissima erunt ex iis quae domi sunt » et sanctae paupertatis effectus aliquos suis temporibus experiri, usque « ad mendicandum ostiatim, quando vel obedientia vel necessitas id exiget » ([15]). Summam profecto paupertatem sapiunt etiam ea quae in parte VI Constitutionum de itineribus aliisque ad nostram vivendi rationem pertinentibus accurate praescribuntur aut vetantur ([16]); quamquam hae leges, sicut et totum reliquum Institutum, mira discretione temperantur et secundum propriam Societatis normam unice definiuntur ac ponderantur, id est secundum maiorem Dei gloriam ([17]).

([12]) *Summar. Constit.*, reg. 4.
([13]) *Form. Instit. S. I.*, a Iulio III approb., n. 8.
([14]) *Constit.*, P. VI c. 2 n. 16.
([15]) *Summar. Constit.*, regg. 24 et 25.
([16]) *Constit.*, P. VI, c. 2 nn. 14-16.
([17]) Cfr. *Constit.*, P. VI c. 2, K, M, N, etc.

2. — Neque haec tantum pulchra praecepta manserunt, sed inde a primis temporibus Societas hoc spiritu filios suos alte imbuit, eos ita vivere docuit atque ita revera viventes laeta conspexit. Novimus, Reverendi Patres, quantam egestatem passi sint primi nostri Patres, ita ut iure dici possit Societas Iesu, sicut Rex divinus cuius sanctissimo insignitur nomine, in summa paupertate nata esse. Quam pauperrime vero in Urbe viveret Sanctus Pater noster Ignatius, etiam nunc in eius cubiculis sancte servatis oculis ipsi nostris cernere possumus. Scimus S. Franciscum Xaverium Roma in Indias profecturum nihil secum tulisse praeter sua scripta et breviarium et crucifixum; scimus B. Petrum Fabrum, de cuius canonizatione promovenda Provincia Lugdunensis laudabiliter admodum sollicita est, scimus, inquam, hunc dignissimum Societatis Primogenitum continenter a Deo postulasse, ut sibi res vel ad vitam sustentandam necessariae identidem deessent, idque ipsi aliquando revera concessum esse magna cum eius animi laetitia. Et ne quid dicam de S. Francisco Borgia, de S. Aloisio, aliisque nostris Sanctis, qui omnes paupertatem vere ut matrem dilexerunt, Beatus Pignatelli sub renascentis Societatis exordium in id potissimum totis viribus incubuit, ut pristina paupertatis puritas instauraretur atque etiam magis magisque perficeretur, eamque ut summi momenti rem P. Aloisio Fortis, quem prophetico spiritu Praepositum Generalem futurum noverat, instantissime commendavit, qui sane multa ac praeclara ad hunc finem dein praestitit, et ut quaedam hac de re a Congregatione Generali XX statuerentur prudenter curavit ([18]). Sed, quod magis est, Beatus ille Societatis in Italia Instaurator perfectissimum huius religiosae paupertatis amoris in se exemplum praebuit: non modo enim adolescens, ditissimae familiae commoda spernens, evangelicam paupertatem ut pretiosissimam margaritam quaesierat; verum etiam post diuturnam, suppressionis tempore, agendi libertatem, copiosa qua fruebatur pecunia iterum spreta, cum primum potuit, iam fere senescens religiosae vitae angustias sponte lubensque denuo suscepit easque quovis thesauro cariores habuit ad mortem

---

([18]) Cfr. Congr. XX, d. 7. — Cfr. etiam Epist. R. P. Franc. Xav. Wernz, 25 dec. 1913, *in Annum Saecularem*, n. 7: *Acta Rom.*, vol. I, 1913, pag. 109.

usque, quam in pauperrimo illo conclavi obivit, quod etiam nunc invisi potest, pauperrima in domo Sancti Pantaleonis.

Ceterum optimi quique Societatis filii, quamquam ad altarium honores non evecti, insignes fuerunt in paupertate colenda: ut alios plurimos praeteream, his ipsis diebus in lectione ad mensam praeclara omnino hac de re audivimus ex commentario « De Vita et moribus P. Everardi Mercuriani » a P. Oliverio Manaraeo conscripto ([19]); item alii duo Praepositi Generales eximiae sanctitatis fama clarissimi, etiam paupertatis laude supra communem modum eminuerunt, P. Vincentius Carafa et P. Ioannes Roothaan.

3. — In his Maiorum nostrorum exemplis si tanquam in speculo nos inspiciamus, nonne, Reverendi Patres, fateri debemus nos ab illo sanctissimo paupertatis cultu aliquantum recessisse? Et sane quotquot de pretiosissima Sancti Patris Nostri hereditate incontaminate custodienda sive ex officio sive ex solo Societatis amore solliciti sumus, non possumus non esse anxii cernentes mundanum illum independentiae ac cupiditatis spiritum in Societate tam novum, quo quidam autumant sibi licere rebus domesticis pro suo arbitrio, etiam inscio Superiore, uti abutique, et putant permulta sibi esse necessaria, quae revera superflua sunt, eaque sibi quacumque ratione procurant, incredibili quadam cum facilitate Superioris facultatem supponentes aut de ea ne cogitantes quidem.

Hinc fit, ut hi toti sint in novis quibusdam rebus sibi quaeritandis; hinc fit, ut paulatim domus nostrae sobriam illam simplicitatem amittant, qua olim nitebant; ut privata conclavia eorumque suppellex pro religiosa paupertate iam saecularem quandam levitatem sapiant; ut pecunia in peculiares usus ad nutum privatorum expendenda nimis frequenter permittatur, ex qua ad vera peculia constituenda brevis admodum est gressus. Quid autem dicam de longis itineribus longisque in itinere ambagibus vel sola recreationis causa susceptis, de cura valetudinis non more pauperum sed more praedivitum peracta, de delicata victus ratione studiose exquisita, Superioribus fortasse avaritiae insimulatis, si quid paulo vilius aut paulo minus in mensa appo-

---

([19]) Ed. Bruxellis, Typ. A. Vromant, 1882: cfr. praesertim pagg. 26-30.

natur? Quid vero dicam de iis qui, in aliam domum migraturi, complures sarcinas rebus quoque curiosis et inutilibus confertas secum trahunt, ut machina photographica, qua iam plurimi e Nostris (nimii certe!) instructi sunt eamque ut rem sibi perpetuo addictam habent et adhibent. Si haec diutius impune tolerantur, et maxime si tempestive non obsistitur falsis sententiis, quibus haec non solum excusantur, sed potius ut legitima propugnantur, nihil non timendum est Societati, quae sensim sine sensu in grave periculum coniiceretur prolabendi in verum laxismum.

Hoc periculum iam sentiunt et mecum vehementer dolent, ut egomet audivi, etiam Missionarii nostri, qui in Provincias identidem revertentes, inauditas has novitates in nostram rationem vivendi inductas mirantur valde ac de iis iure merito scandalizantur; idque eo magis, quod si omnes ex sincero paupertatis amore impensius parsimoniae studerent, non solum proprium bonum spirituale multo melius promoverent, sed etiam Missiones uberius adiuvari possent, ubi tanta animarum multitudo misere perit, quia maior operariorum eorumque auxiliarium copia sustentari et alia apostolatus instrumenta comparari nequeunt.

4. — Nostrum est, Reverendi Patres, qui sive ut Superiores sive aliqua alia ratione, saltem aetate et gradu, aliis praesumus, nostrum est, inquam, hunc firmum religionis murum vigilanter custodire et totis viribus defendere. Ad hoc autem ante omnia huius mali, quod Societati imminere iure timemus, praecipuas radices exploremus oportet, et simul quaedam remedia breviter indicemus.

Et primo quidem loco mentio facienda est mirae cuiusdam Instituti nostri eiusque spiritus ignorantiae, qua non solum adolescentes Scholastici, sed etiam Patres e tertia probatione vix egressi, etiam Patres iam ad gradum promoti quandoque laborant; nec raro stupens accipio inauditas quasdam petitiones, quae produnt valde mancam fuisse institutionem Nostrorum. Fortasse nimia fiunt in novitiatu a priscis nostris traditionibus aliena, nimiis aliis rebus oneratur mens iuvenum nostrorum; ideoque, ad solidam nostrae formationis methodum redeundum est, et omissis abstrusis tractatibus de re ascetica et mystica, quos

tirones non possunt portare modo [20], Summarium Constitutionum aliaeque Regulae plene et clare et pie explicentur Novitiis; Patres vero tertiae probationis in Exercitia spiritualia et ipsas Constitutiones intime cognoscendas totis viribus incumbant atque Epitomae Instituti assidue consulendae assuefiant.

Altera causa est Superiorum debilitas, aliquando vere incredibilis. Si iam inde a novitiatu Nostris aliquod pecuniae depositum habere permittitur; si etiam iunioribus haud difficulter conceditur, ut sibi retineant parentum munuscula pro lubitu adhibenda; si itinera vel inutilia, recreationes plus minusve vanas aliaque huiusmodi petentibus nunquam audent Superiores paterne quidem at firmiter et aperte denegare, quid de legibus nostris hac in re, quid de Societatis regimine cogitare poterunt iuvenes? nonne persuasum habebunt se ad haec obtinenda ius quoddam habere, et aegre admodum ferent, si quando Superiorem inveniant paulo robustiorem seu, ut verius dicam, officii sui magis conscium? Nimia hac concedendi facilitate falsae de paupertate sententiae inter Nostros foventur, ad plura in dies excogitanda et flagitanda incitamenta praebentur, ad peiora vulnera paupertati infligenda sternitur via.

Ad itinera autem quod attinet, non equidem nego ea multum iuvare viros vere peritos ad scientificas investigationes instituendas, et propterea etiam recens Superioribus commendavi ut, si in hunc finem quaedam itinera necessaria videantur, ea Professoribus permittant [21]. Sed complura Nostrorum itinera non sunt huiusmodi, et saepius ad illud genus pertinent, quod alias reprobavi [22]. Plerumque haec itinera animum dissipant potius quam mentem utili rerum cognitione nutriant. Quidnam enim solidae eruditionis captari potest huc illuc cursitando, omnia inspiciendo, sed nihil serio considerando? Haec est propria huius temporis levitas et vana curiositas, quae sciolos efficit, non veros sapientes: haec sunt itinera, de quibus dictum est: « Qui multum peregrinantur, raro sanctificantur » [23]. Ceterum religiosae paupertatis etiam in iter agendi ratione semper memores

(20) Cfr. Ioan., xvi, 12.
(21) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pag. 838.
(22) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1928, pp. 146-147.
(23) *De Imit. Christi*, lib. I, c. 3, n. 4.

simus oportet, nec more divitum commoda quaelibet quaeramus. Plurimum quoque iuvabit ut Nostri « Regulas iter facientium » bene noscant, quo fidelius dein, cum occasio tulerit, eas observent: nam in iis haec omnia, quae hac de re monui vel commendavi, dilucide exposita inveniuntur. Itaque velim ut hae Regulae identidem a Nostris legantur, v. gr. in lectione spirituali ante vespertinum examen praescripta, utpote quae, sicut et ceterae Regulae omnes, optima matutinae orationis praeparatio esse possint et eidem meditationi quandoque utilissimum praebere argumentum.

Perperam autem putant quidam facilius permitti posse itinera, quorum impensae non sint a domo sustinendae sed ab externis solvantur. Immo vero hoc ipsum, ut venerandus meus decessor R. P. Franciscus Xav. Wernz sapientissime dicebat, nova et peculiaris est ratio, cur res attentius tunc et undequaque ponderetur et, ceteris paribus, difficilius concedatur. Si enim haec porta in Societate aperiretur, maximi abusus brevi sequerentur: nam multi e Nostris ad similes amicos externos sibi quaerendos et procurandos inducerentur, qui simul cum itineris impensis alias inutiles res et munuscula darent, deinde pecuniam ad proprios usus servandam, atque ita ad illud peculium constituendum deveniretur, quod religiosae paupertatis (saltem qualis in Societate intelligi debet) pestis esset et ruina. Accedit quod hac ratione sensim sine sensu duae haberentur Sodalium classes: classis pauperum, qui tales amicos non habent, sive quia nolunt sive quia nequeunt habere; et classis divitum, qui omnibus fruuntur bonis. Quod quidem inter eiusdem familiae filios iniquum discrimen quantum fraternae caritati et domesticae paci noceret, nemo est qui non videat.

Sciant ergo omnes et sentiant officium Superioris esse subditorum desideria prudenter regere, non autem ea semper, quaecumque sunt, adimplere; Superioris officium coram Deo et Societate esse religiosam paupertatem indemnem servare eiusque fidelem custodiam promovere. Quod si in hoc inculcando egomet, Reverendi Patres, tam impense insisto, nihil aliud me facere puto, quam S. Patris Ignatii mandatum exsequi, qui inter Societatis filios quandam sanctam aemulationem hac in re instituit nosque provocat ut primorum Patrum paupertatem aequemus atque etiam superemus. Iuvat hic gravissima eius verba referre, quae

semper ob oculos habere deberemus: « Cum enim, qui primi in Societate convenerunt, per huiusmodi indigentiam ac penuriam maiorem rerum corpori necessariarum probati fuerint; qui post eos accedent curare debent ut, quoad poterunt, eo pertingant quo illi pervenerunt, vel ulterius etiam in Domino progrediantur » ([24]).

Maxima tamen remedia, immo vero maxima quoque ad paupertatem toto corde amplectendam incitamenta, in duplici illo amore sita sunt, quo omnium S. Ignatii filiorum corda inflammentur oportet: amorem dico Iesu Christi Domini nostri et amorem animarum eius sanguine redemptarum. Et sane quînam fieri possit, ut Regem divinum vere amemus, et eum sequi nolimus? nam Ipse « pauper est et in laboribus a iuventute sua » ([25]); et si is qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest eius esse discipulus ([26]), quanto minus eius apostolus! ([27]). Quodsi maiore erga Eum affectu ardere volumus, ut dicitur in contemplatione de Regno Christi, et insignes esse in sequela ac servitio Christi Regis (hoc autem « quorumnam, quaeso, erit, Reverendi Patres, — dicam cum P. Roothaan ([28]), — si nostrum non est »?), si, inquam, insignes esse volumus in sequela Christi, insignes in primis esse debemus in amanda atque amplectenda Christi paupertate. Cumque nos ex divina bonitate ad hunc statum reapse vocati et admissi simus, non iam pro nobis de sola paupertate spirituali sermo esse potest, sed etiam de paupertate actuali, ut supra dixi. Oh si revera cor nostrum amore Christi flagraret, non solum paupertatem Christi non erubesceremus, quin potius de ea gloriaremur et a quavis divitiarum et commodi specie abhorreremus!

Ex meditatione vero de duobus Vexillis facile discimus quanti momenti sit hic sincerus paupertatis amor etiam ad salutem animarum procurandam. Haec est optima sane ratio avellendi homines a terrenis rebus et eorum corda ad caelestia sursum tollendi: verba enim movent et quandoque nonnisi aëra verberant,

---

([24]) *Exam. gen.*, c. 4 n. 26.
([25]) Cfr. *Ps.* LXXXVII, 16.
([26]) Cfr. LUC., XIV, 33.
([27]) R. P. IOAN. ROOTHAAN, *Annotat. in Exerc.*, annot. 60 in II hebdom.
([28]) *Ibid.*, annot. 5 in contempl. de Regno Christi.

sed exempla trahunt. Si nos audiunt de bonis spiritualibus, de caelestibus bonis diserte disserentes, sed vident nos nihil nobis negare ex iis, quae vitam commodiorem reddunt, homines factis nostris potius quam verbis credent. Id autem nunc profecto, si unquam alias, verissimum est; nunc, quando tot centena millia hominum maxima paupertate affliguntur et omnes praesertim iuvenes caducitatem rerum mundanarum per flagella divinae Providentiae edocti, vi quadam interiore ad eos attrahuntur qui evangelicam paupertatem vere profiteantur. Neque putandum hunc assiduum paupertatis cultum, hanc vanarum relaxationum commodorumque abdicationem, hoc denique (ut uno verbo dicam) continuum mortificationis studium vitam reddere tristem atque infelicem; quin potius haec est via ad veram felicitatem etiam in hac vita adipiscendam, ut veri pauperes spiritu experiuntur. « Nonne unus ex iucundioribus laetioribusque concentibus, — ait Summus Pontifex Pius XI in Litteris Encyclicis *Caritate Christi compulsi*, — nonne unus ex iucundioribus laetioribusque concentibus, qui in hac lacrimarum valle unquam sint exauditi, notissimum illud est Sancti Francisci *Canticum solis seu creaturarum*? Atqui eius auctor, scriptor, cantor austerissimis Christi asseclis est profecto annumerandus; illum dicimus Assisiensem pauperculum, qui nihil prorsus possidebat in terra, quique in corpore suo, macie consumpto, cruenta Domini crucifixi stigmata pertulit » ([29]).

Initio quidem fieri potest ut hae externarum rerum privationes naturam ad exteriora proclivem aliquantulum affligant; sed mox subintrat pax illa, « quae exsuperat omnem sensum » ([30]), quam mundus neque dare neque rapere potest; eam autem sequitur pura quaedam ac sancta laetitia, quam penitus ignorat tepidus religiosus, qui, ut dicit aureus libellus de Imitatione Christi, « ex omni parte patitur angustiam, quia interiori consolatione caret, et exteriorem quaerere prohibetur » ([31]). Quod si nihilominus has exteriores consolationes quaerat, brevi eas fastidire incipit, nihilque ei restat nisi amaritudo sentiendi se ab ea perfectione quam proposuit tam longe abesse.

([29]) Pius PP. XI, Litt. Encycl. *Caritate Christi compulsi*, d. 3 maii 1932: *Act. Ap. Sed.*, vol. XXIV, 1932, pag. 191.

([30]) *Philipp.*, IV, 7.

([31]) *De Imit. Christi*, lib. I, c. 25, n. 7.

Quotquot ergo, Reverendi Patres, S. P. Ignatii filii sumus, paupertatem ut matrem vere amemus, eius effectus libenter experiamur, strictiorem eius observantiam, ad exemplum primorum nostrorum Patrum omniumque Sanctorum Societatis, pro viribus promoveamus ex amore Domini Nostri Iesu Christi, quem ex vocatione nostra quam proxime sequi debemus, ex animarum eius sanguine redemptarum amore, spe denique illius ineffabilis praemii pauperibus promissi: « Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum caelorum » [32].

86. **7 octobris 1933.**

Novus Societatis Secretarius nominatur et renuntiatur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Cum Provincia Tolosana instanter nec semel petierit, ut P. Iosephus Demaux-Lagrange, Societatis Secretarius, sibi iterum Praepositus Provincialis concedatur, his postulationibus visum est satis esse faciendum; ideoque, auditis PP. Assistentibus, constitui P. Iosephum Demaux-Lagrange a munere Secretarii Societatis liberare et P. Iosephum Martí, e Provincia Aragoniae, usque adhuc Substitutum Secretarii pro Assistentia Hispaniae, novum Societatis Secretarium nominare.

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo SS. Rosarii B. M. V.
7 octobris 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(32) Cfr. Matth., V, 3.

87. **6 novembris 1933.**

Adhortationes a Patre Nostro ad Congregationem Procuratorum nuper habitae mittuntur et inculcantur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Etiam hoc anno, ut anno 1930 factum est, omnia quae ad Procuratorum Congregationem nuper celebratam pertinent, in peculiarem *Memorabilium* fasciculum simul colligenda curavi, in quo etiam duae meae ad PP. Procuratores adhortationes habentur.

Itaque, dum hi fasciculi ad omnes Societatis domos hinc recta (secundum morem) mittuntur, ne gravetur R. V. omnibus domorum Superioribus commendare ut, praeter alia quae ex *Memorabilibus* multis in locis laudabiliter legi solent, utraque illa adhortatio ubique ad mensam legatur, earumque saltem praecipua capita etiam Fratribus Coadiutoribus explicentur. Velit praeterea R. V. cum suis Consultoribus attente perpendere quae de disciplina dixi in prima adhortatione (versus finem) (1) et omnia quae de nostra paupertate in tota secunda adhortatione disserui (2), atque sedulo dispicere quid statuendum ac faciendum sit, ut revera detrimenta sanari, pericula caveri et remedia afferri possint.

Sancti omnes, quorum hodie festum agimus, « qui sub sanctissimi Nominis Iesu vexillo Ignatio duce militarunt », nos adiuvent ad plenam Instituti nostri perfectionem assequendam, qualem sua ipsi vita expressam nobis imitandam non minus quam admirandam exhibent.

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo Omnium Sanctorum S. I.
6 novembris 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) V. supra, pp. 511-513.
(2) V. supra, pp. 515-526.

88. **31 decembris 1933.**

De facultate legendi libros prohibitos a Superioribus localibus quatenus concedenda.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Cum alicubi dubium ortum sit de facultate Superiorum localium quod ad lectionem librorum prohibitorum permittendam, meum duco omnibus Provinciarum Praepositis in memoriam redigere quid definite hac in re nobis liceat, ne concessionis limites inscii transgrediamur.

Atque in primis meminisse iuvat Provinciales, utpote « Ordinarios » (cfr. C. I. C., can. 198 § 1), vi iuris communis facultatem habere permittendi suis subditis lectionem librorum prohibitorum, sed pro singulis tantum libris atque in casibus dumtaxat urgentioribus (C. I. C., can. 1402 § 1; Epit. n. 323 § 1). Quidquid autem erat ante novum Codicem et quidquid tunc putabant Canonistae, certum est nunc talem facultatem ad Superiores locales vi iuris communis non pertinere. At haec facultas, cum sit adnexa officio Ordinarii seu (in casu nostro) Provincialis, potest, secundum communiorem sententiam, sive ex parte sive ex toto delegari; ideoque R. V. potest talem facultatem delegare v. gr. Rectoribus Collegiorum Nostrorum, ita tamen ut hi quoque intra limites iure definitos se contineant, id est pro singulis libris et in casibus urgentioribus.

Ampliorem vero facultatem habet Societas ex privilegio, quod Codice non est revocatum, et ex recenti Brevi « *Paterna caritas* », die 12 martii huius anni dato, sicut reliqua Societatis privilegia confirmationem accepit; eaque concessa est a Leone XII Brevi « *Plura inter* », 11 iul. 1826: « Praepositum Generalem potestate donamus... iis alumnis, quibus expedire existimet, facultatem faciendi, cuius vi libros prohibitos queant legere », et « huiusmodi facultate omnium Societatis Domorum,

Collegiorum in qualibet Provincia Praesules muniendi » [1]. Verum tam ampla potestate decessores mei usi non sunt, eamque facultatem cum solis Provincialibus communicarunt [2], et egomet ipse, eorum exemplum secutus, eundem communicationis modum in recenti Elencho Facultatum servari (n. 107, 2°). Quare nulla facultas ex hoc capite conceditur Superioribus localibus, neque possunt Provinciales facultatem sibi concessam cum iis communicare. Quibus vero cautionibus adhibitis ipsi Provinciales potestate sua hac in re uti debeant, in Elencho Facultatum (loc. cit.) typis minoribus satis aperte significatur.

Quod si quando, iudicio Provincialis, gravis ratio suadeat ut Superior aliquis localis, v. gr. Rector Collegii NN. Philosophorum vel Theologorum, quadam facultate magis generali donetur, totum negotium clare mihi exponatur, ut ego, ad mentem Ecclesiae, quid faciendum sit decernere possim. Sed etiam quando facultatem huiusmodi concedendam putabo, ea censenda erit concessa hac firma lege, ut semper excipiantur libri ex professo obsceni, sedulo serventur ea quae Provincialibus in Elencho Facultatum (loc. cit.) commendatur, et praeterea Rector ea, si agitur de Scholasticis, uti non possit ratione quadam generali, id est concedendo iis facultatem generalem legendi quosvis libros prohibitos, vel quosvis libros a Professoribus aut a Praefecto studiorum indicandos, sed solum limitatam ad quosdam definitos libros qui, secundum iudicium Professorum vel Praefecti studiorum, ad laborem scientificum seu academicum necessarii sint. Agitur enim de gravissima Ecclesiae lege, in qua urgenda vel relaxanda mentem Ecclesiae sequi debemus: haec autem quam severa sit, ex constanti Sanctae Sedis praxi satis apparet, v. gr. ex facultatibus a Sancto Officio Ordinariis locorum concedi solitis, in quibus haec facultas non datur nisi ad quinquennium et stricte circumscribitur.

Ceterum etiam id prospiciendum est, quod ipsi privilegio nostro per laxiorem eius usum valde noceremus, cum periculum facile induci possit ne illud amittamus.

---

(1) *Instit. S. I.*, edit. Florent., tom. I, pag. 352, col. 2.

(2) Cfr. *Compend. Privil.*, nn. 380-381.

Velit igitur R. V. haec attente perpendere et ob oculos habere, atque assidue curare ut hae normae sedulo serventur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 31 decembris 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

89. **31 decembris 1933.**

Normae quaedam in memoriam revocantur de libris et ephemeridibus nostris Romam mittendis.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Quod alias nec semel enixe commendatum est, id etiam atque etiam, mandante Patre Nostro, urgere debeo, ut scilicet accurate serventur Instituti praescripta de mittendis Romam ex officio binis (vel ternis, si de rebus historicis Societatis agatur) exemplaribus « omnium librorum qui sint alicuius momenti, atque ephemeridum et periodicorum, quae sub Nostrorum quacumque directione eduntur » (Epit. n. 894 § 2).

Ante tres annos, litteris die 31 decembris 1930 datis (*Act. Rom.*, vol. VI, pag. 361), dum id ipsum urgeretur, in memoriam redigebatur etiam id quod anno 1919 (*Act. Rom.*, vol. III, pag. 84, IX) statutum fuerat, ut « decernat Praepositus quibusnam in sua Provincia huius ordinationis exsecutio sit demandanda, utrum videlicet ipsis auctoribus vel redactoribus, an potius (si de libris agitur) Socio ipsius Praepositi Provincialis ». Cum tamen parum admodum hac ratione obtentum sit, Patre Nostro ultro approbante, *totum hoc negotium Patri Socio Praepositi Provincialis*, secundum ipsius regulam 29, *deinceps ex officio demandatum*

intelligatur, quamquam semper, ut patet, sub R.ae V.ae ductu et vigilantia. In Viceprovinciis vero dependentibus et in Missionibus, si quidem Socius Praepositi vel Superioris regularis non habeatur, id praestandum erit a Patre apto, quem Viceprovincialis vel Superior regularis ad id designaverit.

Velit igitur R. V. adiunctas notas tradere Patri Socio (vel, in Viceprovinciis et Missionibus, ut supra dictum est, ei qui ad id designatus fuerit) eique vehementer commendare ut eas accurate servet: de tota enim hac re ipse respondere debet mecumque directe agere.

Hanc nactus occasionem, R.m V.m attentam facio ad ea quae in recenti « Elencho eorum quae a Provincialibus praestanda sunt » num. 85, *b,* de documentis renuntiationis bonorum et ultimorum votorum Romam mittendis commendantur; quorum fidelis observantia bonam administrationem plurimum iuvabit.

Item, ad praecavendum omne dubium, non abs re erit animadvertere *Statum temporalem annuum Domorum,* qui deinceps simul cum Elencho Visitationis mitti debet, esse Statum temporalem anni elapsi, non anni vertentis.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 31 decembris 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Iosephus Martí
Secr. Soc. Iesu.

NOTAE DE EXSECUTIONE PRAESCRIPTI N. 894 § 2 EPITOMES DE LIBRIS ET EPHEMERIDIBUS ROMAM MITTENDIS.

In memoriam rediguntur et enixe commendantur quae sequuntur:

A) De libris.

1) Romam, id est ad Curiam Praepositi Generalis, mittenda sunt *duo exemplaria omnium librorum,* qui a Nostris confecti sint sive translati; *tria* vero *exemplaria* si agant de rebus historicis Societatis, inclusis etiam biographiis Nostrorum etc. (cfr. Epit. n. 894 § 2). —

Addatur autem *aliud exemplar* (id est tertium vel quartum, pro libri argumento) omnium librorum, qui vel tractant de Missionibus vel in Missionibus eduntur; ex aperta enim Sacrae Congregationis de Propaganda Fide petitione, huiusmodi libri etiam ipsi Sacrae Congregationi exhibendi sunt.

In numero allato Epitomes dicitur quidem « omnium librorum, qui sint alicuius momenti »; sed haec clausula late accipienda est, et in dubio potius abundetur.

2) Id autem aperte praescribitur non modo de prima editione, sed *etiam de editionibus posterioribus* (Epit. ibid.).

3) *Statim* mittantur (ibid.).

4) In externo involucro nullum inscribatur nomen personae, sed tantum officium; id est mittantur *Patri Bibliothecario Gisa,* Borgo S. Spirito 5, Roma (113); quod si fasciculus postalis pondus consuetum pro cuiusque regionis legibus superet, ideoque ut merx ponderosa mittendi sint, addantur etiam aliae indicationes locales, quae ad vectigalia portorii vitanda suggeruntur in catalogis Provinciarum, ubi status Curiae habetur (*Act. Rom.*, vol. VI, pag. 631). — Patris autem Bibliothecarii erit (ut *ibid.* dicitur) exemplaria librorum distribuere secundum normas sibi a Patre Generali datas.

5) Haec quidem spectant exemplaria *ex officio mittenda.* Si quis autem ex auctoribus alia exemplaria addere velit aliis Curiae Patribus distribuenda, ea separato involucro et inscriptis eorum nominibus mittantur, ut statim appareant obsequium quoddam privatum iis exhibitum; de huiusmodi vero exemplaribus supererogatoriis utut multis forte missis nulla habebitur ratio in exigendis exemplaribus ex officio, si haec ad Patrem Bibliothecarium non pervenerint.

6) Omnia quae ad libros ex officio mittendos pertinent, curare debet in singulis Provinciis Pater Socius Praepositi Provincialis (cfr. Reg. 29 Socii Prov.); in Viceprovinciis vero et Missionibus quae Patrem Socium non habent, aptus Pater a Viceprovinciali vel Superiore regulari ad id delegatus. Cum his solis hinc directe de toto hoc negotio agemus, iisque hinc mittentur chartulae sive ad gratias agendas pro libris acceptis, sive ad urgendam eorum expeditionem, sive ad alia quaecumque notanda de hac re. Ipsorum autem erit cum editoribus vel auctoribus communicare ea quae illos spectant; eisque, si lubet, poterunt ipsam librorum expeditionem committere, dummodo ipsi invigilent et urgeant.

B) De ephemeridibus et libellis periodicis.

1) Romam, idest ad Curiam Praepositi Generalis, mittenda sunt *duo exemplaria* omnium ephemeridum et periodicorum, etiam ad

usum manuscripti (ut dicitur) editorum, quae sub Nostrorum quacumque directione eduntur (Epit. n. 894 § 2); idque profecto, etiamsi ephemerides et periodica a Nostris quomodocumque directa plures vel plerosque habeant scriptores externos.

Si vero periodicis vel ephemeridibus ab externis directis Nostri collaborant tantum, sufficiet mittere praecipuos Nostrorum articulos, si quid momenti habeant, praesertim si, ut fieri solet, a periodicis excerpantur et ad modum separati opusculi compingantur.

2) Haec duo exemplaria ex officio mittenda inscribantur eadem prorsus ratione ac de libris dictum est, scil. *Patri Bibliothecario Gisa*, Borgo S. Spirito 5, Roma (113). — Mittantur autem iis ipsis statis temporibus, quibus ordinariis subscriptoribus mittuntur.

3) Ab his duobus exemplaribus mittendis non eximuntur periodica, quae aliquod exemplar respectivo Secretariatui in Curia exstanti (v. gr. Apost. Orat., Missionum, Congreg. Marian.) mittere solent, ut sane decet, ne dicam oportet; item, etiamsi alia exemplaria privatis Curiae Patribus inscribantur, quemadmodum de libris supra dictum est.

4) Quae ad ephemerides et periodica Romam mittenda pertinent, singuli quidem eorum Directores curare debent, et cum iis hinc recta plerumque aget P. Bibliothecarius; sed Socius Provincialis (vel Pater, ut supra, ad id delegatus) etiam hac de re aliquomodo respondere debet; atque in primis cum Directoribus periodicorum vel ephemeridum has normas communicet et deinceps identidem invigilet an omnia serventur quae statuta sunt, et si opus sit, rem urgeat.

Romae, die 31 decembris 1933.

IOSEPHUS MARTÍ
Secr. Soc. Iesu.

90. **Anno 1933.**

Litterae quaedam Postulatoriae ad Summum Pontificem a Patre Nostro nomine Societatis datae.

I.

DE UNIVERSALI B. M. V. MEDIATIONE
DOGMATICE DEFINIENDA (1).

(2 februarii 1933).

Beatissime Pater,

Societas Iesu, cum Sancti Patris Ignatii vestigiis monitisque insistens Virginem Matrem Mariam impensissimo studio atque amore semper prosecuta sit, nunquam intermisit eiusdem Deiparae titulos ac privilegia sive clarius illustrare, sive contra detractores vindicanda confirmandaque suscipere.

Testatur id inter alia fervor ille mentis et operis, quo Societas Immaculatam eiusdem Virginis Conceptionem trium saeculorum spatio, dum theologorum disceptationibus traderetur, sibi suisque filiis firmiter propugnandam veluti quoddam pietatis officium constituit. Neque ab opere cessandum esse existimavit, quoad praecipuum illud Beatissimae Virginis decus ab infallibili Fidei magistro Pio PP. IX dogmatice definitum est.

Hoc in Dei Matrem studio pietatis incensa Societas universa, cum generalia Comitia Romae anno 1923 haberentur, Praeposito Generali per legitimos Provinciarum deputatos commisit, ut de alio quoque Virginis Immaculatae privilegio dogmatice definiendo, — universali scilicet eius apud Christum Mediatione —, supplices totius Societatis nomine preces, quandocumque sibi opportunum videretur, ad Summum Pontificem deferret.

Eandem enim de Virgine Maria universali Mediatrice apud Christum doctrinam sub ipsa Societatis primordia sodales Iesu non tenuerunt modo, sed constantissime praedicarunt. Eam enim

(1) V. supra, pp. 271, 395-397.

in primis docte asseruit Sanctus Petrus Canisius, Ecclesiae Doctor et Germaniae catholicae lumen ac praesidium, in magno illo opere quod inscripsit: *De Maria Virgine incomparabili, et Dei Genitrice sacrosancta* (2), ubi egregie Patrum et totius christianae traditionis doctrinam de Beatissima Virgine exponit. Eandem pie significavit Sanctus Robertus Bellarminus, catholicae veritatis alter isque acerrimus vindex, tum in concionibus publicis (3), tum in opusculis asceticis (4), Bernardum inducens praedicantem: *totum nos habere [Deus] voluit per Mariam!* Praecipue autem multoque copiosius et ad theologorum disciplinam accommodatius Franciscus Suaresius, Doctor eximius (5); qui, cum uberius, quam ceteri illius aetatis theologi solerent, sibi de Beata Virgine Maria proponeret disputandum, « ut et pietas, inquit, a veritate fulciri et veritas possit pietatis dulcedine utilius investigari » (6), id primum uni Virgini tribuendum inter Caelites omnes ac vindicandum statuit, quod « eius oratio universalior est; nam quidquid alii impetrant aliquo modo per Virginem impetrant »; quia (ut Bernardus ait) « illa est Mediatrix ad Mediatorem et veluti collum per quod influentiae capitis ad corpus descendunt » (7); aliaque huiusmodi multa praeclare adiungit.

Hos igitur principes secuti sunt ceteri, sive disciplinae theologicae doctores, sive doctrinae catholicae praecones et scriptores Societatis Iesu maxime nostris temporibus; animo etiam illis aucto, dum festo liturgico, ab Apostolica Sede concesso, id iam celebrare licet, quod dudum pia opinione tenebant et publica praedicatione suadebant: lex enim orandi, ut aiunt, est lex credendi.

Cum vero postremis his annis, afflante, ut pie creditur, Dei Spiritu, firmior et universalior de tanta Beatae Virginis Mariae dignitate consensus animorum evaserit atque undique ad Supremam veritatis Cathedram supplices afferantur hac de re preces, Praepositus quoque minimae Societatis Iesu cum Patribus Assistentibus et praecipuis suis Officialibus, ad pedes Sanctitatis

(2) Lib. IV, c. 13.

(3) *Conciones Lovanii habitae,* conc. 42ª.

(4) *De septem verbis a Christo in cruce prolatis,* lib. I, c. 12.

(5) *De Incarnatione,* tom. II.

(6) *Ibid.,* totius oper. argum.

(7) Disp. 23, sect. 3, n. 5.

Vestrae provolutus, nomine totius Societatis humiliter atque enixe deprecatur, ut Sanctitas Vestra Beatissimam Virginem Mariam « totius mundi et in omni re Mediatricem apud Mediatorem Christum » (secundum Sanctorum Doctorum Ephraemi Syri ac Bernardi coniuncta verba) a Deo benigne constitutam esse, oraculo infallibili decernere velit ac definire.

Atque id etiam fidentius petimus hoc quidem ineunte anno, qui annus sacer nuper est ab ipsa Sanctitate Vestra promulgatus, ut per totum terrarum orbem sanctius splendidiusque celebrentur undevicies centenaria commemoratione summa omnia humanae Redemptionis beneficia; inter haec enim iucundissima nobis et gratis animis recolenda illa quoque occurrit hominum arcana maternitas, Virgini Dei Parenti ad Crucem Christi morientis astanti divinitus demandata; quae in praecipuis est argumentis, unde omnium divinorum munerum impetratio Beatissimae Virgini Mariae tribuenda optimo iure videatur.

Has autem preces ac vota deferentes sacros Sanctitatis Vestrae pie deosculati pedes, Apostolicam Benedictionem nobis ceterisque omnibus Societatis alumnis ex animo imploramus.

Romae, die festo Purificationis B. Mariae Virginis,
2 februarii, anno 1933.

Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

(*Sequuntur nomina PP. Assistentium, Secretarii Societatis, Procuratoris Generalis et Oeconomi Generalis*).

II.

DE ASSUMPTIONE B. M. V. DOGMATICE DEFINIENDA [1].
(12 martii 1933).

Beatissime Pater,

Quas nuper de universali Beatissimae Deiparae Virginis Mariae Mediatione dogmatice definienda supplices preces totius

[1] V. supra, pp. 395-397.

Societatis Iesu nomine ex mandato eiusdem Societatis Congregationis Generalis XXVII Sanctitati Vestrae laeti humilesque porreximus, eas nunc iterare gestimus ad alterum idque singulariter gloriosum eiusdem Beatissimae Virginis privilegium supremo item Apostolico magisterio sanciendum: corpoream dicimus Deiparae in caelum Assumptionem.

Haec quidem sententia (ut praeclari nostri Doctoris Mariani, S. Petri Canisii, verbis utamur) « piorum animis infixa totique Ecclesiae sic commendata est, ut qui Mariae corpus in caelum negant assumptum, ne patienter quidem audiantur, sed velut nimium contentiosi aut prorsus temerarii et haeretico magis quam catholico spiritu imbuti homines passim exsibilentur » (2); seu, ut dicit alterum illud Societatis nostrae decus Doctor eximius Franciscus Suárez, « est iam nunc tam recepta haec sententia, ut a nullo pio et catholico possit in dubium revocari aut sine temeritate negari » (3), quemadmodum etiam S. Robertus Bellarmino (4) et doctissimus Cardinalis Ioannes de Lugo (5), aliique omnes Societatis magistri cum communi theologorum catholicorum choro semper docuerunt ac docent. Verum, si tam universali firmaeque Christifidelium persuasioni sollemne infallibilis Petri magisterii decretum accedat, mirum quantum et honoris caelesti Reginae debiti et tenerae erga tantam Matrem filiorum pietatis incrementum habitum iri iure sperandum est.

Itaque nihil mirum identidem ardens in christiano populo atque adeo in compluribus sacrorum Antistitibus exarsisse desiderium hanc quoque cernendi splendidam gemmam gloriosissimae caeli terraeque Reginae capiti impositam: quod quidem desiderium ad summum venit, eique mox satisfactum iri sperare licuit, cum ex ipsis Oecumenici Concilii Vaticani Patribus amplius ducenti ut huic Sanctissimae Dei Genetricis privilegio in ipsa Sacra Synodo definiendo manus admoveretur ad sanctae memoriae Pium Papam IX supplices litteras dederunt. Nec restitit deinceps, post intermissum Concilium, sanctissimum hoc studium; quin et in dies, Divino (ut pie creditur) afflante Spiritu, magis magisque inflammatur, ut facile apparet ex plurimis

(2) S. P. Canisius, *De Maria Virgine incomparabili*, etc., lib. V, c. 5.
(3) Franc. Suarez, *De Incarnatione, in II p.*, vol. II, disp. 21ª.
(4) S. Rob. Bellarmino, *Controvers.*, de amiss. grat., lib. IV, c. 16.
(5) Io. Card. de Lugo, *De fide*, disp. XX, n. 96.

postulatoriis litteris ad Sanctitatem Vestram undique datis; quibus et communes has nostras universae Societatis Iesu nomine conscriptas libentissime addimus, Ignatianae familiae perennis erga Deiparam Virginem pietatis testimonium.

Idque eo vel magis nobis praestandum ducimus, quod a primis Patribus edocti Beatissimam Virginem in caelum Assumptam minimae nostrae Societatis Parentem ac Reginam peculiari obsequio veneramur; siquidem die eius festo, 15 augusti 1534, Sanctus Pater noster Ignatius primique eius Socii Lutetiae Parisiorum in sacello Montis Martyrum sese Deo et Christi in terris Vicario devoverunt, atque ita prima futuri Ordinis sub Iesu Nomine condendi fundamenta iecerunt.

Faxit Deus ut Sacro hoc vertente Anno, quem Sanctitas Vestra recolendis divinae Redemptionis beneficiis dicatum voluit, etiam hic potissimus Redemptionis fructus, qui sanctissimo vivoque Verbi Incarnati tabernaculo obtigit, in nova vividioreque luce per Sanctitatis Vestrae oraculum ponatur.

Hoc ineffabile gaudium firma spe praegustantes, sacros Sanctitatis Vestrae pedes deosculati Apostolicam Benedictionem nobis et universae Societati ex animo demisse imploramus.

Et Deus etc.

Romae, die 12 martii 1933.

Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

(*Sequuntur nomina PP. Assistentium, Secretarii Societatis, Procuratoris Generalis et Oeconomi Generalis*).

III.

DE FESTO PURISSIMI CORDIS B. M. V.
AD UNIVERSAM ECCLESIAM EXTENDENDO.

(24 maii 1933).

Beatissime Pater,

Cum laetus acceperim ad Sanctitatem Tuam, curante Moderatore Generali Congregationis Iesu et Mariae seu Eudista-

rum (1), postulatorias undique mitti litteras ut festum Purissimi Cordis Beatae Mariae Virginis ad universam Ecclesiam extendatur, mihi temperare non possum quin et egomet, totius Societatis Iesu nomine, in eundem finem fervidas addam preces.

Et sane, praeterquamquod nihil a nobis alienum ducimus quod in honorem vergat Deiparae Virginis, peculiaris cultus erga eiusdem Beatissimae Matris purissimum Cor tam altas habet in Ignatiana Familia radices, ut studiosissimus ipse publici huius cultus apostolus et indefessus promotor, S. Ioannes Eudes, inter praecipuos suos in hac pietate fovenda antesignanos, duodecim ex antiquissimis Societatis Iesu scriptoribus, ut sunt S. Petrus Canisius, Franciscus Suárez, Cornelius a Lapide etc., nominatim adducat, haec praeterea addens: « Voilà les douze « apôtres du très saint Coeur de la Mère de Dieu. Si vous me « demandez où ils ont appris cette science si salutaire, et en « quelle source ils ont puisé ces sentiments si extraordinaires de « respect et de pieté envers ce sacré Coeur, je vous répondrai « que ç'a été dans le coeur très pieux et très zélé de leur glorieux « Père St. Ignace. Il en était si rempli qu'il portait continuelle« ment sur son coeur une image du divin Coeur de la Mère du « Sauveur » (2).

Illos autem duodecim primos alii bene multi secuti sunt eiusdem purissimi Cordis praecones, ut PP. Ioannes Petrus Pinamonti, Iosephus de Gallifet, Alfonsus Muzzarelli, Henricus Ramière, et vix non omnes quotquot de SS. Corde Iesu scripserunt, qui ab hoc deifico Corde Cor Deiparae Virginis separare non sunt ausi; quin et ipse periodicus libellus cui titulus « Nuntius SS. Cordis Iesu » tot linguis editus, iam inde ab initio de purissimo quoque Mariae Corde semper aliquid disserere consuevit, donec anno 1875 proprius de ipso Mariano Corde periodicus libellus edi coeptus est atque adhuc editur feliciter.

---

(1) Is est Rev.mus P. Maturinus Jehanno.

(2) S. Ioan. Eudes, *Le Coeur admirable de la très Ste Mère de Dieu*, tom. II, lib. I, c. 3. — En autem nomina illorum duodecim Iesuitarum « apostolorum Purissimi Cordis B. M. V. » eo ordine quo a S. Ioanne Eudes recensentur: Suárez, Osorius, Canisius, Barradius (seu Barradas), Nieremberg, Saint-Jure, Binet, Poiré, Barry, de Vega, Nicquet, a Lapide: cfr. A. Drive, *Marie et la Compagnie de Jésus*, 2ème édit., Tournai, Casterman, 1904, pp. 227-240.

Ceterum, Societas Iesu non modo scriptores suos, sed et omnes suos alumnos purissimo hoc amore erga maternum Mariae Cor inflammare numquam destitit, eosque semper docuit ut in illud virgineum sacrarium tamquam in tutissimum refugium mediis in procellis sese reciperent; idque ex illo potissimum tempore saepius et publice factum est, quo Ignatiana Sodalitas, hortante primum magno illo Dei famulo et Societatis Praeposito Generali Ioanne Roothaan annis 1837 et 1848, ac dein sollemniore ritu, praecipiente supremo Ordinis Consilio, die 5 decembris 1884, eidem purissimo Cordi se totam mancipavit atque devovit: cuius devotae mancipationis signum ac testimonium esto liturgicum Virginei Cordis festum iam dudum Societati concessum atque etiam post recentem Breviarii Romani reformationem a Pio X decretam denuo restitutum.

Dum haec recolimus, Beatissime Pater, vividius in me meisque exardescit desiderium et firmior enascitur spes fore ut, post ampliorem a Sanctitate Tua SS. Cordi Iesu cultum tributum, amplior quoque decernatur cultus huic purissimo Deiparae Cordi, quod Cordi Iesu, quantum creata patitur virtus, simillimum profecto est. Quod dum enixe rogo, ad pedes Sanctitatis Tuae humillime provolutus, Apostolicam benedictionem demisse imploro.

Romae, die 24 maii 1933.

Sanctitatis Tuae ultimus filius
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

IV.

DE S. PAULO A CRUCE

OPERUM AD PASSIONEM CHRISTI IMPENSIUS COLENDAM INSTITUTORUM CAELESTI PATRONO DECLARANDO

(31 decembris 1933).

BEATISSIMO PADRE,

La fausta celebrazione del XIX Centenario della Redenzione umana per la Passione e Morte di Nostro Signor Gesù Cristo ha

fatto sorgere in molti il vivo desiderio di vedere sempre più fiorenti e fruttuose tutte le opere e istituzioni dirette a fomentare nel cuore dei redenti la memoria, la meditazione e l'amore del Dio Crocifisso che a prezzo di tanti tormenti e del suo preziosissimo Sangue li ha riscattati dalla morte del peccato e li ha ridonati alla vita della grazia e alla dolce speranza del cielo. E affinchè tali opere ed istituzioni abbiano appunto a rispondere più efficacemente al loro sublime intento sembra opportuno siano poste sotto il valido patrocinio di un Santo che, come dal grande Apostolo che soltanto nella Croce di Cristo si gloriava volle prendere il nome e dalla Croce stessa il suo cognome, così non visse e non si affaticò se non per trasfondere in tutti le sacre fiamme che consumavano il suo cuore di serafico amore per la SS. Croce e Passione di N. S. G. C. A tale scopo volle pure che fosse tutta consacrata l'austera Congregazione Religiosa da lui fondata, la quale così degnamente e fervidamente continua lo spirito e l'opera del suo gran Padre e Legislatore e così largamente è benedetta da Dio.

A tali voti unisco ben di cuore anche il mio, tanto più volentieri in quanto che, fin da quando ero a Roma come studente, cominciai a nutrire una speciale devozione al grande Santo; e, prostrato ai piedi della Santità Vostra, umilmente Vi supplico, a nome di tutta la Compagnia di Gesù, che, tra gli atti del Vostro immortale Pontificato che renderanno celebre quest'Anno veramente Santo, Vi degniate compiere anche questo, proclamando S. Paolo della Croce Patrono speciale di tutte le opere e istituzioni ordinate a fomentare il culto della Croce e della Passione di N. S. G. C.

Che della grazia etc.

Roma, 31 dicembre 1933.

Della Santità Vostra
umilissimo e ubbidientissimo figlio
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

31. **Annis 1932-1933.**

Litterae quaedam gratulatoriae et officiosae Patris Nostri ad alia Religiosorum Instituta.

I.

De S. Alberto Magno Ecclesiae Doctore declarato (11 ian. 1932).

AD REV.MUM P. M. MARTINUM GILLET

MAGISTRUM GENERALEM ORDINIS PRAEDICATORUM.

Roma, 11 gennaio 1932.

REVERENDISSIMO PADRE,

Mi affretto a congratularmi vivamente con la Paternità Vostra Reverendissima e con tutto il venerabile Ordine Domenicano per il solenne Documento Pontificio pubblicato ieri sera [1] con cui il grande Maestro del Dottore Angelico viene proclamato Santo e Dottore della Chiesa universale, venendo così coronati i voti che attraverso quasi sette secoli hanno invocato ardentemente questa suprema glorificazione di Colui che per comune consenso fu subito chiamato Magno.

Alla Compagnia di Gesù tornerà poi sempre grato il pensare che in questa Bolla tutta intesa a glorificare S. Alberto Magno il Santo Padre si è voluto servire anche della voce di S. Pietro Canisio e fare sue le parole con cui il Santo Dottore ed Apostolo della Germania esalta le virtù e i meriti del grande Dottore universale [2].

---

(1) Litt. Decret. « *In thesauris sapientiae* » d. d. 16 dec. 1931, sed tantum die 10 ian. 1932 in ephem. « *L'Osservatore Romano* » primum editae, dein in *Act. Ap. Sed.*, vol. XXIV, 1932, pp. 5-17.

(2) *Ibid.*, pag. 12. — En locus: « ... ita ut et Nos cum Sancto Petro Canisio, Ecclesiae Doctore, qui illum *Germaniae lumen* appellat, hoc de Alberto Magno affirmare possimus: *Vitae munditia, sapientia et sublimibus scientiis excellens fuit... Honorem eius et sanctitatem Dominus Deus plurimis miraculis ostendit* ».

Con questi sentimenti che godo esprimerLe a nome di tutta la Compagnia di Gesù, rinnovo alla Paternità Vostra Reverendissima i miei religiosi ossequi ed auguri.

Della Paternità Vostra Rev.ma
devotissimo nel Signore
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

II.

De secundo centenario a Congregatione SS. Redemptoris condita (8 novembris 1932).

AD REV.MUM P. PATRICIUM MURRAY

RECTOREM MAIOREM CONGREG. SS. REDEMPTORIS.

Roma, 8 novembre 1932.

REVERENDISSIMO PADRE,

Nella faustissima ricorrenza del secondo centenario della fondazione della santa Congregazione del SS. Redentore, alla quale la Paternità Vostra così degnamente presiede, mi permetta, Rev.mo Padre, che a nome della Compagnia di Gesù venga a presentare a Lei ed a tutta la benemeritissima Famiglia di S. Alfonso M.a de' Liguori le più sincere congratulazioni ed i più fervidi auguri.

Di tutto cuore ci rallegriamo dei consolantissimi incrementi e dell'immenso bene operato dalla Congregazione del SS. Redentore nei due secoli decorsi. Incrementi numerici di soggetti, di Residenze, di opere apostoliche; ma specialmente incrementi interiori di virtù e santità nei numerosi figli di S. Alfonso emuli insigni del Santo Loro Padre.

Veramente si sono avverate in ampia misura le parole di Lui quando, contemplando l'avvenire della sua Congregazione, scriveva ai suoi figli che la Sua « piccola gregge crescerebbe sempre non già in ricchezze ed onori ma nel procurare la gloria di

Dio ». Veramente all'insigne Cultore e propagatore del culto della Divina Madre, Essa rispose con una « cura specialissima » dei Suoi figli, e coll'ottener loro « la grazia di farsi santi ».

Mentre con la più fraterna solidarietà noi ammiriamo nella Venerabile Congregazione del SS. Redentore tanti e così bei doni del Signore, ci associamo ai Rev.di Padri Redentoristi nel cantare l'inno di ringraziamento e facciamo voti e preghiere perchè la santa Loro Famiglia continui nella sua splendida ascesa, sempre più accetta a Gesù e a Maria e sempre più infervorata a « fare amare dagli altri » questi due supremi Amori.

Gradisca, Rev.mo Padre, queste nostre attestazioni di fraterna benevolenza nella fausta ricorrenza di questo secondo centenario, attestazioni tanto più spontanee e sentite in quanto che il Loro Santo Fondatore nutrì sempre per la minima nostra Compagnia sentimenti di affettuosa devozione, e le vicende del Loro Istituto più volte si intrecciarono felicemente con le nostre, come nella predizione del nostro S. Francesco di Girolamo relativa ai destini del piccolo Alfonso e nella simultanea canonizzazione del Loro Grande Fondatore e dello stesso nostro S. Francesco di Girolamo.

Accetti inoltre, Rev.mo Padre, il piccolo dono spirituale di 300 SS. Messe che farò celebrare dai nostri Padri in ringraziamento al Signore delle grazie fin qui compartite alla carissima e veneratissima Congregazione del SS. Redentore e per la prosperità della medesima.

Coi sentimenti di profonda venerazione ed in unione di preghiere godo di professarmi

Di Vostra Paternità Rev.ma
devotissimo nel Signore
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

III.

De quarto centenario ab Ordine Barnabitarum condito (11 ianuarii 1933).

AD REV.MUM P. FERDINANDUM M. NAPOLI

PRAEPOSITUM GENERALEM CONGREG. CLER. REGUL. S. PAULI.

Roma, 11 gennaio 1933.

Reverendissimo Padre,

Nel compirsi del quarto secolo da che fu solennemente approvato il benemerito e venerato Loro Ordine, mi è gratissimo di poter esprimere a Vostra Paternità Rev.ma, ed in Lei a tutti gli ottimi Figli di S. Antonio Maria Zaccaria, la viva parte che noi prendiamo ai santi Loro gaudii per sì lieto avvenimento.

Cordialissimamente ci rallegriamo con Loro e con Loro ci associamo nell'inno di ringraziamento alla Divina Bontà, mentre ci rappresentiamo al pensiero l'immenso bene operato da codesta Religiosa Famiglia nei quattro secoli della Sua vita santa ed operosa. Quanti eminenti Pastori di anime usciti dalle Loro file, degni fratelli ed emuli di S. Alessandro Sauli! Quanti uomini insigni in ogni ramo dell'umano sapere, fatto da essi strumento della gloria di Dio e del bene delle anime! e, quello che più importa, quanta santità di vita rese e rende accetta agli occhi di Dio e degli uomini la Congregazione dei Chierici Regolari di S. Paolo!

I nomi de' Suoi Santi, dall'angelico Fondatore sino al recente santo convertito norvegese P. Schilling, e quelli dei Cardinali Gerdil, Lambruschini, Bilio, di un P. Souwaloff, di un P. Denza e simili (per non citare che qualcuno dei più celebri), sono scritti a caratteri d'oro nella storia della Chiesa.

La nostra minima Compagnia con tanto maggior affetto si associa alla Loro esultanza in quanto che, sorta pochi anni dopo la Loro Congregazione, Le è sempre camminata a fianco, quasi come a sorella maggiore, esperimentandone assiduamente la benevolenza fraterna, con tanta solidarietà di ideali, affinità di ministero e di vicende.

Voglia il Signore moltiplicare e sempre più promuovere, per i crescenti bisogni della S. Chiesa e delle anime, l'operosità feconda dei Padri Barnabiti, con sempre maggiori incrementi di spirito interiore e di numero di soggetti. Affinchè questi nostri voti siano largamente esauditi dal comune Signore, farò a questa intenzione celebrare dai nostri Padri 400 Sante Messe.

Voglia Rev.mo Padre, gradire questi miei sentimenti che mi sgorgano dal cuore, e credermi

della Paternità Vostra Rev.ma
devotissimo nel Signore
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

IV.

De introducenda Causa beatificationis Servi Dei Iosephi Frassinetti, Fundatoris Congregationis Filiorum Sanctae Mariae Immaculatae (28 februarii 1933).

AD REV.MUM P. IACOBUM BRUZZONE
SUPERIOREM GEN. FILIORUM S. MARIAE IMMACULATAE.

Roma, 28 febbraio 1933.

REVERENDISSIMO PADRE,

Ben volentieri appongo la mia firma alla Postulatoria per l'introduzione della Causa del venerando Servo di Dio Giuseppe Frassinetti, presso la S. Congregazione dei Riti (1).

Si tratta davvero di una nobile figura, che è passata in mezzo al mondo spargendo a larghe mani i tesori di pietà e di scienza, dei quali erano ripieni il suo cuore e la sua mente, producendo frutti copiosissimi di vita eterna, e che ha insieme lasciata larga

(1) Ipsa formula Litterarum Postulatoriarum hic non exscribitur quia communis erat et a causae Postulatore parata, cui Pater Noster nonnisi subscriptionem adiecit.

traccia di sè col bene che i suoi scritti continuano a produrre specialmente in mezzo al Clero.

Auguro perciò con tutto il cuore che le sante aspirazioni di Vostra Paternità Rev.ma e di tutta la buona Congregazione dei Figli di S. Maria Immacolata possano davvero essere coronate del più felice successo.

Mentre mi permetto di caldamente raccomandare alle orazioni della Paternità Vostra e dei suoi Religiosi la Compagnia di Gesù, tanto bersagliata in varie parti del mondo, godo potermi confermare

della Paternità Vostra Rev.ma
devotissimo servo nel Signore
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

V.

De septimo centenario ab Ordine Servorum Mariae condito.
(13 septembris 1933).

AD REV.MUM P. M. RAPHAELEM M. BALDINI
PRIOREM GENERALEM SERVORUM MARIAE.

Roma, 13 settembre 1933.

REVERENDISSIMO PADRE,

Assente da Roma nel mese di agosto, ho seguito però di lontano con fraterna compiacenza le grandi feste centenarie svoltesi sul Monte Senario, ed ora colgo l'occasione della festa della Vergine SS. Addolorata per assicurare la Paternità Vostra e tutto il venerato Ordine dei Servi di Maria della viva parte che prendo, e con me tutta la Compagnia di Gesù, alla gloriosa commemorazione dei sette secoli ormai trascorsi dalla mirabile vocazione dei Sette Santi Fondatori.

La Compagnia di Gesù non può dimenticare che questi sette grandi Patriarchi furono dalla Provvidenza associati a tre suoi illustri figli nella suprema apoteosi cristiana, quando nel 1888 in-

sieme con essi furono canonizzati i nostri Santi Pietro Claver, Giovanni Berchmans e Alfonso Rodríguez. La memoria di quella comune letizia dei due Ordini ci rende più dolcemente doverosa la cordiale partecipazione nostra all'attuale Loro solennità.

E perchè i nostri voti e i nostri auguri siano più efficaci, farò in questi giorni celebrare dai miei Padri 300 sante Messe ad onore dei Sette Santi Fondatori, in ringraziamento a Dio per il bene operato nella Chiesa dal Loro venerato Ordine nel corso di questi sette secoli, ad impetrazione di ulteriori abbondantissime benedizioni di Dio.

Con questi sentimenti presento alla Paternità Vostra Reverendissima i miei religiosi ossequi e La prego di voler raccomandare me e la nostra Compagnia alla Vergine Addolorata e ai suoi fedeli Servi.

Della Paternità Vostra Rev.ma
devotissimo servo nel Signore
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

II. — PRO PROVINCIIS, MISSIONIBUS, DOMIBUS.

92. **4 ianuarii 1933.**

Socios Missionis Orientalis (Prov. Polon. Mai. et Maz.) Pater Noster solatur eisque gratulatur.

AD SOCIOS MISSIONIS ORIENTALIS

(PROV. POLON. MAI. ET MAZ.).

REVERENDI PATRES FRATRESQUE IN XTO. CARISSIMI:
P. XTI.

Singularem sollicitudinem de vobis me gerente, saepe saepius evolat mens et cogitatio mea ad vos, RR. Patres et FF. in Christo carissimi, qui Missioni Orientis addicti pondus diei et aestus sustinetis. Quare adventantibus sollemniis D. N. I. Chr. necnon novi anni temperare mihi non possum, quin vobis prae caeteris singulari modo optima quaeque paterne adprecer, vobiscum animo congaudeam ac pro condicionum natura et condoleam vobiscum, in quibus illa S. Francisci Borgia verificari video: Societatem stare oratione, oboedientia atque persecutione.

Ac primum ut eo tempore, quo caeli et terra laetantur, quidquam saltem vobis consolationis adferam, persuasum vobis, RR. PP. et FF. in Chr. carissimi, bene habeatis me toto decurrente anno vobis adfuisse animo, de bene ac laboriose a vobis peractis me esse gavisum, tribulationis vestrae me exstitisse participem. Immo et Pastor Supremus vobiscum etiam fuit, Illius enim desideriorum vos exsecutores estis. Ex quo consequitur sublime vos ac divinum operari opus et Cordi SS. quoque pergratissimum.

Cum tamen non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus provideatis bona, sollicitos vos esse oportet, « ut in omnibus vos praebeatis exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, ut ii, qui ex adverso sunt, vereantur, nihil habentes malum dicere

de vobis » ([1]). Purissimo moti animarum zelo causamque tantum Christi prae oculis habentes, prudentes et cauti estote tum in conversatione tum in epistolari commercio tum in toto vestro agendi modo, ne malevolis vel minimam praebeatis suspicandi ansam vos rebus politicis aut nocivo indulgere nationalismo; patriae vero communis amorem fovere et fidelium alumnorumque vestrae curae commissorum animis instillare pergatis.

Denique omni modo curandum vobis erit, ut, sicuti in Constitutionibus docemur, male in vos affectos reddatis amicos ac rationibus convenientibus utamini, quo in amicitiam redeant vel certe non sint adversarii. Qua in re non spernentes humana remedia in Deo vos spem praecipuam atque fiduciam collocare oportet ([2]).

Divino Infanti Iesu, qui pro salute mundi de Virgine nasci non est dedignatus, assidue supplicabo, ut vos per omnes et singulos novi anni dies omni cumulare bono, laborantes adiuvare, defatigatos reficere, tribulatos roborare ac Sui amoris favore prosequi dignetur.

Carissimae Missioni paterne benedicens vestris ss. SS. et orationibus enixe me commendo.

Romae, die 4 ianuarii 1933.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

93. **6 ianuarii 1933.**

De Pontificio Seminario Kandyensi (Miss. Gallen., Prov. Belg.) ab omnibus Indiarum Missionibus impensius iuvando.

AD SUPERIORES REGULARES MISSIONUM IN INDIIS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Meis litteris, quas die 21 iulii 1931 Superioribus Regularibus Missionum Indicarum dedi ([3]), Patrem Franciscum Xaverium L'Hoir,

---

([1]) *Tit.*, II, 8.
([2]) Cfr. *Constit.*, P. X, nn. 2 et 3.
([3]) *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pp. 917-918.

Rectorem Pontificii Seminarii Kandyensis, delegaveram ut meo nomine directe cum singulis Superioribus Missionum in Indiis ageret eo fine ut Seminario, quod in maxima professorum penuria versatur, auxilium praestaretur. Iam vero P. L'Hoir nuper ad me de hac re referens, confitetur suos conatus parvo successu hucusque coronatos esse, dicens vix esse inter Superiores Regulares Indiarum ad quos scripsit, qui non responderit se, propter propriam in ipsa sua Missione penuriam, nec posse Patrem aptum mittere qui sit paratus ad docendum in Seminario, neque Patrem vel Scholasticum iuniorem seponere qui ad id parari possit.

Optime, RR. et carissimi Patres, vestras difficultates intelligo. Attamen maius Dei obsequium, quod unice omnes quaerimus, prae oculis habens, denuo rei insistere debeo. Etenim, ex una parte evidens est solam Missionem Gallensem non posse per se unam providere ut copiam sufficientem professorum suppeditet Seminario Kandyensi, quod ceterum in bonum totius Indiae laborat; eo magis quod, ut omnes bene nostis, post praescripta Constitutionis Apostolicae « Deus scientiarum Dominus » et Ordinationum S. Congregationis de Studiis, necessitates adhuc maiores exsurgunt, quibus Seminarium illud, suis solis viribus relictum, satisfacere nequit.

Ex altera parte meminerimus oportet agi de curando opere, quod nobis commiserunt Summi Pontifices, et quod Pius XI in annos perfici rogat, cuius vidimus mentem in sua illa Constitutione Apostolica, quam nuper commemoravi. Onera igitur Seminarii crescunt et officia. Nam dignitatem qua Seminarium decoratur conferendi gradus academicos sustinere debebit eamque factis probare; post tres annos, ex publicationibus scientificis a professoribus scriptis, iudicium de valore Seminarii a Sacra Congregatione feretur. Quodsi aptorum professorum copia defuerit, deerit debita studiorum institutio, et, sine dubio, exponetur periculo perdendi ius conferendi gradus, quod magno cum damno tam animarum quam totius Societatis in Indiis fieret.

Quapropter, exempli et praescripti Sancti Patris memores, bonum universalius aliis anteponentes, momentum rei cum pro maiore Dei gloria tum pro bono singularum Missionum Indicarum quae homines bene formatos a Seminario Pontificio postea accipient, Superiores intelligere debent aliquid omnino sibi faciendum esse, etiam magno cum sacrificio, ut auxilio sint Seminario Pontificio Kandyensi, et proinde denuo R.^{m} V.^{m} hortor atque praecipio ut serio iterum examinet quinam inter suos subditos apti fierent professores vel saltem, si desunt illi, quinam inter iuniores quanto citius praeparari possint. Nomina horum Patrum vel Scholasticorum cum

informationibus utilibus R. V. ad me referat et ego decernam quid ad maiorem Dei gloriam et Ecclesiae in Indiis bonum fieri a nobis oporteat.

Commendo me ss. SS.

Romae, 6 ianuarii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

94. **23 ianuarii 1933.**

Pater Noster Socios Provinciarum Hispaniae iterum alloquitur, solatur eisque gratulatur in Domino, commemorata quoque SS. Cordis Iesu promissione P. Bernardo de Hoyos ante 200 annos facta.

AD OMNES SOCIOS PROVINCIARUM HISPANIAE.

REVERENDI PATRES FRATRESQUE IN XTO. CARISSIMI:
P. XTI.

Paterni mei animi sensa vobiscum communicabam cum vos, uno abhinc anno, bonis exspoliati, e domibus eiecti et opera vestra destructa conspicientes, coacti estis aut exsilium petere, aut vitam in patria ducere difficultatibus plenam alii ab aliis dispersi (1). Tunc vos hortabar ut in id omnes vires vestras intenderetis ut, etiam mutatis vitae rerumque rationibus, Christum Dominum quam proxime sequentes atque cum Ipso intime uniti, gloriam in excelsis Deo et in terra pacem hominibus ubique procurare conaremini.

Hoc meum consilium in mentem denuo revocare, perspectis iis quae post illam cladem evenerunt, gloriosum aeque ac supra quam dici potest gratum est, ut vobis congratuler de alacritate et indefesso labore, quo illud, sicut genuinos Societatis filios decet, exsecutioni mandastis. « Spectaculum mundo, et Angelis et hominibus facti » (2), carissimi Novitii, Scholastici, FF. Coadiutores, ac

(1) *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 213-215.
(2) Cfr. *I Cor.*, IV, 9.

Patres in exsilium pro nomine Iesu laeti profecti sunt, non modo amicorum amore et reverentia stipati, sed etiam inimicorum admirationem excitantes, quia « ibant gaudentes », ut olim Apostoli, et ea, quam mundus dare non potest, pace perfusi. Quam paterne « Deus totius consolationis » incommoda exsilii omnibus rependerit, optime nostis. Domus Probationis et Collegia Nostrorum recte stabilita sunt in exteris nationibus, ibique in consueta pietatis et studiorum exercitia iuvenes nostri naviter et strenue incumbunt, quo melius se accingant ad Dei gloriam et animarum salutem, secundum finem Instituti nostri, impense procurandam. Ex quacumque regione ubi dilecti in Christo exsules versantur, optimi quidem nuntii ad nos usque deferuntur, quibus animus tot tantisque curis distentus et doloribus constrictus summopere levatur, uberrimos iam nunc persecutionis fructus cum gratiarum actione in omnium donorum Auctorem percipiens. Pergant igitur, carissimi iuvenes, qui in tribulatione fideles inventi sunt, exsilii crucem cum Iesu perferre, nam « in Cruce salus » et ex ea optimi quique generantur apostoli, ad nomen Iesu, quo vos insigniti estis, in patriam vel in quascumque mundi regiones portandum. Iam nunc vestra in vocatione constantia, quasi « bonus Christi odor », animos bene multis addidit et tanto exemplo fuit ut, non obstantibus vexationibus et calumniis quibus Societas premitur, ei nomen dare non dubitaverint et laeti se commiserint exsilio.

Una cum nuntiis de exsulibus pro Christo carissimis, indesinenter notitiam etiam accipio Nostrorum qui in Hispania dispersi remanserunt, et novit Deus quam magno solatio gaudioque perfundamur cum nobis affertur quantopere Divina Providentia omnibus consulere dignetur, tam in perfectione religiosa persequenda, quam in ministeriorum Societatis exercitio. Mediis in tribulationibus, quibus undique iactamini, non oblivioni mandastis rationem Instituti nostri postulare vos esse « homines mundo crucifixos et quibus mundus ipse sit crucifixus; homines, inquam, novos, qui suis se affectibus exuerint ut Christum induerent, sibi mortuos ut iustitiae viverent »; sicque maiorum nostrorum vestigia prementes, in laboribus, in suavitate, in verbo veritatis, in caritate non ficta, in Spiritu Sancto, vos Dei ministros exhibuistis. Haec fuit, Patres Fratresque carissimi, multorum etiam externorum sententia mihi per litteras expressa et conspicuorum insuper virorum, sermone mecum habito, significata, qui, non obstantibus humanae fragilitatis defectibus, Nostrorum ministeria magnis laudibus prosequuntur et glorificant « Patrem vestrum qui in caelis est » ([3]).

(3) MATTH., v, 16.

Sed tristitia conterit cor meum cum videam vestram carissimam Patriam, quae in catholicae fidei defensione tantopere inclaruit, ictibus nunc impietatis et atheismi concussam et labefactatam cum magno spiritualis ruinae periculo. Instant inimicorum oppugnationes, Ecclesia calumniis afficitur, in familias religiosas invehitur, morum perversitas omni studio procuratur non modo in ephemeridibus et libris obscenitate et nequitia plenis, sed aliis etiam rationibus, quibus Ecclesiae inimici, plerumque odio « adversus Dominum et adversus Christum eius » solummodo uniti, enixe contendunt hanc sanctam civitatem Ierusalem in ruinam, si possent, vertere.

Mente qui volvat animum strenuum Sancti Patris Ignatii pro fidei et Ecclesiae defensione, non potest non ipsius zelo succendi, ut tantis necessitatibus et imminentibus periculis occurrat. Glorioso confessorum et martyrum Christi titulo insigniti estis a Summo Pontifice [4]; unde vestrum est vitam cum eo nomine apprime conformare et, si opus fuerit, testimonium veritatis perhibere proprii sanguinis effusione ad Ecclesiam defendendam.

Quo vero eiusmodi defensio efficacior evadat, praeter spiritualia subsidia, quae primas in nostro apostolatu tenent et « instrumentum cum Deo coniungunt disponuntque ut a divina manu recte gubernetur, cuiusmodi sunt praecipue virtutes solidae et perfectae ac familiaritas cum Deo tam in oratione quam in omnibus suis actionibus » (Reg. 12 Sac.), humana quoque adhibenda sunt media ad magis magisque promovendum ministerium verbi et calami, quod vocant, secundum normas vobis traditas ab iis qui rationem pro animabus vestris sunt Deo reddituri. Opus tanti momenti, sicuti est oppugnatio atheismi et defensio Ecclesiae Catholicae, non unius aut paucorum est, sed omnium vestrum quocumque occupemini officio, ita ut coniunctis studiis ac viribus, non modo opem vosmetipsi feratis directoribus in accurata informatione capessenda, in eleemosynis colligendis, et in distributione scriptorum, sed etiam sodales Congregationum aliorumque coetuum compellatis in eiusmodi apostolatum catholicum pro sua quisque condicione exercendum.

Inter cautiones adhibendas, eam praesertim commendatam Nostri habeant, ut rebus politicis ac politico-religiosis nullo pacto se immisceant, etiamsi eas videant ad bonum Ecclesiae conferre; id enim a nostra vocatione alienum est, et in discrimen ac ruinam labores vestros apostolicos duceret. Multum etiam convenit in praesenti rerum condicione ut Nostri, quantum fieri possit, non se inutiliter prodant, quo securius et efficacius laborare valeant.

---

(4) Cfr. *Act. Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 18, 19, 125, 214.

Ceterum, quod nostri officii est, faciamus diligenter; quod ubi fecerimus, de nobis nostrisque rebus omnem sollicitudinem proiciamus in Eum « qui de tantis periculis nos eripuit et eruit, in quem speramus quoniam et adhuc eripiet » (5).

Ad hanc spem fovendam et animos ingenti malorum onere oppressos alacriter erigendos, plurimum iuvabit qui nuper a Summo Pontifice proclamatus est Annus Sacer, undevicesimo exeunte saeculo a peracta humani generis Redemptione. Etenim, ut ipse Beatissimus Pater auspicatur, dum homines a terrenis fluxisque rebus, quibus in praesens tam acriter iactantur, ad caelestia perpetuoque mansura cogitationes convertent, et a trepidis afflictisque horum temporum condicionibus ad spem animum erigent illius beatitatis, ad quam nos Christus Dominus vocavit, suo profuso sanguine immensisque additis omne genus beneficiis, auctiore profecto caritate fervescent et ad Amantem redamandum veluti necessitate quadam compelluntur (6).

Accedit quod, hoc eodem anno 1933 pro vobis in Hispania occurrit dulcissima commemoratio bicentenaria, promissionis nimirum a Christo Domino Patri Bernardo Franc. de Hoyos, ut pie creditur, factae, Se per intensiorem erga SS. Cor Suum devotionem peculiari ratione in Hispania esse regnaturum (7). His autem divinis auxiliis roborati, « adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae: ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno » (8).

Vobis omnibus ex animo benedico, SS. Cor Iesu « fons totius consolationis » instanter deprecans ut quos spinis tribulationis coronari permisit, gaudii divini unda ex Ipso in vitam aeternam saliente, recreare dignetur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 23 ianuarii 1933.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(5) *II Cor.*, I, 10.

(6) Cfr. *Indict. Iubil.*, 6 ian. 1933, in *Act. Ap. Sed.*, vol. XXV, 1933, pag. 6.

(7) Cfr. supra, pag. 338.

(8) *Hebr.*, IV, 16.

95. **4 februarii 1933.**

Peculiares preces a Nostris Romae degentibus expetuntur ad felicem exitum causae beatificationis Ven. P. Iosephi Pignatelli impetrandum.

AD SUPERIORES DOMORUM ROMANARUM.

REVERENDO IN CTO. PADRE:
P. C.

Come V. R. sa, il giorno 14 del corrente mese deve aver luogo la Congregazione generale dei Riti davanti al Papa sui miracoli del Ven. P. Giuseppe Pignatelli, la quale Congregazione si può ben dire il passo decisivo per la beatificazione del Venerabile Padre. Trattandosi di una Causa che sta tanto a cuore alla Compagnia, conviene che intensifichiamo le nostre preghiere per ottenere la desideratissima glorificazione di quello che fu giustamente chiamato il più splendido anello che congiunge all'antica la risorta Compagnia di Gesù.

A tal fine, cominciando da domani, domenica 5 febbraio, faremo nella Curia una Novena allo Spirito Santo, recitando il *Veni Creator* col relativo *Oremus* dopo le Litanie. Desidererei che a tale Novena si associassero anche tutte le altre Case di Roma, oltre le private preghiere che ciascuno potrà aggiungere secondo la propria devozione e il suo affetto alla Compagnia.

Il giorno 14 poi i Padri nella S. Messa e i non Sacerdoti nella Comunione abbiano presente in modo particolare questa intenzione. In quella mattina, come si suole in simili occasioni, dalle ore 10 alle 12, vi sarà allo stesso fine l'esposizione del Santissimo nella Chiesa del Gesù: raccomando quindi che, secondo la possibilità, tutte le Case di Roma siano rappresentate all'adorazione del Santissimo, inviandovi almeno qualcuno per una mezz'ora, come i Superiori d'intesa col P. Provinciale e col P. Postulatore potranno meglio determinare.

In unione de' suoi ss. SS.

Roma, 4 febbraio 1933.

Di V. R.
Servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

96. **22 februarii 1933.**

De impetrando uno adhuc miraculo necessario ad canonizationem B. Andreae Bobola.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM POLONIAE (1).

SUMMARIUM. — Approbatis duobus per intercessionem B. Iosephi Pignatelli obtentis miraculis, dies 28 mai a. c. assignatus est dies eius beatificationis (2). Tam felix successus huius rei adscribendus est precibus et propagationi cultus Beati a Provinciis Hispaniae. Quarum exemplo et a nobis magna impedenda est opera, ut etiam cultus B. Andreae Bobola magis magisque propagetur. Multum hac in re fecerunt Nostri PP. Scriptores in periodicis « Pos aniec » et « Sodalis Marianus ». Ante diem 16 maii (3) speciali modo ad SS. Cor Iesu per intercessionem Beati Bobola preces in omnibus nostris Domibus sunt fundendae, ut adhuc unum miraculum necessarium ed eius canonizationem impetremus.

WIELEBNI OJCOWIE !
P. CHR.

Zapewne wiadomo już Ojcom, że sprawa beatyfikacji W. O. Józefa Pignatelli tak dalece posunęła się naprzód, iż po zbadaniu i uznaniu dwu cudów, dzień 28 maja b. r. naznaczony został na jego beatyfikację (2). Tak rychły i pomyślny obrót sprawy trzeba przypisać podjętej z wielką gorliwością przez hiszpańskie nasze prowincje kampanji modłów prowadzonej propagandzie. Otóż dzieląc się z Wami, Wielebni Ojcowie, tą radosną wiadomością, pragnąłbym gorąco, ażebyście i w sprawie upragnionej tak przez nas kanonizacji bł. Andrzeja Boboli za wzorem hiszpańskich prowincyj zdwoili waszą gorliwość i podjęli podobną modlitewną kampanję. Serdeczną dla mnie było pociechą, że nasi OO. Pisarze w czasopismach, jak w Posłańcu i Sodalisie, dali wymowny wyraz tej gorliwości, przed zbliżającym się jednak dniem 16 maja chciałbym, ażebyście w szczególniejszy sposób przypuścili błagalny szturm przez przyczynę Błogosławionego do N. Serca Jezusowego o przyspieszenie pożądanej chwili. Dlatego gorąco polecam, ażebyście, nie ustając w propagandzie na zewnątrz, we wszystkich naszych domach rozpoczęli w tej intencji niustającą nowennę którą już dzisiaj razem z Wami rozpocznę.

---

(1) Id est ad R. P. Stephanum Machnicki, Praep. Prov. Polon. Mai. et Maz., et ad R. P. Wlodimirum Konopka, Praep. Polon. Min.

(2) V. tamen supra, pag. 392.

(3) Quo die in Polonia celebratur festum B. Andreae Bobola.

Mam dobrą nadzieję że w ten sposób modląc się społecznie, wyprosimy u B. Serca jeden cud konieczny, ażeby sprawa posunęła się naprzód. Jak już Wam pisałem w poprzednim liście z dnia 21 czerwca ub. r., choć nie możemy liczyć ze strony Ojca św. na jakąkolwiek dyspenzę, to jednak gdy cud jeden jeszcze wyprosimy, możemy być pewni, że w Swej wielkiej życzliwości dla tej właśnie sprawy nie odmówi Swojej pomocy dla przyśpieszenia chwili kanonizacji.

Polecam się modlitwom Wielebnych Ojców Prowincjałów.

Rzym, dnia 22 lutego 1933.

Sługa w Chrystusie
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

97. **16 martii 1933.**

De nova editione libelli « Monita Novitiorum » pro Assistentia Italiae (1).

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM ITALIAE.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Ut Rae. Vae. forte notum est, postquam Provinciales Itali in suo conventu romano anni 1922 proposuerunt ut « Monita Novitiorum », quae in usu essent apud Novitiatus Italiae, in quibusdam reformarentur, perito cuidam Patri munus commissum est parandi novam redactionem praedictorum « Monitorum », quod ipse rite praestitit, habita ratione desideriorum Provincialium et animadversionum quas Novitiorum Magistri, rogati, miserant.

Nova haec redactio « Monitorum » postquam confecta est, mense aprili anni 1925 ad Provincias fuit missa, ut singulae attente eam examinarent, et si quae circa eam adnotanda habuissent, id Patri Generali manifestarent, quod item rite a singulis Provinciis praestitum est. Nihil aliud remanebat faciendum quam adnotationes Provinciarum inter se componere vel, si compositio earundem fieri nequiret, eum ex diversis modum eligere qui opportunior visus esset, ac dein rem totam examini et approbationi Patris Generalis subiicere.

Sed, divina Providentia ita disponente, factum est ut hisce ulti-

(1) Cfr. supra, pp. 400-402.

mis annis ego gravissimis et momenti universalioris negotiis tam assidue detinerer, ut impossibile mihi fuerit usque ad proximos hos menses ad negotium de reformandis « Monitis » Novitiorum animadvertere et accuratum examen instituere de nova redactione eorundem.

At nunc tandem, postquam Deo dante hoc quoque negotium absolvere potui, R.ae V.ae mitto tria exemplaria « Monitorum pro Novitiis », quae bene congruere videntur cum venerandis nostris traditionibus, cum spiritu et praescriptionibus Instituti nostri, quaeque simul satisfactura videntur desideriis Provinciarum Italiae.

Basis huius novae redactionis consistit in iis « Monitis » quae, ut fert traditio, iam tempore Sancti Generalis Francisci Borgia proposita erant Novitiatui Romano ad Sancti Andreae quaeque hucusque, non solum in Provincia Romana, sed etiam in aliis tribus Assistentiae, perpaucis pro locorum temporumque diversitate mutationibus inductis, observata sunt. Habent ergo nova haec « Monita » totam vim et spiritum antiquorum. Tantum in nova redactione quaedam sunt omissa et quaedam alia mutata, prout exigebant nostri temporis condiciones, quae alios ac antiquos usus induxerunt tum quoad rationem vitae civilis tum quoad rationem vitae religiosae, praesertim post ultimas determinationes Sanctae Sedis.

Desidero ut haec nova « Monita Novitiorum » statim in manus Novitiorum dentur loco antiquorum « Monitorum » et cum horum vi directiva. Quamquam enim decet profecto ut Novitii has normas fideliter observent, sciant tamen oportet haec « Monita » non eandem habere vim atque Regulas, ne in falsas exaggerationes incidant, quae solidae ipsorum formationi nocerent.

Quo vero facilius correctiones vel mutationes in melius dein, si videbitur, in hanc ipsam novam redactionem induci possint, statuendum censeo ut haec editio nondum pro definitiva habeatur, sed observetur « ad experimentum » per triennium. Mittetur propterea ad Novitiatum istius Provinciae is numerus exemplarium « Monitorum pro Novitiis », quem verisimiliter praevidemus sufficere posse pro Novitiis qui hoc triennio in vestro Novitiatu versabuntur.

Superiores vero Domorum Probationis et Magistri Novitiorum accurate adnotare debebunt ea, quae experientia ostendet minus esse apta et propterea mutanda in novis hisce « Monitis ». Distinctim tamen adnotent ea incommoda quae provenire visa fuerint ex « Monitis » ipsis, ab iis incommodis quae circumstantiis localibus potius adscribenda erunt.

Impleto triennio memorati Superiores et Magistri Novitiorum sollicite Patri Generali communicare ne omittant:

1) ea quae animadverterint circa « Monita » ipsa, ut iis utamur in exaranda definitiva editione « Monitorum ».

2) ea quae animadverterint circa circumstantias locales et proprias suae domus, idque sub forma fere « Appendicis ad Monita Novitiorum », eo fine ut definitive approbentur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 18 martii 1933.

R^{ae}. V^{ae}.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

98. **27 martii 1933.**

Congregationi Marianae externorum Collegii Neomagensis (Prov. Neerland.) Pater Noster ob fervida opera et florentes sectiones vehementer gratulatur.

AD P. LUCIANUM STEGER

E PROV. NEERLANDICA (1).

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Litteras d. 14 martii datas cum adiuncta de Congregatione externorum in Collegio Neomagensi relatione grato animo accepi.

Cum P. Bak, Praeside Congregationis (2), haec R. V. communicare velit. Admodum laudo internum et apostolicum spiritum, quo Sodales eius imbuuntur et excoluntur. Illum clarissime ostendunt florentes sectiones « Apostolatus Orationis », « Coetus Amicorum SS. Cordis », « altaris », praesertim vero « Eucharistica » illa sectio, quae tam felici successu frequentem S. Communionem fovet, ut permulti pro ea accipienda etiam magna non recusent sacrificia.

---

(1) Qui in Collegio quidem Haga-Comitano degebat, sed relationem de illa Congregatione Neomagensi conscripserat et Patri Nostro miserat.

(2) Is est P. Ioannes Bak, Subpraefectus studiorum 1^{ae} divisionis in eodem Collegio Neomagensi.

Hunc vero, apostolicum inquam spiritum, manifestant tam actuosa illa sectio socialis, qua Sodales miseriam operariorum eorumque familiarum sublevare conantur, quam sectio Missionaria, quae vero exemplo est, quomodo animarum zelus in iuvenibus foveri ab iisque exerceri possit. Valde prudenter fecit quod ad avertendum periculum, ne adolescentium mores corrumperentur sectiones S. Christophori et sportivam erexit, in quas etiam non Sodales recipiuntur. Et, sicut laudabiliter usque adhuc fecit, instare pergat, ut maiores minorum natu veri sint duces et totius massae fermentum religiosum et morale.

R.ae V.ae et Patri Bak pulcherrimoque eius operi paternam benedictionem ex animo impertior.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 27 martii 1933.

Rae. Vae.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

99. **24 aprilis 1933.**

Normae quaedam traduntur Assistentiae Galliae de Novitiis, qui ad servitium militare vocandi sunt.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM ASSISTENTIAE GALLIAE.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

In litteris meis 5 octobris 1931, ad omnes Assistentiae Galliae Provinciales datis [1], normas quasdam statui de Novitiis qui a servitio militari revertuntur, et nominatim de tempore quo ad prima vota admitti possint. Expedire existimo nunc normas quasdam item praescribere de Novitiis qui ad illud servitium vocandi sunt, et nominatim de casibus in quibus ad prima vota ante servitium admitti possint.

Itaque, prae oculis habitis iis quae a Decessore meo bon. mem. 12 ian. 1907 et 14 ian. 1908 ad Provinciales Galliae scripta sunt [2], haec statuenda censeo:

---

(1) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pag. 955, n. 104.

(2) Quae compendio referentur in *Actis Romanis*, vol. I, 1911, pag. 78.

1° Ut Novitii, qui finito biennio probationis ad militiam vocandi sunt, admittantur ad prima vota, haec duo concurrere debent: primum, ut plene satisfecerint atque in virtute ita firmi sint, ut de eorum constantia et perfectionis studio in ipsa militia perseveraturo prudenter dubitari non possit; deinde, ut inter finem biennii et initium militiae decem saltem menses intercedant. Vota autem illa sunt perpetua, neque ullo modo suspenduntur servitio militari, quemadmodum contra suspenduntur vota temporaria, quae in reliquis Religionibus absoluto novitiatu emitti solent (1).

2° Novitiis vero, qui plene quidem satisfecerint, ut supra explicatum est, sed qui ad servitium vocandi sunt antequam decem menses elapsi sint, poterit Provincialis vota devotionis, si id sponte petierint, concedere, eaque etiam perpetua, si expedire videatur. Idem, iisdem condicionibus, concedere poterit iis Novitiis qui primum quidem, sed nondum secundum annum, absolverint (2).

Hae normae Novitios Scholasticos proprie respiciunt; poterunt tamen ad Novitios Coadiutores extendi, iisdem servatis condicionibus, quando Patri Provinciali id opportunum visum erit.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 24 aprilis 1933.

R^ae^. V^ae^.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

100. **9 maii 1933.**

De Actione Catholica in Hispania a Nostris impensius iuvanda.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM HISPANIAE.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

In litteris quas ad singulos PP. Provinciales Hispaniae die 24 decembris 1932 mittebam, paulo post vestrum conventum ipso

(1) Cfr. Decretum S. C. de Religiosis 15 iulii 1919 « Circa Decretum *Inter reliqua* de Religiosis servitio militari adstrictis »: in *Act. Ap. Sed.*, vol. XI, 1919, pag. 321.

(2) Cfr. R. Prov. 34.

mense habitum, ad *Actionem Catholicam* magis magisque fovendam vos hortabar. Cum vos sciam denuo in unum conventuros, operae pretium esse duxi huic rei, quae magnum in praesentiarum momentum habet, insistere, aliqua in mentem revocando, ad quae oportet ut PP. Provinciales attenta consideratione animum advertant.

Imprimis prae oculis habendum est Summum Pontificem Actionem Catholicam, quod iure dici potest eius praedilectum opus, toto corde amplexum esse, et ad illud perficiendum omni ope contendere. Et merito quidem, cum ex eo, si rite evolvatur, optimos et amplissimos fructus sperare liceat in totius vitae Christianae renovatione, in spiritu apostolatus universaliter exercendo, et in christiana constitutione familiae et ipsius Societatis civilis. Et nemo est qui non videat huius operis magnitudinem, et inter hodierna communismi pericula evidentem opportunitatem. Hoc etiam advertendum, Sanctam Sedem, ad maiorem operis efficaciam, ita illud organizasse ut tota eius activitas intra ecclesiasticam hierarchiam, per Associationes parochiales et dioecesanas, sub ductu Parochorum et Episcoporum exerceatur.

His positis, planum est nostram Societatem non posse talem Ecclesiae quasi orientationem, et rerum quae nos circumstant statum ac fluxum praetermittere aut indifferenter aspicere, quasi Nostri contenti essent omnem collisionem cum his qui Actioni Catholicae dant operam evitare; immo vero debent curare ut mentem et consilia Summi Pontificis penitus percipiant, eius animum induant et tanti operis magnitudinis ac momenti plene conscii, ei in suis ministeriis totis viribus cooperentur. Hoc consonat fini vocationis nostrae; hoc consonat traditioni nostrorum maiorum, qui totam suam operam in servitium Ecclesiae secundum temporum necessitates prout ab Ea requirebatur, conferebant; hoc consonat oboedientiae quam nostra Societas erga Christi Vicarium, quem ipse Christus regit, profitetur. Nisi hanc viam plene ingrediamur, iure merito timere possumus, ne nostra collaboratio praetermittatur et minus in dies ab Auctoritatibus ecclesiasticis nostra ministeria requirantur cum non parvo horum detrimento.

His prae oculis habitis, valde conveniens est ut omnium ministeriorum quasi revisio fiat, ut appareat quae omittenda, quae de novo aggredienda, quae conservanda; et haec postrema quomodo dirigenda sint, ut nostra cooperatio ad Actionem Catholicam efficacior evadat. Quis non videt, ut obvium exemplum adducam, quantum conferre potest educatio iuventutis in Collegiis, si bene dirigatur, ad strenuos Actionis Catholicae viros praeparandos?

Sed duo speciatim opera velim ut attente consideretis et de his inter vos conferatis, nempe Congregationes Marianas et opera socialia. Accurate determinandum est a vobis, postquam plenam informationem acceperitis, quomodo se gerere debeant Congregationes Marianae et earum Directores relate ad Iuventutes Catholicas praesentes et quae in posterum erigentur. Etiam determinari oportet normas secundum quas Patres, qui Operi « Fomento Social » addicti sunt, mentem et activitatem eorum qui operarios organizant, dirigere debent.

Et quoniam Comitatus Archiepiscoporum, Sancta Sede approbante, supremam directionem habet Actionis Catholicae in Hispania, necesse est ut consilia vestra necnon et difficultates exsurgentes cum illis, et praesertim cum Archiepiscopo Primate, conferatis, ut tandem quid a Societate requiratur, et quomodo Nostri efficaciter cooperari possint, certo el clare cognoscatis.

Cooperatio vero Nostrorum ad Actionem Socialem catholicam eo maior erit, quo plures in ea Patres vere docti et usu periti inveniantur. Itaque cum tales homines pauci sint, operae pretium erit sine mora alios praeparare. Ad hoc autem seligantur illi, qui ad hoc opus propensionem habent et qui in doctrina securi sint; sic autem selecti, sub directione Nostrorum qui et bene formati et vere experti sunt, eorum v. g. qui in Gallia dirigunt opus « Action Populaire », constituantur. Hoc pacto non solum opus « Fomento Social » incrementum accipiet, sed alibi etiam Nostrorum opera requiretur non sine magno animarum fructu et Ecclesiae Catholicae emolumento.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 9 maii 1933.

R^ae^. V^ae^.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

101. **23 maii 1933.**

De conventu Moderatorum et Scriptorum ephemeridum catholicarum Romae mox habendo.

AD ALIQUOS MODERATORES PERIODICORUM NOSTRORUM.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Puto R^am^. V^am^. iam rescivisse indictum esse Romae, diebus 2^a^, 3^a^, et 4^a^ Iunii, Conventum Moderatorum et Scriptorum catholicarum ephemeridum, qui omnes, iubilaribus visitationibus peractis, a Summo Pontifice peculiari « Audientia » excipientur.

Cum non parvi sit momenti ut etiam periodica nostra in hoc Congressu digne repraesententur, meum desiderium statim R^ae^. V^ae^. exprimo et licentiam concedo ut e vestri Periodici Scriptoribus aliquem Romam ad hoc mittat. Si vero romanum iter nemo e vestra domo aggredi possit, R^ae^. V^ae^. statim aliquem Patrem ex vestra natione Romae iam degentem deleget ad vestram personam in Congressu agendam.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 23 maii 1933.

R.^ae^ V.^ae^
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

102. **2 iunii 1933.**

De ephemeride catholica in Italia studiosius promovenda.

AD OMNES SUPERIORES DOMORUM IN ITALIA.

REVERENDO IN CTO. PADRE,
P. C.

Invitati dall'Ufficio Centrale dell'Azione Cattolica Italiana, nel recente convegno romano dei PP. Provinciali d'Italia abbiamo con grande prontezza deciso di aiutare l'iniziativa dell'Azione Cattolica

Italiana per la « Giornata del quotidiano cattolico », iniziativa voluta e benedetta dal Santo Padre e rispondente ad un vero bisogno dei Cattolici in Italia.

Ricevo ora dal Presidente del detto Ufficio Centrale una seconda lettera nella quale mi dice che la « Giornata » è stata definitivamente stabilita per la seconda domenica di giugno, Festa della SS. Trinità.

Non spendo parole per raccomandare a V. R. e a tutti codesti Nostri che nelle nostre Chiese e nelle nostre Opere propaghino con tutte le loro forze l'idea della necessità per i Cattolici di avere il loro giornale ed inculchino ai fedeli il dovere di cooperare con l'Autorità Ecclesiastica e con gli incaricati dalla medesima a realizzare un giornale degno della causa cattolica e pienamente rispondente ai molteplici bisogni dei lettori cattolici.

Se le Ven. Curie Diocesane daranno direttive o suggeriranno industrie per il buon esito della « Giornata », i Nostri vedano di attenervisi fedelmente. Se, stante l'imminenza del giorno fissato per la « Giornata », mancassero tali direttive e suggerimenti, in ogni nostra Casa, d'accordo col Superiore locale, uno o più Nostri, vedano come in concreto possano prestar proficuamente il loro concorso alla detta iniziativa. Tutti capiscano che non ci è lecito disinteressarsi di un mezzo così intimamente legato con la vita cristiana e cattolica della Nazione ed espressamente voluto dal Santo Padre.

In unione de' suoi ss. SS.

Roma, 2 giugno 1933.

Di V. R.
Servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

103. **14 iulii 1933.**

De formandis Fratribus Coadiutoribus in aliqua arte.

AD R. P. ADELARDUM DUGRE'
PRAEP. PROV. CANADAE INFER.

MON RÉVÉREND PÈRE,
P. C.

C'est bien l'esprit de la Compagnie et selon nos traditions que quelques-uns de nos Frères qui ont du talent, soient appliqués à

se perfectionner dans un art où ils peuvent devenir éminents. V. R. connaît (pour ne faire que quelque nom célèbre) l'histoire du F. Pozzo [1] qui a décoré la magnifique église Saint-Ignace et beaucoup d'autres endroits chers à la Compagnie, à Rome, et aussi à Vienne et ailleurs; le F. Coronas [2] en Espagne et d'autres Frères en différents pays ont orné nos maisons avec goût de tableaux de nos Saints. Outre l'édification que produisent leurs oeuvres, et les services, que, par elles, ils rendent à la Compagnie, il y a leur exemple qui est de nature à attirer des vocations; quand des jeunes gens de talent et pieux, mais sans études classiques, voient que dans la Compagnie, nos Frères ne sont pas nécessairement appliqués aux seuls travaux proprement manuels, mais que leurs aptitudes peuvent y être utilisées pour la gloire de Dieu, ils sont plus facilement portés à suivre l'appel que le bon Dieu peut leur faire entendre de se donner à la Compagnie. Si donc quelque Frère a le talent et la vertu qu'il faut, il serait opportun que, parfois, les Supérieurs, selon les circonstances, lui donnent les moyens de se perfectionner dans un art, même s'il fallait qu'il y consacre une année ou deux d'études.

Commendo me ss. SS.

Rome, le 14 juillet 1933.

R^ae^. V^ae^.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

104. **4 octobris 1933.**

Alumnis Collegii Prestonensis (*Prov. Angliae*) *Pater Noster ob praestitum sibi obsequium gratias agit.*

AD ALUMNOS COLLEGI PRESTONENSIS.

DILECTISSIMI IN CHRISTO IUVENES,

Litterae, quas magistrorum atque alumnorum Collegii Prestonensis nomine unus vestrum in testimonium filialis affectus tam pulchre transcripsit, ad me feliciter pervenerunt, easque statim ac

---

(1) Fr. Andreas Pozzo, Tridentinus, celeberrimus architectus et pictor, obiit Vindobonae in Austria die 31 augusti 1709.

(2) Fr. Martinus Coronas, Hispanus, e Prov. Aragoniae, obiit Caesaraugustae die 18 sept. 1928: cfr. *Memorab. S. I.*, vol. III, pag. 701.

Romam redux fui magno cum gaudio perlegi, quippe quae ostendunt quanto cum zelo et spiritu supernaturali disciplinarum humanarum et solidarum virtutum studio operam serio et constanter detis.

Vestrum Collegium Prestonense, quamquam inter recentiores Scholas catholicas Angliae numeratur, non sine magno fructu ad viros vere christianos informandos iam adlaborasse optime novi; et mihi solatio est videre hodiernos Collegii alumnos ab exemplis et traditionibus antiquorum non deflectere, inter quos vigere atque florere semper solebat Sodalitas Mariana, fons ille nimirum ex quo, gratia Dei adiuvante, tot eximii sacerdotes atque christiani ferventes prosiliunt, quorum exempla et opera regnum Christi propagare et Ecclesiam contra impiorum impetus in Anglia defendere valent.

Testimonium vestri grati animi erga Patres Societatis Iesu ad curam mentium atque animarum vestrarum magno animo laborantes mihi pergratum est; hoc solum praemium a vobis postulant illi, scilicet ut magis magisque per totam vitam Iesu Christo sitis fideles, et eius spiritu apostolico imbuti, vestris operibus et exemplo, secundum Summi Pontificis desiderium, cooperemini ad animas quamplurimas Deo lucrandas.

Non me fugit laborem illorum quoque magistrorum laicorum, quorum haud pauci iam inde a multis annis cum infesso zelo ad vestrum bonum contendunt, Patribus nostris magno auxilio fuisse, eisque proinde peculiari ratione ex corde benedico et meas humiles preces effundo ut « Christus sit eorum merces magna nimis ».

Benedictionem imploratam vobis, dilectissimi alumni, vestrisque laboribus peramanter impertio.

Romae, die 4 octobris 1933.

Vestrum omnium

Servus in Cto.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI

Praep. Gen. Soc. Iesu.

105. **29 novembris 1933.**

De maiore inter Nostros Romae degentes fraterna necessitudine fovenda.

AD PRAEPOSITUM PROVINCIAE ROMANAE (1)
OMNESQUE SUPERIORES DOMORUM ROMANARUM.

Reverendo in Cto. Padre:
P. C.

Da qualche tempo e da parecchie parti ho potuto rilevare che qui si sente giustamente il desiderio di una maggiore unione e di un più sensibile affiatamento, come suol dirsi, tra i Nostri che dimorano in Roma, ai quali, pur con tutta la buona volontà, non riesce facile anche il solo conoscersi nonchè trattarsi scambievolmente.

Bramoso pertanto di ovviare a questo inconveniente, allo scopo di fomentare la fraterna carità tra i figli della stessa Madre, che tanto stava a cuore al nostro S. Padre Ignazio, e di procurare per conseguenza un maggiore incremento alle tante e sì importanti opere, nelle quali a maggior gloria di Dio lavorano i più che 500 Nostri in Roma, ho pensato di invitare oltre al R. P. Provinciale tutti i Superiori delle Case e Collegi della Città qui nella Curia domenica prossima, 3 di dicembre, alle ore 15,30 per trattare insieme dell'argomento e anche fornir loro l'occasione di far delle proposte in proposito.

Prego pertanto V. R. di trovarsi presente alla detta riunione e di condurre seco un altro Padre di sua scelta e fiducia, che possa in seguito aiutarLa nell'esecuzione di quello che si stabilirà (2).

---

(1) Is est R. P. Raphael Bitetti, qui nuper (26 novembris) munus susceperat.

(2) In illo conventu, qui reapse statuto die, Patre Nostro praeside, habitus est, inter alia consilia propositum fuit ut singulis mensibus foliolum ederetur omnibus Nostris Romae degentibus distribuendum, in quo quae mense proxime sequenti facienda essent ad modum *diarii* enuntiarentur, simulque communicarentur ea quae Nostris scitu grata et utilia viderentur. Atque ita revera fieri coeptum est, edito singulis mensibus foliolo, cui titulus « *Romana* », quodque a Nostris Romae degentibus gratissime excipitur.

Mi è grato in questa occasione comunicarLe che la mattina della stessa domenica, in cui ricorre la festa di S. Francesco Saverio, si leggerà alla presenza del Sommo Pontefice il decreto di approvazione del martirio dei PP. Rocco González de Santa Cruz, Alfonso Rodríguez e Giovanni del Castillo. Si porge così propizia una prossima e faustissima occasione di onorare in quest'alma Città tutt'insieme con un sol cuore e un'anima sola i nuovi Beati che imporporati del loro sangue la Provvidenza dona alla Compagnia in questo Giubileo della Redenzione.

In unione de' SS. SS. SS.

Roma, 29 novembre 1933.

Di V. R.
Servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen d. C. di G.

Litterae gratulatoriae Patris Nostri pro festis iubilaribus quarundam Provinciarum, Domorum, Operum.

106. **23 ianuarii 1933.**

De trecentesimo quinquagesimo anniversario Cracoviensis Residentiae ad S. Barbarae (Prov. Pol. Min.).

AD R. P. LADISLAUM OCHĘDUSZKO
SUPERIOREM RESIDENTIAE CRACOVIENSIS AD S. BARBARAE.

SUMMARIUM. — Una ex veterrimis Societatis domibus in Polonia, Cracoviensis Residentia ad S. Barbarae magnum influxum exercuit non solum intra muros ipsius ecclesiae, sed etiam in tota Polonia. Clarissimi nostri Patres incipiendo a P. Skarga (qui ab historicis vocatur « anima Residentiae »), Grodzicki, Wujek, Laterna, Warszewicki etc. ibi laborabant. Contiones, confessiones, sacrae Communiones, cultus Eucharistiae, Congregationes Marianae et consociationes religiosae maxime vigebant. Quamquam hodie minores ad laborem sunt vires, nihilominus gratia Dei plura possumus perficere, dummodo cum vera vita interna iungatur apud nos ignis ardens zeli animarum.

Najdroższy Ojcze:
P. Xti.

Ze serdeczną radością przyjąłem wiadomość o 350-letniej rocznicy założenia krakowskiej Rezydencji św. Barbary. Tem chętniej pragnę wziąć duchowy udział w jubileuszowych uroczystościach, że kierownictwo przez czas jakiś jej apostolską pracą zostawiło w mej duszy niezatarte wspomnienia.

Najczcigodniejsza i wiekiem i swym zbawiennym wpływem ze wszystkich naszych rezydencyj na ziemiach starej Rzeczypospolitej przy swoim skromnym i przytulnym kościółku już od chwili swego powstania była ogniskiem życia religijnego i wielką penitencjarją wawelskiej stolicy. Teren jej apostolskiej pracy nie zamykał się tylko w murach stołecznego Krakowa, ale sięgał o wiele dalej a poprzez pisma przebywających w niej często głośnych naszych pisarzy rozciągał się na całą ukochaną Ojczyznę. Jej zakonne kroniki na niewygasłą chwałę zapisały złotemi zgłoskami nazwiska naszych najrozgłośniejszych Ojców: Wielkiego Skargi (zwanego przez historyków « duszą rezydencji »), Grodzickiego, Wujka, Laterny, Warszewickiego a później Mycielskiego, Jackowskiego, Morawskiego i Eberharda. Kult św. Eucharystji, jak urządzanie 40-godzinnych nabożeństw, bodaj czy nie pierwszych w Polsce, uświetnianych obecnością królów i najpierwszych dostojników państwa, datujące się od 1616 r. comiesięczne Komunje Generalne, promieniująca szeroko przez skargowskie Bractwo Miłosierdzia akcja miłosierna, troskliwe prowadzenie Kongregacyj Marjańskich i Stowarzyszeń religijnych, wytężona i rozgłośna praca na ambonie i w konfesjonale: oto droga spuścizna po wielkich Ojcach Domu św. Barbary.

Dlatego biorąc żywy udział w tej miłej jubileuszowej uroczystości, życzę wam, Wielebni Ojcowie i Bracia w Chr. najdrożsi, ażebyście onej czcigodnej spuścizny jak najtroskliwiej strzegli, pełni pokory i apostolskiej gorliwości, trzymając się oburącz starych tradycyj, rozwijali zbawienną działalność na ambonie, w stowarzyszeniach, w niesieniu miłosiernej pomocy dotkniętym dziś nędzą powszechnego kryzysu a nadewszystko w konfesjonale, skądby rozchodziło się światło i ukojenie w szerokie warstwy cierpiącej ludzkości. Wiem o tem dobrze, że przy obecnym kryzysie sił zdolnych do pracy trudniej jest niż kiedykolwiek przedtem podtrzymać w całym blasku tę świetlaną spuściznę, ale i to wiem również, że łaska Boża dokonywa wielkich dzieł przez tych, co z ogniem w duszy, roznieconym codzienną troską o życie wewnętrzne, co nie ufając sobie, lecz opierając się w pokorze na Bogu, w imię posłuszeństwa idą na łany bielejące do żniwa.

I w tej właśnie myśli składając serdeczne życzenia, udzielam wam ze serca ojcowskiego błogosławieństwa.

Rzym, dnia 23 stycznia 1933.

Sługa w Chr.:
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

107. 12 martii 1933.

De centenario ab erecta Provincia Marylandiae-Neo Eboracensi.

AD SOCIOS PROV. MARYLANDIAE-NEO EBORACENSIS.

REVERENDI PATRES FRATRESQUE IN XTO. CARISSIMI:
P. XTI.

Laetus accepi vos hoc decurrente anno centenariam vestrae Provinciae commemorationem recolere. Et quamquam maxime probo, quod vestri Superiores prudenter admodum statuerunt, hanc festivam celebrationem inter vestrarum domorum saepta coarctandam esse, quavis publica sollemnitate, quantum fieri potest, vitata, communis tamen Pater sibi temperare nequit quin communi vestrae laetitiae spiritu praesens adsit. Vobis igitur omnibus, Reverendi Patres Fratresque carissimi, ex corde gratulor et fervidas gratiarum actiones uno ore vobiscum Deo Optimo Maximo humiliter ago.

Et est sane cur gratias Deo agatis quam maximas, si vestram Provinciam qualis nunc est cum parvulo illo sociorum et domorum numero confertis, quem venerandus meus decessor R. P. Ioannes Roothaan invenit, quando de Marylandiae Provincia creanda consilium inivit. Qui quidem parvulus numerus fuit revera evangelicum illud granum sinapis: nam, ut integram Novae Angliae Provinciam florentissimam vestrae filiam et maternae laetitiae ac gloriae participem praetermittam, pro 14 domibus quae tunc numerabantur, 40 nunc eaque fere omnia sat magna habetis, in iisque, pro 89 sodalium manipulo, quot erant anno 1833, plusquam 1200 socii degunt. Hi autem mirum in modum in dies feliciter augentur non solum in utraque probationis Domo intra Provinciae fines, sed etiam in dilecta Philippinarum Missione, quam generoso animo

ante aliquot annos ab Aragoniae Provincia suscepistis, quamque tam strenue ac studiose coluistis et colitis, ut iam de nova probationis Domo exstruenda cogitandum fuerit.

Atque etiam, quod maius est, ingentes, Deo largiente, ex vestris laboribus et operibus colliguntur fructus, non modo in amplissimis et clarissimis Collegiis, quae a priscis Provinciae Patribus in sudore vultus inchoata, nunc vestrum decus et insigne ornamentum iure aestimantur, sed in humilioribus quoque ministeriis, quae, secundum genuinum Societatis spiritum ex eorundem antiquorum Patrum exemplo, nedum renuatis, appetitis immo studiose et impense exercetis, ut sunt assidua carceribus inclusorum et pauperum aegrotantium, imprimis leprosorum, cura et similia.

Paterno equidem afficior gaudio haec recolens et divinam clementiam una cum sancto rege David exoro « ut custodiat in aeternum hanc voluntatem cordis vestri et semper in venerationem et servitium Dei mens ista permaneat » (1). Et permanebit profecto et magis magisque roborabitur, si media vocationis nostrae propria fideliter adhibebitis, si religiosorum votorum vinculo constricti, ab iis quae mundus amat et amplectitur abhorrebitis, ac potissimum si « in virtutum solidarum et spiritualium rerum studium incumbetis », ut vult S. Pater Ignatius, « ac in huiusmodi maius momentum quam in doctrina vel aliis donis naturalibus et humanis constitutum esse ducetis » (2).

Haec si feceritis, non modo vos ipsi vivetis, Reverendi Patres Fratresque carissimi; vivetis, (inquam) vita Societatis filiis vere digna, sed etiam in vestris laboribus experiemini quam sapienter ibidem adnotet Sanctus Parens Noster « illa interiora esse ex quibus efficaciam ad exteriora permanare ad finem nobis propositum oportet » (3). E contra, persuasum habeatis neque ingentem sociorum numerum, neque maximum hominum plausum, neque magnorum operum apparentem splendorem sufficere ut ulla Societatis Provincia vere floreat, si internus ille spiritus, quem dicebam, externis utut optimis laboribus fere obrutus, sensim sine sensu frigescere sineretur.

Sed, ne tantum malum dilectae vestrae Provinciae unquam contingat, domesticum paene dixerim vobis concessit benignissimus Dominus incitamentum, vobis custodiendum concredens Auriesville illud Martyrum Sanctuarium, unde S. Isaacus Jogues eiusque

---

(1) Cfr. *I Paralip.*, XXIX, 18.

(2) *Summar. Constit.*, reg. 16.

(3) *Ibid.*

Socii vos continenter exhortantur, ut eadem, qua ipsi concurrerunt, pergatis generosae abnegationis via. In illud sacerrimum Provinciae vestrae atque adeo totius Assistentiae Americae palladium (si ita loqui fas est) figite oculos, vocem inde fluentem intentis auribus excipite, et exemplar quod vobis ostenditur diligenter imitari conamini.

Et quoniam apud Auriesville, intra vestrae nimirum Provinciae fines, simul cum S. Isaaco Jogues, duo quoque eius fideles comites et nostrorum Fratrum Coadiutorum decus fortiter pro Christo passi sunt et obierunt, SS. Renatus Goupil et Ioannes de la Lande, spero equidem talibus intercessoribus fore ut etiam utilissimus ille et carissimus Societatis gradus apud vos magni semper fiat et impensius in dies promoveatur, quemadmodum proximis hisce annis, ut ex aucto Fratrum numero apparet, iam feliciter fieri coeptum est.

Quo vero efficaciores sint hae meae paternae gratulationes, quo firmior sit spes uberrimarum gratiarum copiae quam vobis e SS. Corde Iesu per Virginem Matrem imploro, 1000 Missas pro vobis omnibus totaque Provincia offero, measque has litteras per manus S. Patris Ignatii et S. Francisci Xaverii vobis porrigo, iis subscribens hoc ipso die, quo eorum sollemnia canonizationis quotannis commemorare solemus et quo Summus Pontifex beatificationem illius decrevit, qui vinculum maxime conspicuum fuit antiquam inter et renatam Societatem, Ven. inquam Patris Iosephi Mariae Pignatelli. Velit magnus Indiarum Apostolus, cuius *Novendiale a gratia* nuncupatum vos tantopere tamque fructuose promovetis, vobis maiorem in dies apostolicum zelum impetrare; velit S. Pater Ignatius vos meliores in dies Societatis filios efficere suaque potenti intercessione benedictionem corroborare, quam vobis omnibus ex corde in Domino impertio.

Vestris sanctis Sacrificiis et orationibus me enixe commendo.

Romae, die 12 martii 1933.

Vestrum omnium
Servus in Christo
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

108. **15 iunii 1933.**

De quinquagesimo anniversario Collegii Brixiensis (Prov. Ven.)

AD R. P. IULIUM ROI
BRIXIENSIS COLLEGII RECTOREM.

Reverendo in Cto. Padre:
P. C.

Sento con viva compiacenza che vi apprestate a celebrare il cinquantesimo anno di vita di codesto Collegio, e come Padre che segue col pensiero e col cuore le persone e l'opera dei suoi figli, non voglio essere assente da questa vostra cara solennità, ma prendere invece larga e viva parte alle vostre gioie.

E prima di tutto mi unisco con voi nel ringraziare il Signore, datore di ogni bene, ripetendo dalla Sua paterna provvidenza ed infinita bontà, se l'umile opera nostra potè essere coronata da frutti e copiosi e preziosi.

Quindi mi rallegro con voi e con quanti furono e sono Educatori ed Alunni di codesto carissimo Istituto, nella sincera constatazione del bene veramente grande che esso ha, colla divina grazia, realizzato nel cinquantennio decorso. Poichè quanti non sono, oggi, i giovani e gli uomini maturi, che costì hanno ricevuto l'inestimabile benefizio di una educazione solidamente cristiana e squisitamente civile, e che oggi nelle più svariate professioni civili e mansioni sociali tengono alto l'onore della nostra S. Religione e cooperano efficacemente al benessere sociale!

E qui il pensiero corre spontaneo e gratissimo a quei primi che affrontarono le incredibili difficoltà onde furono tormentati gli inizi del vostro Collegio. Come dimenticare, in questa circostanza, quel grande, quell'insigne cristiano, dico Giuseppe Tovini, a cui codesto Collegio costò fatiche e sacrifizi veramente eroici? [1].

La bella, la nobile figura di Giuseppe Tovini, vanto del Collegio e purissima gloria di Brescia, mi suggerisce il voto e l'auspicio

[1] Advocatus Iosephus Tovini, strenuus iurium Ecclesiae defensor et Societatis amicissimus, Collegii fundationem totis viribus promovit ac dein omni ratione illud fovit ac defendit. Obiit anno 1897 magna cum sanctitatis fama, quae usque adhuc perdurat.

da formulare per il Collegio nell'ulteriore estendersi della sua vita. Fedeli a Dio ed alla S. Chiesa, se occorra fino ai sacrifizi più costosi, come il Tovini, gli alunni dell'Arici (1) portino, prima nella scuola e poi nella società, l'onore del costume intemerato e la franchezza di una pietà consapevole dei supremi diritti di Dio e dell'estremo bisogno che noi abbiamo di Lui. E, pure come il Tovini, sappiano prodigarsi, gli alunni dell'Arici, qualunque sia per essere la loro professione, perchè il male sia represso e perchè trionfino dappertutto i principi cristiani, a salvezza degli individui e dei paesi. Che il Signore verifichi ampiamente questi miei sincerissimi voti, com'io con tutto l'affetto paterno invoco dal Sommo Datore di ogni bene!

E la Vergine Madre che ora dall'alto dell'edifizio e dalle Sue immagini vigila sugli studi e sui giochi degli alunni dell'Arici, e riceve specialmente nelle Sue Congregazioni i fervidi filiali ossequi della loro pietà, continui a proteggere maternamente i passati, i presenti e i futuri alunni del Collegio nelle piccole e grandi lotte della scuola e della vita.

Da mia parte, ai Superiori e Professori e a quanti con loro faticano nell'ardua opera educativa, agli Alunni antichi, onore dell'Istituto, ed ai presenti, sue trepide speranze, mando la mia paterna benedizione e farò celebrare 100 SS. Messe per la prosperità del carissimo « Aricianum ».

In unione de' SS. SS. SS.

Roma, 15 giugno 1933.

Di V. R.
Servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

(1) Collegium a Caesare Arici, pio poeta Brixiensi clari nominis (saec. XIX), officiale nomen sumpsit, ideoque etiam « *Arici* » vel « *Aricianum* » nuncupatur.

109. 3 iulii 1933.

De centenario Collegii Gandavensis (Prov. Belg.).

AD R. P. ALBERTUM KRUYFHOOFT

GANDAVENSIS COLLEGII RECTOREM.

Mon Révérend Père,
P. C.

En m'associant de tout coeur aux joies de votre fête jubilaire, ma pensée reconnaissante se reporte tout d'abord sur le vénéré fondateur de votre Collège, Monseigneur Jean François Van de Velde, Evêque de Gand, qui, après nous avoir offert de reprendre notre ancien Collège d'Alost, voulut bien nous confier son Collège de Ste-Barbe à Gand. Nous pouvons l'affirmer avec une modeste assurance, et surtout, nous devons en remercier le bon Dieu: les espoirs conçus, il y a un siècle, par ce digne Prélat n'ont pas été déçus; parmi les anciens de Ste-Barbe, la Patrie et l'Eglise ont pu trouver en grand nombre les hommes de valeur, les serviteurs éminents et dévoués, dont elles avaient besoin.

Il n'est en effet aucune carrière ou position sociale où ils ne se soient distingués, dans les Conseils royaux, dans les Assemblées législatives, les administrations publiques, l'enseignement supérieur, les cours et les tribunaux, la diplomatie et l'armée, l'industrie et le commerce, dans les oeuvres charitables et sociales, dans la presse, les sciences et la littérature.

Le Collège de Gand se glorifie à juste titre d'avoir bien servi l'Eglise. Dans les rangs mêmes du clergé diocésain, ses élèves ont occupé et occupent encore des places distinguées, et ce n'est pas une des moindres consolations de Ste-Barbe d'avoir pu donner au diocèse Monseigneur Seghers, dont le grand souvenir est présent à toutes les mémoires; d'autres noms, comme ceux de Mgr De Battice, Evêque coadjuteur de Gand, Mgr Meuleman, Archevêque de Calcutta, du P. Adolphe Petit, pour ne parler que des défunts, se détachent de cette nombreuse phalange de prêtres et de religieux qui, en Belgique ou dans les Missions lointaines, ont consacré leur vie au bien des âmes.

Lorsque l'Eglise de Belgique, dans le cours du dernier siècle, a eu

besoins, au cours de ses luttes, de ces troupes auxiliaires de laïques, qui, comme le désire plus que jamais notre Saint Père le Pape, sont appelés par leur titre même de chrétiens à soutenir les oeuvres sociales et catholiques, les anciens de Ste-Barbe se sont signalés parmi les premiers dans des mouvements où leur esprit de vaillance et de coordination, sous la direction de chefs, a servi de modèle et de stimulant.

Je ne puis passer sous silence un fait déjà lointain, mais qui marque une page glorieuse dans l'histoire du Collège et reste une leçon éloquente à toute époque: l'amour filial et le dévouement sans réserve manifestés par les élèves de Ste-Barbe envers le St. Siège, aux cours de ses grandes épreuves, lorsqu'ils venaient s'enrôler sous ses drapeaux et sacrifier leur vie pour sa défense, lorsqu'ils multipliaient leurs aumônes pour le Dénier de St. Pierre, envoyaient leurs témoignages de respectueuse sympathie dans toutes ses épreuves: amour et dévouement, dont Pie IX a bien des fois fait l'éloge.

En parcourant le programme des fêtes jubilaires, où je vois qu'un grand nombre d'hommes si distingués viennent, sous le patronage de Son Excellence Monseigneur le Nonce Apostolique [1] et de Son Excellence Monseigneur l'Evêque de Grand [2], témoigner leur sympathie envers leur vieux Collège, mon âme est pleine de gratitude envers le bon Dieu qui a daigné bénir son oeuvre, et envers tous ceux dont la vie de chrétiens et d'apôtres a été, même ici-bas, pour les Pères du Collège Sainte-Barbe, une récompense de leurs travaux et un encouragement à mieux aider, par leur modeste mais persévérant effort, la Patrie et l'Eglise.

Je prie de tout coeur le bon Dieu de daigner continuer à bénir largement votre cher Collège, afin que l'avenir soit digne du passé, et à cette intention j'offre cent saintes Messes.

Je me recommande à vos prières et à vos ss. SS.

Rome, le 3 juillet 1933.

De V. R. le serviteur en N. S.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) Exc.mus ac RR. DD. Clemens Micara, Archiep. tit. Apamenus.
(2) Exc.mus ac RR. DD. Honoratus Coppieters.

110. **17 novembris 1933.**

De septuagesimo quinto anniversario Pontificii Collegii Pii Latini Americani de Urbe (Prov. Rom.).

AD R. P. ANGELUM TOME'

E PROV. ROMANA

COLLEGII RECTOREM.

Reverendo in Cto. Padre:
P. C.

Mentre sta per compiersi il 75° anno di vita di codesto carissimo Collegio, ed Esso riceve le felicitazioni ed i voti da tanti illustri Personaggi di America e di Roma, non voglio, carissimo Padre, che vi manchi una mia parola di vivo rallegramento e di augurio paterno.

Ed in primo luogo, ringrazio con Voi il Signore perchè il bene prodotto fin qui dal Pio-Latino Americano è stato veramente grande. Questa constatazione, che talora può sfuggire mentre si lotta contro le molteplici difficoltà che porta seco l'amministrazione di un Collegio come il Vostro, nasce spontanea in chi guarda le statistiche dell'Istituto e ci è confermata dalla partecipazione così spontanea e così larga degli antichi Alunni di America. Confortatevi adunque nel pensiero che per divina bontà i sudori vostri e quelli dei vostri predecessori hanno largamente conseguito il loro effetto, non solo « coram Deo », ma anche visibilmente nel gran campo delle Diocesi dell'America Latina.

Vi faccio poi gli auguri più belli per la futura vita del vostro Collegio. Nato nell'anno delle apparizioni di Lourdes e sotto gli auspici di Maria SS.ma presentata al Tempio [1], esperimenti Esso di anno in anno sempre più efficace la protezione della potentissima Vergine di Guadalupe. E i cari Alunni, devotissimi a questa loro Madre celeste, come Gesù a Nazaret, crescano in codesta Casa della loro formazione, sempre meglio in sapienza, età e grazia, cari al Signore, conforto dei loro Vescovi, delle loro famiglie, dei loro educatori. Così dopo di essersi qui ben formati nelle scienze sacre,

---

[1] Id est die 21 novembris 1858.

e specialmente dopo di aver ritratti in sè stessi i lineamenti di Gesù, povero, umile, unicamente assetato della gloria di Dio e salute delle povere anime, torneranno alle loro care Patrie di America e vi opereranno un bene immenso.

Affinchè il Signore largamente compia questi miei voti e per dimostrare il mio grande affetto per codesto Collegio farò celebrare dai nostri Padri 300 SS. Messe.

La benedico di gran cuore, carissimo Padre, con tutta la Comunità dei Padri e Fratelli e con tutti gli Alunni ed ex-Alunni ed in unione de' SS. SS. SS. sono

Roma, 17 novembre 1933.

di V. R.
Servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

111. **2 decembris 1933.**

De septuagesimo quinto anniversario Convictus Theologicis Oenipontani (Prov. Austr.), qui « Canisianum » appellatur.

AD R. P. IOSEPHUM DONAT
CONVICTUS RECTOREM.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Occasionem Iubilaei septuagesimi quinti ab erecto Canisiano anni libentissime arripiens, faustissima vobis omnibus vota ex animo offero. Paulo serius quidem afferentur congratulatoriae hae litterae, sed id minoris erga vos vestramque domum affectus minime est signum. Deo Optimo Maximo, a quo «omne datum optimum et omne donum perfectum » [1], sint laus et gratia pro tot tantisque bonis, quae ex Canisiano, mihi non minus quam vobis carissimo, pro Ecclesia intra hos 75 annos provenerunt.

Simul autem gratissimum sum omnibus viris, — multi in Societate triumphanti caelestibus suorum laborum praemiis iam fru-

(1) IACOB., I, 17.

untur, — qui egregia scientia ac solida doctrina, praesertim vero pulcherrimis sanctae vitae exemplis ad tam amplos fructus ferendos contulerunt.

Vos autem, quibus cura huius tanti ponderis domus nunc est concredita, enixe hortari vix opus est, ut gloriosam Canisiani Oenipontani traditionem sancta aemulatione sustineatis. Ad id omnibus paternam benedictionem peramanter impertior.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 2 decembris 1933.

R.^{ae} V.^{ae}
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

112. **5 decembris 1933.**

De quinquagesimo anniversario libelli periodici « Przegląd Powszechny » Cracoviae (Prov. Polon. Min.).

AD P. IOANNEM ROSTWOROWSKI
E PROV. POLON. MAI. ET MAZ.
PERIODICI DIRECTOREM.

SUMMARIUM. — Gratiae maximae rependendae sunt Deo pro omnibus bonis, quae periodicum « Przegląd Powszechny » decursu 50 annorum praestitit. Gratiae agendae sunt etiam Patribus Scriptoribus pro eorum magni valoris labore. Finis « Przegląd Powszechny », contentus in verbis Psalmistae: « Beatus populus, cuius Dominus Deus eius » (Ps. 143), est finis valde sublimis. Procul a rebus politicis evolvit deducta ex iure naturali et iure divino principia, quae sunt fundamentum salutis individui totiusque rei publicae. Ob magnam confusionem conceptuum hodie « Przegląd Powszechny » magis est necessarium quam erat hucusque et amplissimum habet campum laboris pro Deo et Patria.

Najdroższy Ojcze:
P. Xti.

Zbliża się dzień 8 grudnia, dzień przeznaczony, jak mi donosi Wielebny Ojciec, na obchód 50 rocznicy istnienia «Przeglądu Powszechnego». Pragnę więc kilka słów przesłać, by przynajmniej listownie z Wami się złączyć w obchodzie każdemu z nas tak drogim, dla mnie w szczegól-

ności tem droższym, że pod kierownictwem samego założyciela « Przeglądu Powszechnego » śp. Ks. Marjana Morawskiego miałem szczęście do tego « Przeglądu » być wprowadzony i przez pewien czas mieć w nim choć mały udział. Dziś gdy patrzycie na to co przez pół wieku « Przegląd Powszechny » zdziałał, wyrywa się z pewnością z duszy Waszej pełnej wdzięczności hymn dziękczynienia ku Bogu za te wielkie zasługi, jakie « Przegląd » mimo szczupłej liczby Pisarzy położył dla dobra Kościoła i Ojczyzny. Myślą i sercem i ja jestem z Wami w tej gorącej wdzięczności ku Bogu, iż dziełu temu tak błogosławił. Dziękuję Bogu, dziękuję także i Wam Wielebni Ojcowie i przesyłam wyrazy szczerego uznania zasług na tem polu, tej żmudnej choć cichej pracy oraz wysiłków, które łożyliście, by odpowiedzieć zadaniu, jakie « Przegląd » ma do spełnienia.

« Przegląd Powszechny » idąc za tradycją swego założyciela ma przed sobą tę wielką zasadę, która na każdym jego zeszycie jest powtarzana, a którą on tak pięknie ujął słowami Pisma św. : « Błogosławiony lud, którego panem Bóg jego » (Ps. 143). Nie mieszając się wcale w spory partyjne i osobiste, wchodzi w potrzeby aktualne całego społeczeństwa i stara się o to, żeby na każdym odcinku życia prywatnego i publicznego społeczeństwo przejęło się zasadami Kościoła, żeby myśli tego społeczeństwa były według myśli Bożej, - aby Bóg był panem jego. Celem i zadaniem « Przeglądu Powszechnego » jest wszczepić w społeczeństwo zasady niezmienne oparte na prawie naturalnem i prawie Bożem, które są podwaliną i gwarancją dobrobytu i szczęścia zarówno jednostki jak całego narodu.

Dzisiaj więcej niż kiedyindziej wobec niesłychanego zamętu pojęć kiedy przytem niskie i przyziemne pragnienia owładnęły duszami i odwróciły je od zasad Bożych, ten « Przegląd Powszechny » jest potrzebny i ma przed sobą ogromnie wielkie i wspaniałe pole do zdziałania dla sprawy Kościoła i dobra Ojczyzny.

Najdroższemu Ojcu jak i wszystkim Ojcom Pisarzom z całego serca błogosławię na dalszą pracę i ofiaruje 300 Mszy św. na Waszą intencję, by ta praca Wasza podjęta na chwałę Bożą i pożytek Ojczyzny bogate i w przyszłości przyniosła owoce.

Wam z całego serca szczerze oddany

Rzym, dnia 5 grudnia 1933.

Sługa w Chrystusie :
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

III. — RESPONSA.

A) Instituti declarationes universae Societati propositae.

(Cfr. Epit. n. 18 § 1).

113. **31 decembris 1933.**

De interpretatione Regulae primae Excitatoris.

Ad difficultatem quod attinet a R. V. propositam de observanda regula 1ª Excitatoris, re accurate perpensa et cum PP. Assistentibus collata, haec respondenda censui:

1) Quod ad primam regulae partem difficultas non videtur adeo gravis: agitur enim, ut ipsa regula dicit, de adeundis cubiculis, non vero de iis ingrediendis; ideoque sufficit ut Excitator, qui debet esse Frater gravis et discretus, ianuam singulorum cubiculorum paululum aperiat nec tamen introspiciat, sed tantum, pia salutatione (pro more Provinciae) elata voce enuntiata, exspectet donec consuetum responsum audiat.

2) Quod ad secundam regulae partem, qua praescribitur ut Excitator, « quarta horae parte elapsa, cubicula rursus invisat », sicubi ex moribus regionis vera difficultas adesse agnoscatur, haec altera cubiculorum visitatio omitti poterit, dummodo Superiores curent ut ab omnibus fiat visitatio SS. Sacramenti (1), secundum « laudatissimam illam consuetudinem », ut dicit R. P. Retz (2), quae in multis Provinciis iam viget, quaeque, ut notaverat iam R. P. Tamburini (3), « inter alia bona illud habet, ut certiores faciat Superiores de Nostrorum diligentia in surgendo ». Atque ita finis a lege intentus abunde obtinetur.

---

(1) Cfr. *Elenchus etc. Ministri,* n. 23, *a*; item *Elenchus etc. Superioris localis,* n. 52, *c*.

(2) Epist. select. ad Super., Romae, 1911: Epist. R. P. Franc. Retz, 4 aug. 1731, pag. 125.

(3) Epist. Praepos. Generalium, Rollarii, 1909, vol. II: Epist. R. P. Mich. Ang. Tamburini, 17 nov. 1706, 169.

B) Alia Responsa.

(Cfr. Epit. n. 18 § 2).

114. **2 augusti 1933.**

De institutione Novitiorum et praesertim de instructionibus ad Novitios (cfr. Epit. n. 134; RR. Mag. Nov. 51 et 67).

Ex iis quae R. V. refert, video istic Novitios nimio legendi et scribendi labore fatigari. Utile sane est et vix non ubique usitatum, ut Novitii, quae in instructionibus de Regulis audierint, ea deinde non modo voce repetant (cfr. Reg. 67 Mag. Nov.) sed etiam, ipso Magistro invigilante, in compendium scripto redigant: quod quidem ad experimentum quoque memoriae et ingenii singulorum Novitiorum sumendum optime inservit; et scio complures e Nostris has notas in Novitiatu sibi scriptas pie apud se ad senectutem usque custodire et identidem consulere.

At opportunum non est Novitios ad instructiones, eo ipso tempore quo illas audiunt, currenti calamo scribendas adstringere, eosque praeterea multis aliis scriptionibus onerare. Praecipuus fructus, quem R. V. in Regulis explicandis intendere debet quemque Novitii colligant oportet, hic est, ut, secundum mentem S. Patris Ignatii, eas recte intelligant atque gustare res interne addiscant, ita ut Regulae in succum et sanguinem transeant et dein opere fideliter compleantur. Si Novitii Regulas praesertim Summarii et Communes bene intelligunt atque in praxim deducunt, optimi Socii Iesu fient; ad hunc vero finem assequendum non tam iuvat multa scribere quam multum meditari.

Hoc studium nimia scribendi, transcribendi, legendi non semel in variis Novitiatibus moderari debui; nam tantum abest ut solidam formationem promoveat, ut ei potius noceat, cum animos distrahat et impediat ab illo interno labore, quo veterem hominem exuere et in Christum transformari debemus; iam ab ipso Novitiatu addiscant oportet non multa esse facienda, sed multum.

115. **10 augusti 1933**

De iis qui in secundo voto non satis firmi videntur (cfr. Epit. nn. 74-77).

Ad dubium R.ae V.ae de conservanda vocatione eorum, qui sive propter indolem sive propter quandam inconstantiam in secundo voto perfecte servando, vix apti ad Societatem videntur, haec respondenda censeo:

Utique, praesertim post vota emissa, Superiores paterna cura solliciti esse debent, ut subditi fideles in sua vocatione permaneant. Attamen, cum praesertim in nostra Societate, ubi tot periculis exponimur, firma omnino vocatione opus sit; non solum bono communi, sed etiam bono singulorum Sociorum grave nocumentum afferrent, qui non auderent tempestive iis, qui in vocatione debiliores se ostendunt, consilium abeundi dare.

Cum vero agatur de re morali, morali certitudine contenti esse debemus. Si igitur videmus aliquem iam in Scholasticatu, ubi, ut plurimum, parvis tantummodo periculis exponitur, difficultatibus in secundo voto non bene resistere, sine ulla haesitatione consilium ei demus oportet, interdum etiam strictam obligationem imponere debemus, ut Societatem relinquat. Quam saepe accidit, ut tales homines, si retineantur, deinde amare conquerantur de debilitate Superiorum vel PP. Spiritualium! Hinc etiam Summus Pontifex saepe mihi manifestavit Se desiderare, ut Confessarii et Superiores severiores sint in hac materia, dicendo: illam indulgentiam, qua erga tales utuntur, non esse misericordiam, sed crudelitatem.

116. **30 septembris 1933.**

De vacationibus minoribus Scholasticorum qui in magisterio versantur (cfr. Epit. nn. 289 § 3, 295 § 2).

Quae in Epitome n. 289 § 3 commendantur de feriis minoribus Scholasticorum, i. e. « ita ordinentur ut debita quiete Scholastici frui possint, sed tempus, secundum Superiorum directio-

nem, utiliter impendant », etiam de magisterii tempore valent; ita enim hoc experimentum instituendum est « ut in studiis quoque proficiant » (Epit. n. 295 § 2). Quare, ad mentem eorum quae de magisterii experimento in recenti mea epistola 29 iunii 1933 scripsi [1], commendo ut examinentur media practica ad finem intentum.

117. **30 septembris 1933.**

De officio Consultoris Provinciae non semper eiusdem Collegii Rectori conferendo (cfr. nn. 769, 771 § 1).

Secundum Institutum nostrum, praeter Socium Provincialis, qui « vi officii sui constituitur Consultor Provinciae » (Epit. n. 825), nulli generi personarum vel domiciliorum ius competit quo inter Consultores Provinciae repraesentari debeat. Seliguntur vero Consultores ex iis Patribus, qui, in diversis Provinciae negotiis et necessitatibus bene versati, de istis cum auctoritate iudicare et tractare possint. Quare cum Collegia sive Nostrorum sive externorum, tum Opera maiora Provinciae, tum praecipua ministeriorum genera, servata proportione, Consultores Provinciae suppeditare solent; neque opus est ut hi semper ex iisdem fere locis desumantur. Provincialium autem est, auditis Consultoribus, haec in proponendis novis nominibus prae oculis habere; et etiam ego invigilabo, ne quid contra usus nostros fiat.

---

(1) V. supra, pp. 465-470.

ACTA ROMANA SOCIETATIS IESU

VOLUMEN VII

FASCICULUS III - ANNO 1934

AD USUM NOSTRORUM TANTUM

ROMAE
APUD CURIAM PRAEPOSITI GENERALIS
—
1934

ACTA ROMANA SOCIETATIS IESU

VOLUMEN VII

FASCICULUS III - ANNO 1934

AD USUM NOSTRORUM TANTUM

ROMAE
APUD CURIAM PRAEPOSITI GENERALIS

—

1934

Romae — Typis Pontificiae Universitatis Gregorianae, Piazza della Pilotta, 4

INDEX

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

I. — PRO SOCIETATE.

Acta Beatificationis BB. Martyrum Rioplatensium.

Acta quaedam in aliis Causis NN. BB. et VV.

II. — PRO PROVINCIIS, DOMIBUS, SODALIBUS.

Litterae quaedam officiosae vel gratulatoriae.

ACTA PRAEPOSITI GENERALIS

I. — PRO SOCIETATE.

II. — PRO PROVINCIIS, MISSIONIBUS, DOMIBUS.

III. — RESPONSA

A) Instituti declarationes universae Societati propositae.

B) Alia Responsa.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

I. — PRO SOCIETATE.

1. **23 maii 1933.**

Fines immutantur Vicariatus Apostolici de Tananariva atque ideo etiam nostrae Missionis homonymae (*Prov. Tolos.*). — Litt. Apost. (1).

PIUS PP. XI

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Catholicae fidei provehendae studium, quo continenter urgemur, efficit ut ea omnia quae ad sacras Missiones pertinent, peculiari cura tractemus. Quapropter cum venerabiles fratres Ordinarii vicariatuum apostolicorum sive de Tananariva (2), sive de Antsirabè (3) in insula Madagascar nuper a Nobis expostulaverint ut fines mutarentur quibus ad septemtrionem circumscripsimus anno MDCCCCXVIII tunc erectam praefecturam apostolicam de Betafo, quam ad gradum vicariatus apostolici postea eveximus, novo indito nomine de Antsirabè, oblatis Nobis precibus benigne annuere censuimus, eo quod memorati fines septem-

(1) In *Acta Romana* anni superioris hae Litterae Apostolicae inseri non potuerunt, quia solum anno 1934 in *Act. Apost. Sed.* (vol. XXVI, 1934, pagg. 17-18) editae sunt.

(2) Exc.mus ac RR. DD. Stephanus Fourcadier S. I. (Prov. Tolos.), Episc. tit. Hipponensis-Diarrhytensis.

(3) Exc.mus ac RR. DD. Franciscus Dantin, e Missionariis a La Salette, Episc. tit. Satalensis in Armenia.

trionales locorum positioni minus respondeant. Quare, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, statuimus ut in posterum limites vicariatus apostolici de Antsirabè ad septemtrionem versus hi sint: gradus XIX latitudinis australis a mari Mozambiquensi ad fines provinciae civilis de Itasy orientem versus; dein limites meridionales eiusdem provinciae usque ad flumen Kitsamby, exinde fines septemtrionales districtuum civilium de Faratsiho et de Manalalondo, dein fines orientales de Faratsiho usque ad altitudinem urbis eiusdem nominis, ex quo puncto usque ad fines occidentales provinciae civilis de Vatomandry, linea quae sequitur flumina de Onivè et Kelilalina.

Haec volumus, mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, vel in posterum spectare poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contingerit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Maii, an. MLCCCCXXXIII, Pontificatus Nostri duodecimo.

E. CARD. PACELLI, *a Secretis Status.*

2. 13 decembris 1933.

Vicariatus Apostolicus Nankinensis (Prov. Franc.) in duos Vicariatus dividitur, alterum Nankinensem clero saeculari commissum, alterum de Shanghai, Societati (Prov. Franc.) manentem, nuncupandos. — Constit. Apost. [1].

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Iampridem Apostolica Sedes, pro amore quo flagrat erga nobilem Sinensem nationem, nihil antiquius habuit, quam in ipsa civilis gubernii sede certam constituere missionem eamque cleri indigenae regimini et curis concredere, quo ipse maiores in catholico nomine propagando uberioresque fructus suos inter cives assequi valeat, atque simul novum exstet Christi Ecclesiae universalitatis documentum. Quod quidem eo libentius Nos perficiendum ducimus, cum in memoriam revocamus regionem illam, quae prius, adhuc in tenebris et umbra mortis sedens, apostolicis ven. mem. Matthaei Ricci aliorumque inclytae Societatis Iesu sodalium fuerit irrigata sudoribus, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo ab Alexandro Septimo, Decessore Nostro, in Vicariatum ac dein, triginta post annos, ab Alexandro Octavo, et ipso Decessore Nostro, in Dioecesim Nanchinensi nomine erectam fuisse; anno vero millesimo octingentesimo quinquagesimo sexto, dioecesi suppressa, eodem nomine Nanchinensi servato, Vicariatum renovatum esse, et ex eius dismembrato territorio alios postea Vicariatus constitutos esse, nempe de Anking, de Pengpu, de Wuhu, de Haimen et Praefecturam Apostolicam de Süchow.

(1) V. supra, pagg. 290-291. — *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVII, 1935, pagg. 37-38; ubi tamen, inter subpraefecturas civiles Vicariatui de Nanking attributas, nomen Huyou corrigendum est in Kuyong, ut hic habetur.

Modo vero, cum ad aptatam quam supra diximus erectionem, opera potissimum et studio venerabilis Fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi titularis Theodosiopolitani et in Sinis Delegati Apostolici, absque ulla mora deveniri possit, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto et collatis cum venerabili Fratre Augusto Haouisée, Episcopo titulari Cercinitano et Vicario Apostolico de Nanking, consiliis, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum interest. vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, latissimum Vicariatus Apostolici de *Nanking* territorium, uti modo exstat, in duas dividimus partes, quarum una, civiles subpraefecturas de *Kiangning, Kaushun, Kiangpu, Kuyong, Lishui, Luho, Tantu, Kintan, Liyang, Tanyang, Yangchung, Wutsin, Ihing, Kiangyin* et *Wushih* complectens, Vicariatum ipsum Nanchinensem constituet, quem saecularis cleri Sinensis curis committimus, eiusque sedem in ipsa Sinarum urbe principe, vulgo *Nanking,* constituimus; altera vero pars novum ac distinctum Vicariatum Apostolicum constituet de *Shanghai* nuncupandum, quem Societatis Iesu sodalium curis ut antea concreditum volumus. Utrique vero Vicariatui Apostolico eorumque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent; nec non iisdem eos adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia ut supra disposita et constituta, ea rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nulli ergo hominum hanc voluntatis Nostrae paginam infringere vel ei contraire liceat; si quis vero hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo

nongentesimo trigesimo tertio, die tertiadecima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr. Thomas Pius O. P. Card. Boggiani
Cancellarius S. R. C.

Loco ✠ Plumbi

Petrus Card. Fumasoni-Biondi
Praef. S. C. de Propag. Fid.

Dominicus Jorio, *Protonot. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonot. Apost.*

3. **1 februarii 1934.**

De quadam permutatione territorii inter dioeceses Calcuttensem et Patnensem atque ideo etiam inter homonymas Missiones (Prov. Belg. et Prov. Chicag.) — Decr. S. C. de Prop. Fide.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE.

DECRETUM.

Ut aptum locum ad valetudinarium pro Missionariis confractae valetudinis exstruendum Praefectura Apostolica de Bettiah inter suos fines haberet, haec Sacra Congregatio de Propaganda Fide, vi Decreti die 17 Iulii 1906 dati, territorium milliariis quadratis anglicis constans fere octoginta in montibus Darjeeling ex Archidioecesi Calcuttensi, Ordinario consentiente, distraxit ac eidem Praefecturae Apostolicae de Bettiah annexuit. Quod territorium his limitibus definiebatur: ad Septemtrionem fluminibus Balasan atque Rungmuk; ad Orientem antiqua via militari et iam nominato flumine Balasan; ad Meridiem montium radicibus atque fluminibus Rinchington et Suneasi; ad Occidentem vero Regno Nepalensi. Cum vero anno 1919 dioecesis Patnensis excitata est, suppressae Praefecturae Apostolicae de

Bettiah territorium novae dioecesi est adscriptum, regione non excepta de Darjeeling. Hanc vero, dissitam et tantum per Calcuttense territorium transeuntibus perviam, difficillimum fuit Patnensibus sacerdotibus curis prosequi spiritualibus. Quapropter Excell.mus Ordinarius Patnensis, Bernardus Sullivan, consentiente Archiepiscopo Calcuttensi, ab hac Sacra Congregatione petiit ut regio de Darjeeling denuo Archidioecesi Calcuttensi, a qua anno 1906 distracta fuerat, pleno iure adnecteretur.

Eminentissimi vero Patres huic Sacrae Congregationi Praepositi, in generalibus Comitiis die 29 Ianuarii vertentis anni celebratis, maturae perpensis argumentis Excell.mi Ordinarii Patnensis, nec non prae mente habito Archiepiscopi Calcuttensis consensu, regionem de Darjeeling, eos intra fines contentam qui superius describuntur, denuo adnectendam esse Archidioecesi Calcuttensi censuerunt.

Quam Eminentissimorum Patrum sententiam Sanctissimus D. N. Pius Div. Prov. Papa XI, in audientia infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide concessa die prima Februarii, ratam confirmatamque habuit, et praesens Decretum expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus huius Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 1 Februarii a. D. 1934.

P. Card. Fumasoni-Biondi, *Praefectus.*

† Carolus Salotti, *Archiep. tit. Philippop.*
Secretarius.

4. **2 februarii 1934.**

Approbantur Statuta Facultatum Theologiae et Philosophiae in Collegiis Societatis Iesu erectarum. — Decr. S. C. de Sem. et Stud. Univ.

SYNOPSIS STATUTORUM

Approbatio Statutorum (v. pag. 607).

Titulus I. — *De fine et natura Facultatum universim* (*nn. 1-4*).

Titulus II. — *De personis et regimine* (*nn. 5-28*).
Art. 1. De Auctoritatibus academicis et Officialibus (nn. 5-16).
Art. 2. De Professoribus (nn. 17-23).

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS (1).

Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus haec Statuta ad Constitutionem Apostolicam « *Deus scientiarum Dominus* » eidemque adnexas « *Ordinationes* » accommodata, auctoritate a SS.mo D. N. Pio PP. XI sibi facta, approbat et ut fideliter observentur praescribit.

Romae, ex Aedibus S. Callisti, die 2 Februarii 1934, in festo Purificationis B. M. V.

CAIETANUS Card. BISLETI
Praefectus.

L. ✠ S.

ERNESTUS RUFFINI, *Secretarius.*

---

(1) Haec approbatio uni exemplari ipsorum Statutorum inscripta ad

STATUTA FACULTATUM IN COLLEGIIS S. I. ERECTARUM

TITULUS I

De fine et natura Facultatum universim

1. — § 1. Societas Iesu, secundum Litteras Apostolicas et proprias Constitutiones, ad hoc potissimum est instituta « ut ad fidei defensionem et propagationem et profectum animarum... per publicas praedicationes, lectiones et aliud quodcumque verbi Dei ministerium ... intendat » (1). Cum autem ad hunc sublimem finem assequendum, « praeter vitae exemplum, doctrina et modus eam proponendi sint necessaria,..... Collegia et aliquando etiam Universitates vel Studia generalia Societas amplectitur » (2), in quibus iuvenes, qui Societatem ingressi sunt, scientiis philosophicis et theologicis ita instituantur ut in quovis sacro ministerio vere eximii operarii evadant atque adeo has ipsas scientias docere possint si ad id designentur.

§ 2. Ex his iunioribus Societatis sodalibus, quos Scholasticos nominare solemus, complures per studia academica ad gradus academicos acquirendos apti redduntur (3); alii studia seminaristica, ad normam Iuris communis (4), perficiunt.

Patrem Nostrum remissa est cum hac Eminentissimi Cardinalis eidem Congregationi Praefecti epistola:

Roma, 10 Febbraio 1934.

Rev.mo Padre,

Rimetto alla P. V. Rev.ma la copia degli Statuti degli Scolasticati della Compagnia di Gesù, col Rescritto di approvazione di questo Sacro Dicastero.

Approfitto volentieri dell'occasione per esprimere alla P. V. i sensi del mio ossequio, mentre mi professo

della P. V. Revma
devmo per servirla
GAETANO Card. BISLETI, *Prefetto.*
ERNESTO RUFFINI, *Segretario.*

Revmo Padre
P. Wlodimiro LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

(1) Iulius PP. III, Litt. Apost. « Exposcit debitum ».

(2) Constit. Soc. P. IV prooem.

(3) Constit. Soc. P. IV c. 6 n. 17.

(4) C. I. C. can. 589.

§ 3. In his Statutis de iis tantum studiis agitur, quae in ordine ad gradus academicos acquirendos a Scholasticis Societatis fiunt.

2. — § 1. Studia philosophica et theologica in Collegiis Societatis Iesu ordinata sunt secundum principia quae S. Fundator in Constitutionum P. IV exponit, et quae secundum praescriptum earundem Constitutionum (5), accuratius explicantur in *Ratione Studiorum* primum edita anno 1599 a P. Claudio Aquaviva Praeposito Generali (6). Haec deinde post restitutam Societatem ad recentiorum temporum necessitates accommodata est a P. Generali Ioanne Roothaan anno 1832 (7); a P. Petro Beckx de Philosophia pro tota Societate, a P. Francisco Xav. Wernz de Philosophia et Theologia pro variis Provinciis Societatis; quae omnia nunc accommodantur ad Constitutionem Apost. « Deus scientiarum Dominus » et ad Ordinationes Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus ad memoratam Constitutionem rite exsequendam datas.

§ 2. Cum in his Statutis, quotiescumque mentio fit sive de Auctoritatibus sive de Professoribus sive de Alumnis, semper agatur de viris religiosis, qui proinde et voto paupertatis ligantur et religiosae obedientiae ac disciplinae subiecti sunt, nulla fit mentio de munere sponte deponendo nec de honorariis accipiendis aut tributis solvendis nec de poenis peculiaribus imponendis, siquidem haec omnia Superiores secundum Ius commune et Institutum Societatis providere debent.

3. — § 1. Deinceps gradus in iis tantum Collegiis Societatis conferentur, in quibus studia peraguntur secundum praescripta horum Statutorum, quaeque ut talia agnita sunt a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

§ 2. Ex his Collegiis alia habent solam Facultatem Philosophicam, alia solam Theologicam, alia utramque.

4. — Singula Collegia eos gradus academicos conferunt, qui studiis quae ibi peraguntur respondent. Baccalaureatus vero

(5) Constit. Soc. P. IV c. 13 declar. A.

(6) Ratio atque Institutio Studiorum Societatis Iesu, Romae, 1599.

(7) Ratio atque Institutio Studiorum Societatis Iesu, Romae, 1832.

Auditoribus e Societate Iesu ut plurimum non confertur (8), nisi ratio singularis affuerit.

TITULUS II

De personis et regimine

Art. 1. — DE AUCTORITATIBUS ACADEMICIS ET OFFICIALIBUS

5. — Praelatus Ordinarius, a quo omnes Facultates Collegiorum Societatis Iesu dependent et qui proinde Magni Cancellarii munere fungitur, est Praepositus Generalis Societatis, qui ex ipsis Societatis Constitutionibus « totam habet superintendentiam et gubernationem Collegiorum » (9). Hoc munus Magni Cancellarii Praepositus Generalis ut plurimum exercet per Praepositos Provinciarum pro Collegiis in sua cuiusque Provincia, prout in his Statutis accuratius definitur.

6. — Cura et gubernatio Facultatum quae in aliquo Societatis Collegio erectae sunt, penes eius Rectorem est (10); qui, secundum Litteras Apostolicas et Societatis Constitutiones, simul est totius domus religiosae Superior. Constituitur proinde a Praeposito Generali (11) et eligitur inter eos qui praediti sunt « iis Dei donis ut possint commisso sibi officio dirigendi in litteris et moribus » totum Collegium satisfacere (12). In officio autem, ut plurimum, triennium saltem permanet (13).

7. — Aliae Auctoritates academicae sunt Praefectus Studiorum et, ubi plures sunt Facultates, Decani singularum Facultatum (14).

---

(8) Constit. Soc. P. IX c. 3 n. 3.

(9) Constit. Apost. art. 7 § 2.

(10) Constit. Soc. P. IV c. 17 n. 1.

(11) Paulus III, « Regimini militantis Ecclesiae », 27 sept. 1540; Iulius III, « Exposcit debitum », 21 iul. 1550; Gregorius XIV « Ecclesiae Catholicae », 28 iun. 1591; Constit. Soc. P. IV c. 10 n. 3; c. 17 n. 1; P. IX c. 3 nn. 3 et 14.

(12) Constit. Soc. P. IV c. 17 n. 1.

(13) C. I. C. can. 505; Collectio decretorum Congregationum Generalium, decreto 247 § 2; ex Congr. Gener. II (1565) d. 68 et Congreg. Gener. XII (1682) d. 30.

(14) Constit. Soc. P. IV c. 17 nn. 2 et 5 - Cfr. Constit. Apost. art. 15.

8. — § 1. Praefectus studiorum, secundum Constitutiones Societatis Iesu, adiungitur Rectori [15], ut sit ei generale instrumentum ad studia bene ordinanda. Secundum easdem Constitutiones debet esse vir in studiis egregie versatus, zelo atque bono iudicio pollens.

§ 2. Si autem Rector is fuerit qui, praeter suum, etiam Praefecti Studiorum munus obire possit, in eandem personam haec duo officia possunt convenire [16].

§ 3. Praefectus studiorum a Provinciali nominatur secundum ius Societatis, et in munere perseverat ad illius beneplacitum.

9. — Decani est bono suae Facultatis consulere, sicut praescribitur in Ordinationum art. 7. Nominatur a Provinciali ex Professoribus ordinariis propriae Facultatis et in munere perseverat ad illius beneplacitum.

10. — § 1. Officiales sunt Praefectus Bibliothecae et Oeconomus, quibus pro diversis necessitatibus alii adiungi possunt Officiales maiores et minores, qui omnes pro munerum qualitate constituuntur sive a Praeposito Provinciae sive a Rectore.

§ 2. Si in munus Officialium minorum assumuntur qui ex Societate non sint, cum eis iusti contractus ineuntur et retributio eis penditur secundum legitimas consuetudines in singulis regionibus vigentes et leges quas similia Athenaea sive publica sive privata sequuntur [17].

11. — In Collegiis Societatis Iesu duo sunt Consiliorum genera:

1° Ad disciplinam et rerum temporalium administrationem adsunt Rectori quattuor Consultores a Praeposito Provinciae nominati secundum Societatis Constitutiones [18].

2° In iis quae ad studia pertinent, Rectori adest Consilium, quod constat, si agitur de rebus unius Facultatis, Praefecto studiorum, Decano (si habetur ad normam n. 7) et duobus Professoribus ordinariis a Provinciali designatis ex illa Facultate; si

---

(15) Constit. Soc. P. IV c. 17 n. 2.

(16) Constit. Soc. P. IV c. 17 declar. C.

(17) Ordinat. art. 47.

(18) Constit. Soc. P. IV c. 10 n. 7.

vero agitur de rebus omnium Facultatum, Praefecto studiorum, omnibus Decanis et duobus iisdem Professoribus ex unaquaque Facultate designatis ([19]).

12. — § 1. Consultores omnes, ad normam Constitutionum Societatis ([20]), viri prudentia et probitate praediti esse debent.

§ 2. Non nominantur ad certum tempus, sed munere funguntur ad Provincialis beneplacitum.

13. — Rector cum suis Consiliis deliberare debet de omnibus rebus gravioribus ([21]); et praeter Consultores, alios quoque peculiari modo peritos, pro rei natura vel difficultate, ad consultationem vocare poterit ([22]).

14. — Consultores, secundum Litteras Apostolicas et Constitutiones Societatis, praeter casus in Iure praevisos, non habent suffragium deliberativum, sed consultivum tantum. Rector tamen ne agat contra concordem Consultorum sententiam nisi approbante Praeposito Provinciali ([23]).

15. — Praeterea Rector interdum convocare debet, simul cum Praefecto studiorum, omnes Professores, ut cum eis quaestiones excutiat quae, pro rerum condicionibus, plus ad progressum in studiis conducere videbuntur ([24]).

16. — Rector, adiutus a Praefecto studiorum et (ubi plures sunt Facultates) a Decanis, debet curare ut Professores et Scholastici suum in Domino officium faciant, fovere et amplificare progressum scientificum, studiorum subsidia singulis procurare, denique omnia impedimenta studiorum tam a Professoribus quam ab Scholasticis removere ([25]).

Art. 2. — De Professoribus

17. — In Collegiis Societatis Iesu Professores sunt aut *ordinarii* aut *extraordinarii*.

---

(19) Constit. Soc. P. IV c. 17 nn. 5 et 6.
(20) Constit. Soc. P. IV c. 10 n. 7.
(21) Constit. Soc. P. IV c. 10 n. 7; P. IX c. 6 n. 14.
(22) Constit. Soc. P. IV c. 17 n. 6.
(23) Gregorius XIV «Ecclesiae catholicae»; Constit. Soc. P. IV c. 17 dec. H.
(24) Cfr. Rat. Stud., Regul. Rectoris, reg. 17.
(25) Const. Soc. P. IV c. 6 n. 3. - Cfr. I. C. I. can. 589 § 2; Ordinat. art. 10 et 11.

18. — § 1. Secundum Ius Societatis Professores omnes sint docti, diligentes et assidui, et profectus studentium tam in lectionibus quam in aliis exercitationibus studiosi [26], in disciplinis quas tradunt quantum fieri potest insignes, quibusque recentes tam errores quam scientiae progressus perspecti sint [27].

§ 2. Nominatim vero:

1° Ut quis renuntiari possit *Professor extraordinarius*, requiritur et sufficit ut iis dotibus insignitus sit quae in art. 21 Constitutionis Apostolicae statuuntur;

2° Ut quis *Professor ordinarius* renuntiari possit, requiritur praeterea ut vel per aliquod tempus cum satisfactione docuerit vel aliis modis ac rationibus suam peritiam probaverit.

19. — Professores omnes nominantur a Praeposito Provinciali et ab eo missionem canonicam accipiunt; ordinarii vero a Praeposito Generali approbandi sunt.

20. — Provinciali ius est, quando necessitas aut utilitas id suadeat, etiam alios ad certum tempus assumere, qui vel materiam aliquam cuius peculiari modo periti sint tradant, vel vices gerant deficientis alicuius Professoris sive ordinarii sive extraordinarii [28].

21. — § 1. Superiores cavere debent ne cui Professori munus concredant tradendi disciplinas inter se dispares [29]; immo singulis disciplinis designandus est ille numerus Professorum, qui earum gravitati et excellentiae respondeat.

§ 2. In Facultate Theologica debent esse octo ut minimum Professores, ex quibus quinque saltem sint ordinarii; in Philosophica vero minimum sex, ex quibus quattuor saltem sint ordinarii.

22. — Professores sunt quidem, sicut ceteri religiosi in aliis officiis constituti, secundum Litteras Apostolicas [30], ad nutum Superiorum amovibiles, sed a suo munere non removentur nisi iusta de causa.

---

(26) Constit. Soc. P. IV c. 6 n. 6.

(27) Collect. Decret. d. 108; ex Congreg. Gener. XXV (1906) d. 16 n. 6.

(28) Constit. Apost. art. 19 § 3.

(29) Ordinat. art. 10.

(30) Iulius PP. III, Litt. Apost. « Exposcit debitum »; Gregorius XIV, « Ecclesiae Catholicae ».

23. — Secundum Ius Societatis Superioribus iniungitur ut severe invigilent ne Professores peccent docendo, scribendo aut etiam privatis colloquiis vel alio modo, contra ea quae, secundum mentem Ecclesiae ([31]), a Societatis Constitutionibus sunt praescripta de his quae ad doctrinae securitatem pertinent: « Si quos repererint ad periculosas novitates propensos, eos serio admoneant; et si non emendentur, loco, cathedra, officio amoveant atque aliis etiam poenis pro modo culpae in eos animadvertere ne cunctentur » ([32]).

Art. 3. — De Auditoribus

24. — Auditores dividuntur in *ordinarios* et *extraordinarios*. *Ordinarii* sunt qui ad gradus academicos contendunt; *extraordinarii* qui ad eos non contendunt ([33]).

25. — Plerumque in Collegiis Societatis admittuntur Auditores, qui cursus frequentant, ut ordinarii; attamen peculiaribus de causis quidam a Superioribus ad cursus Collegiorum mitti possunt ut Auditores extraordinarii, sive ut totum cursum peragant, sive ut aliquas tantum scholas audiant ([34]).

26. — Ut quis inter Auditores ordinarios admittatur, afferre debet authentica testimonia ex quibus appareat eum:

1° Pro Facultate Philosophica, curriculum medium studiorum classicorum, ad normam Constitutionis Apostolicae art. 25, 1° et Ordinationum art. 13, rite absolvisse;

2° Pro Facultate Theologica, studiis mediis classicis rite peractis, saltem per biennium universae Philosophiae scholasticae, ad normam Constitutionis Apostolicae art. 25, 2°, a, et Ordinationum art. 16, studuisse et praescripta examina superasse in aliqua Facultate Philosophica aut in aliqua Schola superiore ad Philosophiam scholasticam docendam destinata et ab Auctoritate ecclesiastica ad hoc approbata ([35]).

([31]) Constit. Apost. art. 22.

([32]) Collect. Decret. d. 104; ex Congr. Gener. XXV (1906) d. 16 nn. 2 et 4 - Cfr. dd. 101, 102, 103.

([33]) Constit. Apost. art. 23.

([34]) Cfr. Constit. Apost. art. 23; Ordinat. art. 12.

([35]) Cfr. etiam Collect. Decret. d. 85 § 1; ex Congr. Gen. XXV (1906) d. 12 n. 5.

27. — Si quis Scholasticus e schola media venerit in qua una vel plures disciplinae, de quibus in art. 13 Ordinat., omnino non sint aut saltem non satis sint traditae, Superiores curent, secundum normas a Praeposito Generali datas, ut earum studium suppleant et in examine satisfaciant, vel ante admissionem in Facultatem, vel saltem ante examina Facultatis.

28. — Auditor qui ab alia Facultate vel Universitate vel Seminario vel Collegio, sive intra sive extra Societatem, ad aliquod Collegium Societatis transit, authentica testimonia afferre debet de studiis ibidem peractis; et Rectoris erit, audito si opus est Facultatis Consilio, rationem et ordinem eius studiorum ita disponere, ut praescriptis art. 17 Ordinationum fiat satis ([36]).

TITULUS III

De ratione studiorum

Art. 1. — De methodo generali docendi

29. — § 1. Quod ad doctrinas tenendas attinet, in Instituto Societatis iam praescribitur Professoribus ut « sequantur in quavis Facultate securiorem et magis approbatam doctrinam et eos auctores qui eam docent » ([37]). Quare Societas secundum statuta Sanctae Sedis, ad mentem quoque S. Ignatii ([38]), complurium Congregationum Generalium decretis «tamquam solidiorem, securiorem, magis approbatam Constitutionibusque consentaneam, tam in Theologia scholastica quam in Philosophia, doctrinam elegit S. Thomae; statuitque eam esse a Nostris sequendam, S. Thomam ut proprium Doctorem habendum, et eos eligendos esse Professores qui, erga S. Doctorem bene affecti, operam in eo posituri sint ut Auditores quoque erga eum quam optime afficiantur » ([39]).

([36]) Cfr. Ordinat. art. 17.

([37]) Constit. Soc. P. IV c. 5 n. 4.

([38]) Constit. Soc. P. IV c. 14 n. 1.

([39]) Collect. Decret. d. 99 § 1; ex Congr. Gen. V (1593) d. 41 titul. 1 n. 1; tit. 2 n. 3; decr. 56 nn. 1 et 4; XXII (1853) d. 37 n. 1; XXIII (1883) d. 15; XXV (1906) d. 6, 1o; XXVI (1915) d. 19 n. 1. — Cfr. Constit. Apost. art. 29, a, c; Ordinat. art. 18 § 1.

§ 2. Professores igitur tam Theologiae quam Philosophiae:

1° *Doctorem Angelicum* suorum sequantur studiorum Ducem ac Principem, eius opera penitus perspecta habeant, eius doctrinam secundum rationes scientificas intime penetrent ac familiarem sibi reddant (40).

2° Scholasticorum in Philosophia rationali et Theologia institutionem omnino pertractent ad huius Doctoris nostri proprii rationem et doctrinam et principia, eaque sancte teneant, ad normam Litterarum Encyclicarum Leonis PP. XIII « Aeterni Patris » d. d. 4 augusti 1879 et Pii PP. XI « Studiorum Ducem » d. d. 29 iunii 1923, servatis quoque normis Societati a Praeposito Generali, iussu Congregationis XXVI, in litteris « De doctrina S. Thomae magis magisque in Societate fovenda » anno 1916 propositis, et a Benedicto XV Pontifice Maximo auctoritate apostolica confirmatis (41).

3° Scholasticos in studium accuratum recteque ordinatum operum S. Doctoris et ad mentem eius in dies magis intelligendam et amore vere singulari amplectendam omni cura inducant (42).

30. — § 1. In curriculo theologico principem locum teneat sacra Theologia fundamentalis et dogmatica, sub qua comprehenduntur quoque tractatus dogmatici de morali speculativa et de re sacramentaria (43).

§ 2. *Theologiae fundamentalis* finis est fundamenta fidei divinae et catholicae ac principia theologicae cognitionis exponere. Quamquam autem in ea argumentis potissimum positivis utendum est, Professores tamen, maxime cum de interna constitutione Ecclesiae, de vi ac ratione primatus Romani Pontificis, aliisque similibus agitur, tractationem vere theologicam atque scholasticam ne omittant, immo potius apprime curare studeant.

---

(40) Collect. Decret. d. 99 § 2, 1°.

(41) C. I. C. can. 1366 § 2; Const. Apost. art. 29, a, c; Ordinat. art. 18 § 1. - Collect. Decret. d. 99 § 2, 2°; ex Congr. Gener. XXVI (1915) d. 19 n. 1; Epistola A. R. P. Wlod. Ledóchowski Praep. Gen. S. I., De doctrina S. Thomae magis magisque in Societate fovenda, Curia Rhaetiorum, 1917.

(42) Collect. Decret. d. 99 § 2, 3°; Cfr. Ordinat. art. 27, III, 2, c; Appendix I, 1.

(43) Constit. Apost. art. 29, a; Ordinat. art. 38 § 1; Collect. Decret. d. 89 § 2; ex Congr. Gen. XXI (1829) d. 13; XXII (1853) d. 37 n. 2; XXIV (1892) d. 24 n. 3.

§ 3. In *Theologia dogmatica*:

1° « Professores in id potissimum incumbant ut fidei dogmata doctrinamque communiter receptam accurate exponant, confirment, tueantur; gradum certitudinis vel probabilitatis cuiusque thesis indicent; et, obsoletis quaestionibus omissis, recentes errores idonee refutent;

2° « Post dogmata, ex divinae revelationis fontibus, sobrie quidem sed solide firmata, servetur methodus et doctrina scholastica; haec autem scientiis etiam, quas positivas vocant, et argumentis e positivis fontibus deductis, iuvanda est, non autem obruenda » (44).

§ 4. *Theologia moralis* doceatur accurate ac solide (45); in ea tradenda exponantur rationes, quibus conclusiones innituntur, atque afferantur auctoritates boni nominis, quibus variae opiniones fulciuntur et dein doctrina casibus applicetur (46).

31. — § 1. « *Sacrae Scripturae* studium eum teneat locum, quem meretur, utpote quae sit anima ipsa verae Theologiae, summeque necessaria ad ministeria propria Societatis » (47).

§ 2. Ita autem tradatur ut Sacrarum Litterarum auctoritas cum humana tum divina vindicetur, atque sensus divinitus inspirati ad mentem Ecclesiae indagentur et explicentur.

32. — In *Historia Ecclesiae* tradenda, quae humana sunt probe explanari debent, at ita ut divina et supernaturalia aperte clarescant. Quare ex dictis et factis luculenter elucescant necesse est divina Ecclesiae origo ac supernaturalis et divina moderatrix illa vis, quam ipsa Ecclesia et in primis Romanus Pontificatus explicavit sive in internis ex obortis haeresibus superandis difficultatibus, sive in vita sua religiosa et culturali evolvenda. Ad quod recte ac plene assequendum veritas aperienda est, et quidem integre et sincere, ac praeterea, potius quam singulorum eventuum minuta narratio, eorum complexus eorumque intimio-

---

(44) Collect. Decret. d. 94; ex Congr. Gen. XXV (1906) d. 14 n. 3 - Cfr. Constit. Apost. art. 29, a.

(45) Collect. Decret. d. 95; ex Congr. Gen. VII (1615-1616) d. 33 n. 7; et ex Congr. Gen. XXIV (1892) d. 24 n. 5.

(46) Cfr. Rat. Stud. Reg. 4 et 5 Profess. Theolog. moralis.

(47) Collect. Decret. d. 93 § 1; ex Congr. Gen. XIII (1687) d. 15.

res causae debita claritate exponantur; ac denique Auditores Theologiae prudenter doceantur germanam adhibere sub magisterio Ecclesiae methodum criticam in rebus historicis cum dogmate connexis. Atque inde fiet ut cursus Historiae Ecclesiasticae auxilium simul evadat ac complementum Theologiae, praesertim fundamentalis (48).

33. — In *schola Institutionum Iuris Canonici,* Ecclesiae, in quantum est Societas, iura atque relationes cum aliis Societatibus explanentur; et legum canonicarum compendium ita tradatur ut disciplui earum succinctam quidem sed sufficientem acquirant notitiam.

34. — « *Philosophia scholastica* ita explicetur ut Theologiae scholasticae vere serviat viamque ad eam praeparet, et in primis ad cognitionem Creatoris excitet; recentium autem tam errorum quam progressuum singularis ratio habeatur; ceterae vero disciplinae ita tradantur ut doctrinae in scholis Philosophiae exponendae sint auxilio » (49).

35. — In docendis Theologia fundamentali, dogmatica, morali, Sacra Scriptura, Iure Canonico, Philosophia scholastica adhibeatur lingua latina; et in Theologia dogmatica et Philosophia, methodus quam scholasticam appellant, servata vel maxime, tam in argumentis proponendis, quam in afferendis et solvendis difficultatibus, forma syllogistica (50).

36. — § 1. Frequenter instituantur *disputationes,* quibus et ingenia magis exerceantur, et difficilia quae occurrant magis elucidentur, iis autem praesit aliquis, qui argumentantes dirigat, et doctrinam quae tenenda sit, ex ea concertatione eliciat (51).

§ 2. Statutis temporibus instituantur disputationes sollem-

---

(48) Leo XIII, Litterae ad Card. De Luca, Pitra, Hergenröther, 18 aug. 1883 (ASS XVI, 54); ad Archiepisc. Galliae, 8 sep. 1899 (ASS XXXII, 202).

(49) Collect. Decret. d. 88 §§ 1, 3; ex Congr. Gen. III (1573) d. 47; XVII (1751) d. 13; XXV (1906) d. 13 n. 1. — Cfr. Constit. Apost. art. 29 c.

(50) Cfr. Ordinat. art. 18 § 3 et art. 21; Collect. Decret. dd. 88 § 2, 92; ex Congr. Gen. XXI (1829) d. 19, et Congr. Gen. XXII (1853) dd. 30 et 31.

(51) Cfr. Constit. Soc. P. IV c. 6 nn. 10 et 11; Constit. Apost. art. 30 § 2; Ordinat. art. 24.

niores et publicae, quae diligenter praeparentur et ab omnibus magni fiant ([52]).

37. — Praeter disputationes scholasticas, aliae quoque habeantur exercitationes varii generis, quibus Auditores principiis methodicis singularum scientiarum et eorundem recta applicatione instituantur. Possunt fieri, v. gr., ad modum aut investigationis alicuius problematis communi labore peragendae, aut discussionis vel praelectionis cum discussione, aut lectionis et interpretationis fontium secundum principia criticae et hermeneuticae faciendae ([53]).

38. — Ut examina ex universa Philosophia et ex universa sacra Theologia solide et cum ea diligentia, quam gravitas et excellentia harum disciplinarum exigit, praeparari possint, ad mentem Ordinat. art. 30, ultimo ante Licentiam semestri scholae pauciores erunt: immo vero in Facultate Theologica duobus ultimis mensibus omitti poterunt, quo facilius singuli Auditores in repetenda materia a Professoribus dirigi et iuvari possint.

Art. 2. — De studiorum curriculo ante Licentiam

A. — *De lectionibus et exercitationibus in Facultate Theologica.*

39. — *Disciplinae principales*:

a) *Theologia fundamentalis* una cum quaestionibus connexis de Introductione in Scripturam Sacram: horis circiter 8 singulis hebdomadis, utroque semestri anni primi;

b) *Theologia dogmatica:* horis circiter 8, semestribus sex, annis II, III, IV; salvo tamen numero 38 pro anno IV;

c) *Theologia moralis* cum pastorali: horis 5, semestribus quattuor biennii primi;

d) *Introductio in Scripturam Sacram et Exegesis Veteris et Novi Testamenti*: horis 5, semestribus quattuor;

e) *Historia ecclesiastica:* horis 2, semestribus quattuor, vel

---

([52]) Cfr. Rat. Stud. Regul. 16 Praefect. studior. super. et Reg. 15 Prof. sup. Facult.

([53]) Cfr. Constit. Apost. art. 30 § 1; Ordinat. art. 22; Ratio Stud. Reg. Academiae Philosoph. et Theolog.

horis 4 semestribus duobus; ad tractandam *Patrologiam et Archaeologiam christianam* additur saltem uno semestri una hora;

f) *Institutiones Iuris canonici*: horis 3, semestribus duobus (54).

40. — *Disciplinae auxiliares*:

a) *Lingua hebraica:* saltem horis 2 in hebdomada per unum circiter semestre, et saltem una hora per aliud semestre; *Lingua graeco-biblica:* hora 1 singulis hebdomadis per unum circiter semestre;

b) *Institutiones systematico-historicae Liturgiae*: saltem hora 1, uno semestri;

c) *Ascetica:* saltem hora 1, uno semestri;

d) *Quaestiones theologicae ad Orientales maxime pertinentes:* saltem hora 1, uno semestri (55).

41. — § 1. Auditoribus omnibus praescribitur ante Licentiam una saltem *disciplina specialis* hora una per totum annum vel horis 2 semestri uno, aut *cursus* aliquot *peculiares* per tantundem temporis (56).

§ 2. Commendantur praesertim illi cursus et disciplinae quae Theologiam dogmaticam et fundamentalem complent, ut sunt Historia Dogmatum, Historia Theologiae primaevae, Historia religionis, Quaestiones recentiores apologeticae. Pro iis vero qui ad Missiones destinantur, Historia Missionum et Missiologia.

§ 3. Quaenam ex his disciplinis specialibus vel quinam ex his cursibus peculiaribus in singulis Collegiis secundum regionis necessitates haberi debeant, Rector, audito Facultatis Consilio, dispiciat, earumque elenchum Praeposito Generali approbandum proponat (57).

42. — *Disputationes scholasticae,* praescriptae art. 30 § 2 Constitutionis et art. 24 Ordinationum, habentur ut plurimum bis in hebdomada, per horam, toto quadriennio cursus theolo-

(54) Cfr. Ordinat. art. 27, I, 1.
(55) Cfr. Ordinat. art. 27, I, 2.
(56) Cfr. Constit. Apost. art. 33 §§ 2, 3.
(57) Cfr. Ordinat. art. 28.

gici, salvo numero 38 pro IV anno. Praeterea saltem bis in anno fit disputatio sollemnior et publica.

43. — *Exercitationes,* de quibus art. 30 § 1 Constitutionis Apostolicae et art. 22-23 Ordinationum, initium sumere debent saltem a tertio curriculi anno, et habentur unam circiter horam singulis hebdomadis per unum semestre, aut per tantundem temporis. Praeterea curatur ut Auditores, etiam primo curriculi biennio, ad laborem scientificum methodice instituantur ([58]).

B. — *De lectionibus et exercitationibus in Facultate Philosophica.*

44. — *Disciplinae principales:*

a) *Philosophia scholastica* secundum omnes suas partes, sicut describitur art. 27, III, 1, *a* Ordinationum: horis circiter 10 in hebdomada utroque semestri annorum I et II, et horis 6 vel 8 utroque semestri anni III.

b) *Historia Philosophiae:* horis circiter 3 in hebdomada, duobus semestribus ([59]).

45. — *Disciplinae auxiliares:*

a) *Psychologia experimentalis:* saltem 2 horis in hebdomada, duobus semestribus;

b) *Quaestiones scientificae cum Philosophia coniunctae,* ut describuntur loc. cit. Ordinat. n. 2, *b*: horis 5 in hebdomada, duobus semestribus;

c) *Interpretatio textuum selectorum ex Aristotele et S. Thoma Aquinate:* horis 2 in hebdomada, semestribus duobus ([60]).

46. — § 1. Auditoribus omnibus praescribitur ante Licentiam una saltem *disciplina specialis,* hora una per totum annum, vel horis 2 semestri uno, aut *cursus* aliquot *peculiares* per tantundem temporis ([61]).

§ 2. Commendantur praesertim illi cursus peculiares et disciplinae speciales quae ad aliquam ipsius Philosophiae scholasticae partem plenius intelligendam, vel in aliqua quaestione

---

([58]) Cfr. Ordinat. art. 23.

([59]) Cfr. Ordinat. art. 27, III, 1.

([60]) Cfr. Ordinat. art. 27, III, 2.

([61]) Cfr. Constit. Apost. art. 33 §§ 2, 3.

progressum procurandum, vel aliqua recentiora systemata illustranda et ex Philosophia scholastica diiudicanda conferre possunt: exempli gratia, ad complendam Philosophiam naturalem tradi potest Philosophia scientiarum; ad Ethicam, Moralis socialis et Sociologia; ad Psychologiam, Paedagogia.

§ 3. Quaenam ex his disciplinis specialibus vel quinam ex his cursibus peculiaribus in singulis Collegiis secundum regionis necessitates haberi debeant, Rector, audito Facultatis Consilio, dispiciat, earumque elenchum Praeposito Generali approbandum proponat ([62]).

47. — *Disputationes scholasticae,* praescriptae art. 30 § 2 Constitutionis et art. 24 Ordinationum, habentur plerumque bis in hebdomada, per horam, toto triennio cursus philosophici. Praeterea saltem bis in anno fit disputatio sollemnior et publica.

48. — *Exercitationes,* de quibus art. 30 § 1 Constitutionis et art. 22-23 Ordinationum, initium sumere debent saltem a tertio curriculi anno, et habentur per unam circiter horam singulis hebdomadis uno semestri, aut per tantundem temporis; praeterea curatur ut Auditores etiam primo curriculi biennio, ad laborem scientificum methodice instituantur ([63]).

49. — Praepositi Generalis est, audito cuiusque Facultatis Consilio, statuere quibus annis praelectiones, nulli anno hic assignatae, habendae sint, easque, intra limites horum Statutorum, in plura semestria distribuere vel contrahere.

Art. 3. — De studiorum curriculo ante Lauream

50. — Ad normam art. 25 Ordinationum, eo anno qui post obtentam Licentiam praescribitur ad Lauream praeparandam, habentur singulis hebdomadis lectiones paucae, circiter quinque, et exercitationes saltem per horam.

51. — Lectiones habentur de disciplinis specialibus et cursibus peculiaribus, et de eis in fine semestris vel anni ad nor-

---

([62]) Cfr. Ordinat. art. 28.
([63]) Cfr. Ordinat. art. 23.

mam nn. 52-60 examina fiunt modo usitato; quae nisi candidatus superaverit, ad reliqua experimenta pro Laurea non admittitur.

Art. 4. — De examinibus

52. — § 1. Examina subeunda sunt de omnibus disciplinis principalibus, auxiliaribus et specialibus aut cursibus peculiaribus ad normam art. 33 § 3 Constitutionis Apostolicae praescriptis ([64]).

§ 2. De Philosophia scholastica, Theologia fundamentali, dogmatica, morali, examina habentur sub finem anni academici.

§ 3. Examina de reliquis disciplinis habentur post absolutam materiam annuam vel semestrem, eo tempore quod Rectori, audito Facultatis Consilio, videbitur opportunius.

§ 4. Examina sunt oralia tantum, aut scripta et oralia, aut scripta tantum. Examina de Philosophia scholastica, de Theologia fundamentali, dogmatica, morali sunt oralia tantum, salvo n. 64, 3° ([65]).

§ 5. Ad omnia examina oralia Professoribus et Auditoribus liber patet aditus ([66]).

53. — § 1. Examina oralia fiunt:

a) de Philosophia scholastica ac de Theologia fundamentali et dogmatica: per mediam horam in fine primi et secundi anni utriusque curriculi; per unam horam in examine de universa Philosophia et in fine tertii anni curriculi theologici; per unam saltem horam in examine de universa sacra Theologia;

b) de Theologia morali (*) et de ceteris disciplinis principalibus (S. Script., Hist. eccl., Iure can., Hist. Phil., etc.) et de singulis specialibus aut de cursibus peculiaribus, saltem per quadrantem;

c) de disciplinis auxiliaribus, saltem per decem momenta.

(*) Praeterea, secundum antiquum morem, ante Ordines sacros instituendum est per mediam horam examen de universa Theologia morali, quod tamen non computatur ad gradus academicos.

([64]) Cfr. Constit. Apost. art. 34.

([65]) Cfr. Ordinat. art. 31.

([66]) Ordinat. art. 34.

§ 2. Examinibus, quae scripto fiant, conceditur illud tempus quod natura et momento uniuscuiusque disciplinae exigitur.

54. — Examinatores qui iudicium ferunt debent esse:

a) *quattuor* in omnibus examinibus de Theologia fundamentali, dogmatica, et de Philosophia scholastica;

b) *tres* in examine annuo de Theologia morali;

c) *duo* in reliquis examinibus oralibus; *unus* quoque esse potest, cautionibus adhibitis secundum Facultatum normas et consuetudines, ita scilicet ut examen sit vere publicum seu in eo loco peragatur, qui cuilibet pateat, atque inspectioni obnoxium alicuius ex Collegii Auctoritatibus vel ab eisdem delegati;

d) *unus* in examine scripto, de quo n. 53 § 2, aut, si Rectori videbitur, plures etiam consuli possunt.

55. — § 1. Iudicium de examine exprimitur per suffragia quibus declaratur num candidatus in ea disciplina de qua examen subiit, tale suae scientiae specimen exhibuerit ut idoneus censeatur ad gradum academicum ad quem contendit, aut ad curriculum persequendum in ordine ad eundem gradum; et si hac ratione se idoneum ostendit, *probatus* dicitur, secus vero *non probatus*. Examinatores suffragiis suis exprimunt quoque qua mensura quis probatus vel non probatus fuerit, seu qualitatem approbationis vel non approbationis.

§ 2. Suffragia exprimuntur numeris.

§ 3. Suffragia numeris expressa significant:

1-5 = non probatus.
6 = probatus.
7 = bene probatus.
8 = cum laude probatus.
9 = magna cum laude probatus.
10 = summa cum laude probatus.

§ 4. Sicubi alius computandi modus, v. gr. numerorum series maior quam ab uno ad decem, passim adhibeatur, usui regionis hac in re stari potest, dummodo inter varias suffragiorum notas similis servetur proportio atque ea quae hic indicatur.

56. — Ut quis progredi possit in ordine ad gradus academicos, requiritur ut in examinibus de omnibus disciplinis, ad normam Const. Apost. art. 33 § 3 praescriptis, tam principalibus

quam auxiliaribus et specialibus (vel cursibus peculiaribus), fuerit probatus, salvo praescripto n. 61.

57. — Ut examinatus censeatur probatus:

a) Si est unus Examinator: requiritur ut ille dederit puncta saltem 6.

b) Si sunt duo Examinatores: punctorum summa debet esse saltem 12.

c) Si sunt tres Examinatores: requiritur ut duo dederint saltem 6 puncta.

d) Si sunt quattuor Examinatores: requiritur ut tres dederint saltem 6 puncta, excepto anno primo utriusque curriculi, in quo sufficit ut duo dederint saltem 6 puncta.

58. — Si quis est probatus, qualitas approbationis ita definitur:

a) Si est unus Examinator: qualitas resultat ex ipso numero punctorum.

b) Si sunt duo Examinatores: summa punctorum dividitur per duo.

c) Si sunt tres Examinatores: summa punctorum dividitur per tria.

d) Si sunt quattuor Examinatores: summa punctorum dividitur per quattuor.

Quotiens, seu numerus qui efficitur, exprimit qualitatem approbationis. Si vero quotiens sit numerus cum fractione, et fractio dimidiam partem excedat, computatur numerus superior; aliter nulla eius ratio habetur.

Hae tamen normae ita intelligendae sunt ut, quando plures sunt Examinatores, quotiens, quodcumque est, non mutet iudicium approbationis vel non approbationis ad normam n. 57 latum.

59. — § 1. Iudicium de qualitate approbationis singulis annis et pro singulis gradibus definitur redigendo in summam unicam omnia suffragia quae candidatus in singulis experimentis et in singulis examinibus de disciplinis pro eo anno vel pro eo gradu assignatis rettulerit, attribuendo singulis iis experimentis et examinibus diversos valores (*coefficientia*) pro cuiusque experimenti et disciplinae momento: summa autem totalis sic obtenta dividitur per summam coefficientium. *Quotiens*,

seu numerus qui efficitur, exprimit approbationis qualitatem ad normam n. 58.

§ 2. Peculiares *Normae* a Praeposito Generali approbatae pro examinibus in Facultatibus Collegiorum Societatis peragendis pressius statuunt qualis valor (*coefficiens*) singulis disciplinis vel experimentis assignetur (*).

60. — Examen de universa Philosophia scholastica vel de sacra universa Theologia repeti nequit, nisi ex facultate Generalis, raro nec sine gravibus causis concedenda, et vix unquam si in priore examine candidatus saltem a duobus Professoribus non rettulerit puncta 6. In Normis Collegiorum statuitur quatenus alia examina repeti possunt.

61. — Si quis in uno alterove examine de disciplina auxiliari, vel speciali, rettulerit notam 5, poterit sive in iudicio singulis annis ferendo, sive in iudicio ultimo ad gradus approbari, si « *quotiens* », quod ex omnibus suffragiis secundum praescripta n. 59 efficitur, sit saltem 8.

TITULUS IV

De collatione graduum academicorum

Art. 1. — De Baccalaureatu

62. — Si, ad normam numeri 4, singularis ratio affuerit conferendi alicui Auditori e Societate Iesu Baccalaureatum, conferetur post secundum curriculi annum, dummodo candidatus, secundum normas supra expositas, omnibus primi et secundi anni examinibus satisfecerit; salvo praescripto n. 61 (67).

Art. 2. — De Licentia

63. — Licentia, ad normam art. 43 Constitutionis Apostolicae, non confertur in Facultate Theologica ante expletum annum quartum ab incepto Theologiae curriculo; in Facultate Philosophica non ante expletum tertium annum.

(*) Cfr. Append. I.

(67) Constit. Apost. art. 41, a, c; 42.

64. — Ut candidatus gradum Licentiae obtineat, requiritur:

1° Ut omnibus scholis ad normam nn. 39-41 et 44-46 praescriptis interfuerit et examina omnia de disciplinis ibidem indicatis feliciter superaverit; salvo praescripto n. 61;

2° Ut ad normam art. 29 § 2 Ordinat. exercitationes statuto tempore frequentaverit, et a Professore receperit testimonium de suo cum sodalibus labore collato et in iis suae ad laborem scientificum aptitudinis dederit experimentum scriptum, a Professore ad quem pertinet approbatum;

3° Ut probatus quoque fuerit in examine scripto.

Hoc autem fit de una ex disciplinis principalibus ultimo anno traditis, intra tempus saltem trium horarum, et iudicatur a Professore ad quem disciplina pertinet; et si Rectori videbitur, consuli possunt etiam plures.

4° Ut in examine orali de universa Philosophia scholastica vel de universa sacra Theologia probatus fuerit ([68]).

Art. 3. — De Laurea

65. — Laurea non confertur in Facultate Theologica ante expletum annum saltem quintum ab incepto studiorum curriculo; in Facultate Philosophica non ante expletum annum saltem quartum ([69]).

66. — Ut Licentiatus Lauream assequi possit, omnibus lectionibus et exercitationibus praescriptis interfuerit necesse est, examina de disciplinis quae in lectionibus traditae sunt superaverit (salvo praescripto n. 61), testimonium acceperit de assiduo in exercitationibus cum sodalibus labore collato ([70]).

67. — Debet praeterea dissertationem scriptam exhibere, de qua haec prascribuntur:

a) Talis esse debet, quae demonstret ipsum candidatum investigationibus scientificis aptum esse, et ad scientiae profectum conducat;

b) Eius argumentum approbandum est a Professore disciplinae ad quam dissertatio pertinet, de consensu Rectoris Collegii;

([68]) Ordinat. art. 37, 38, 39.

([69]) Constit. Apost. art. 45, a, c.

([70]) Constit. Apost. art. 46 § 1.

c) Scribi debet lingua latina vel aliqua ex modernis quam Rector Collegii, audito Consilio Facultatis, approbaverit:

d) Debet esse tantae amplitudinis quanta requiritur ut argumentum modo vere scientifico explicari possit;

e) Tria eius exemplaria exhibenda sunt Rectori Collegii trimestri ante tempus eius defensioni assignatum ([71]).

68. — Dissertatio examinanda est et diiudicanda a duobus Professoribus rerum de quibus agitur peritis; quodsi de ea approbanda hi dissentiant, tertio Professori traditur iudicanda. Prius autem quam a censoribus dissertatio approbata sit, Licentiatus ad eam palam defendendam admitti nequit ([72]).

69. — § 1. Ante dissertationis defensionem candidatus ad Lauream debet subire et feliciter superare examen orale. Hoc autem habetur per horam et versatur in exponenda aliqua thesi vel quaestione, quam Rector assignaverit ex iis quas candidatus antea proposuerit ex aliqua disciplina cui peculiari modo operam dederit. Ex expositione et defensione appareat etiam num candidatus methodum et usum docendi calleat. Elenchus autem thesium vel quaestionum a candidato propositarum approbandus erit a Collegii Rectore, audito Facultatis Consilio, itemque definiendum tempus ad immediatam assignatae quaestionis praeparationem.

§ 2. Suffragium de hoc experimento fertur a quinque saltem Professoribus designatis ([73]).

70. — § 1. Praedictis experimentis feliciter superatis, postquam dissertatio legitime approbata est, candidatus ad dissertationis defensionem admittitur.

§ 2. Defensio fit sollemniter, invitatis praeter Auctoritates ecclesiasticas etiam aliis doctrina atque vitae condicione praestantibus viris.

§ 3. Dissertationis defensio producitur saltem per horam.

§ 4. Dissertationem impugnant, qui eam scriptam examinaverunt et alii ex Professoribus qui ad obiectiones et inter-

---

([71]) Constit. Apost. art. 46 § 1; Ordinat. art. 41 § 1.

([72]) Ordinat. art. 41 § 2.

([73]) Constit. Apost. art. 46 § 2; Ordinat. art. 41 § 5; 42.

rogationes proponendas designati fuerint, et si qui alii velint ex iis qui adsunt.

§ 5. Ad iudicium de defensione ferendum saltem quinque nominantur, inter quos sunt censores et Professores ad impugnandam dissertationem designati ([74]).

71. — Dissertatio, secundum animadversiones censorum emendata, typis edenda est, sive tota, sive in aliqua eius parte, quae et iudicio censorum maioris momenti sit et saltem 25 paginas in 8° impressas complectatur ([75]).

72. — Dissertationis typis datae exemplar mittitur ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus, ad omnes Universitates vel Facultates studiorum ecclesiasticorum canonice erectas et approbatas in tota Societate, atque etiam ad alias huiusmodi Universitates vel Facultates saltem propriae nationis ([76]).

Art. 4. — De documentis graduum academicorum

73. — Documenta authentica de collatis gradibus academicis praeseferant nomen Summi Pontificis regnantis, aut, Sede vacante, ipsius Sanctae Sedis, cuius nomine gradus conferuntur. In iisdem documentis mentio fiat Facultatis in qua gradus collati sunt et iuris a Sancta Sede concessi ad gradus conferendos, necnon suffragii candidato obtenti. Si in quibusdam regionibus alia quaedam in documentis exprimi solent, huius usus ratio haberi potest ([77]).

74. — § 1. Documentis authenticis, de quibus supra, subscribunt:

a) Baccalaureatus: Rector Collegii, Praefectus studiorum, Decanus (ubi plures sunt Facultates).

b) Licentiae: Praepositus Provincialis qua delegatus Magni Cancellarii, Rector Collegii, Praefectus studiorum, Decanus (ubi plures sunt Facultates).

([74]) Constit. Apost. art. 46 § 1, 2°; Ordinat. art. 41 §§ 3, 4, 5.

([75]) Constit. Apost. art. 46 § 1, 1°.

([76]) Ordinat. art. 43.

([77]) Ordinat. art. 36 § 1.

c) Laureae: Magnus Cancellarius, Rector Collegii, Praefectus studiorum, Decanus (ubi plures sunt Facultates) (78).

§ 2. Si quis ex assignatis in aliquo casu particulari subscribere non possit, ei sufficitur alius ex Auctoritatibus academicis aut ex Professoribus ordinariis eiusdem Facultatis, servato ordine dignitatis inter Auctoritates vel antiquitatis inter Professores.

TITULUS V

De rebus didacticis et oeconomicis

Art. 1. — De Bibliothecis et adiumentis scientificis

75. — § 1. Secundum praescripta Iuris Societatis, in Collegiis esse debent tam Bibliotheca communis Professoribus destinata (79), quam Bibliotheca singulis Auditorum classibus propria (80).

§ 2. Praescriptum est ut omnes Bibliothecae ordinate disponantur, libris aptis instruantur novisque selectis operibus augeantur, certa annua ad id summa assignetur, quam in alios usus convertere non liceat (81).

§ 3. Praeterea curandum est ut Professores libros ad studia sua necessarios apud se habeant; Scholasticis autem e Bibliotheca communi Professorum a Praefecto studiorum, conscio Rectore et debitis cautelis adhibitis, suppeditari possunt (82).

76. — Ad scientias naturales aliasque disciplinas affines docendas, instruantur in Collegiis musaea, laboratoria (Physicae, Chimiae, Biologiae, Psychologiae experimentalis, etc.) atque

(78) Ordinat. art. 5, 7°; 6, 7°; 46 § 2.

(79) Constit. Soc. P. IV c. 6 n. 7.

(80) Ordinat. PP. Generalium.

(81) Ordinat. PP. Generalium.

(82) Cfr. Regul. Praefecti Bibliothecae. - Cfr. Constit. Soc. P. IV c. 6 n. 7; Collect. Decretorum d. 106; ex Congr. XXV (1906) d. 11 n. 3 et Regul. 29 Praefecti studior. super. et Regul. 16 Rectoris in Rat. Studior. - Cfr. P. Ios. de Ghellinck, S. I., « Nos Bibliothèques: Organisation, utilisation, conservation, gestion et direction », a. 1931.

etiam, ubi fieri potest, speculae astronomicae et alia similia instituta quibus diversae disciplinae pro sua cuiusque natura opportune explanentur et illustrentur.

77. — Superiores, adiuvantibus Professoribus, curent ut haec instituta iis saltem instrumentis dotentur quae ad docendum necessaria sunt, utque ad cuiusque aetatis et regionis necessitates accommodata serventur.

Art. 2. — De Administratione oeconomica

78. — § 1. Ex Litteris Apostolicis et Constitutionibus Societatis Iesu Collegia possunt, immo ex se etiam debent, bona stabilia et reditus certos possidere ([83]); cum saepe nunc desint, diversis donis aliisque rationibus supplentur.

§ 2. Horum bonorum administratio fit secundum Ius Societatis per Procuratorem seu Oeconomum ad id deputatum, dependenter a Superioribus; ratio quotannis redditur tam Praeposito Provinciali quam Praeposito Generali.

79. — Impensas ordinarias Rectores propria auctoritate facere possunt; extraordinarias vero maioris momenti solum cum approbatione Praepositi aut Provincialis aut Generalis, secundum normas Iuris communis, Constitutiones Societatis et Ordinationes ipsius Praepositi Generalis pro temporum locorumque ratione statutas.

80. — Inspectionem ordinariam totius administrationis Collegii facit singulis annis Praepositus Provinciae, qui a Revisore ad id nominato in ea re iuvatur, et quotannis mittit Praeposito Generali informationem de statu temporali Collegii.

81. — Ad eundem Praepositum Provinciae pertinet inspectiones extraordinarias, quandocumque sibi opportunae videantur, peragere.

([83]) Paulus III, « Regimini militantis Ecclesiae », 1540; Iulius III, « Exposcit debitum », 1550; Gregorius XIII, « Ascendente Domino »; Examen c. I n. 4; Constit. Soc. P. IV c. 2 nn. 5, 6.

APPENDIX I

Normae de coefficiente singulis disciplinis tribuendo

Normae a Praeposito Generali stabilitae pro valore seu coefficiente singulis disciplinis in examinibus tribuendo, hae sunt (cfr. n. 59 § 2 Statutorum):

1° Singulis disciplinis principalibus (excepta disciplina praecipua, id est, Philosophia scholastica vel Theologia fundamentali et dogmatica); itemque singulis disciplinis specialibus vel cursibus peculiaribus: valor seu coefficiens *duplex*.

2° Singulis disciplinis auxiliaribus: coefficiens *simplex*.

In Philosophia tamen Quaestionibus scientificis cum Philosophia coniunctis attribuitur coefficiens *duplex*.

3° Disciplinae praecipuae (id est, Philosophiae scholasticae vel Theologiae fundamentali ed dogmaticae): valor seu coefficiens aequans summam coefficientium quae reliquis disciplinis tributa sunt.

APPENDIX II

Exemplar diplomatis ad gradus academicos conferendos

Facultas Theologica / Philosophica Collegii N. Soc. Iesu.

N..... N....., studiis, quae requiruntur, peractis, Nostrae Facultati nomen dedit, et inter eiusdem Auditores ordinarios fuit adscriptus; per definitum tempus studiorum curriculum ad Lauream / Licentiam praestitutum emensus, omnibus praescriptis experimentis rite superatis, legitimis Examinatorum suffragiis... probatus exstitit, professionemque fidei ad normam canonum emisit.

Quare, cum in omnibus ea servata sint, quae ex Apostolicis Constitutionibus et Nostrae Facultatis Statutis sunt decreta, *Nomine et Auctoritate PII Papae XI SUMMI PONTIFICIS feliciter regnantis,* Apostolica potestate Nobis iampridem a Iulio Papa III et dein a Successoribus Eius Gregorio PP. XIII, Leone PP. XIII, et

Pio PP. XI, tributa utentes, Nos eumdem N. N. Doctorem
Licentiatum in......... declaramus et renuntiamus, eique omnia huius gradus privilegia, honores ac iura conferimus.

In cuius rei fidem has testimoniales litteras sigillo Facultatis munitas ei tradimus.

.........., die .... MCM

Magnus Cancellarius
vel ab ipso delegatus

....

5. **5 februarii 1934**

Liber « Medicina Pastoralis » Rev. Dni. Iosephi Antonelli prohibetur pro Seminariis aliisque Institutis ecclesiasticis.
Epist. Em. Card. Praef. S. C. de Religiosis.

AD REV.mum PRAEPOSITUM GENERALEM
SOCIETATIS IESU.

Roma, 5 Febbraio 1934.

REV.MO PADRE,

Mi faccio dovere di comunicare alla P. V. Rev.ma, che la Suprema S. Congregazione del S. Offizio ha testè proibito per i Seminari, per gl'Istituti Ecclesiastici e per le Facoltà di Studi Ecclesiastici, come pure per gli Scolasticati degli Ordini e delle Congregazioni Religiose l'Opera del Rev. Don Giuseppe Antonelli, il cui titolo è « *Medicina Pastoralis* ».

La P. V. Rev.ma darà le necessarie disposizioni, per quanto La riguarda, affinchè sia dai suoi dipendenti fedelmente eseguito l'ordine della Suprema S. Congregazione del S. Offizio.

In attesa di una sua risposta, profitto dell'incontro per professarmi

Dev.mo
Della P. V. Rev.ma
Fr. AL. E. M. Card. LÉPICIER, O. S. M.
Prefetto.
VINC. LA PUMA, *Segretario.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS.

Romae, 5 februarii 1934.

REVERENDISSIME PATER,

Meum esse duco cum Paternitate Tua Reverendissima communicare Supremam Sacram Congregationem Sancti Officii nuper pro Seminariis, Institutis Ecclesiasticis et Facultatibus Studiorum Ecclesiasticorum, itemque pro Scholasticatibus Ordinum et Congregationum Religiosarum prohibuisse opus Reverendi Domini Iosephi Antonelli, cui titulus *Medicina Pastoralis*.

Itaque Paternitas Tua Reverendissima, quantum ad Ipsam pertinet, necessarias dispositiones impertire velit, ut ab Ipsius subditis praescriptum Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii fideliter exsecutioni mandetur.

Dum aptum ad haec responsum exspecto, hac occasione utor ut me profitear

Paternitati Tuae Reverendissimae
addictissimum:
FR. ALEXIUS HENR. M. Card. LEPICIER O. S. M.
Praefectus.

VINCENTIUS LA PUMA, *Secretarius.*

Rev.mo Patri
P. Praeposito Generali
Societatis Iesu.

6. **5 februarii 1934.**

Facultas conceditur celebrandi unam Missam post mediam noctem in sacris ad populum missionibus a Nostris peractis. — Rescript. S. C. de Sacram.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum aliquando, in missionibus ad populum, Nostri a Parochis rogentur ut post nocturnas vigilias, quae alicubi de consensu Ordinarii loci durante sacra missione in ecclesiis fiunt, paulo post mediam noctem *unam* Missam celebrent aut alii sacerdoti celebrandam

committant, Pater Noster curavit necessariam ad id facultatem per Procuratorem Generalem a competenti Sacra Congregatione impetrare, quemadmodum aliae quaedam Religiosorum Congregationes iam habebant.

Sacra autem Congregatio de Sacramentis petitam facultatem *ad septennium* concessit, quam cum R. V. iussu Patris Nostri communico, ut Nostri quorum intersit de ea certiores fiant eaque, cum opus fuerit, uti possint, servatis tamen clausulis Rescripto appositis.

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo S. Francisci de Hieronymo,
11 maii 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS MARTÍ
Secr. Soc. Iesu.

SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

Ex Audientia SS.mi diei 5 Februarii 1934.

SS.mus D. N. PIUS Papa XI, audita relatione infrascripti Card. Praefecti S. C. de Sacramentis, attentis expositis, gratiam indulget iuxta petita (1) ad septennium, dummodo initium Missae celebrandae ne fiat ante dimidiam horam post mediam noctem, sacrae supplicationes perdurent spatio circiter duarum horarum, in his comprehenso celebrationis Missae tempore, remoto semper quocumque irreverentiae periculo, aliisque servatis de iure servandis.

L. ✠ S.

† M. Card. LEGA, Episc. Tuscul., *Praef.*
D. JORIO, *Secretarius.*

---

(1) V. hic supra, in epistola P. Secretarii.

7. **28 aprilis 1934.**

Facultas conceditur celebrandi in nostris Domibus Exercitiorum unam Missam votivam de S. Patre Ignatio in fine Exercitiorum. — Rescript. S. C. Rit.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Mandante Patre Nostro, cum R. V. communico Rescriptum Sacrae Congregationis Rituum die 28 aprilis nobis datum, quo una Missa votiva celebranda permittitur in honorem S. Patris Ignatii die quo Exercitiis spiritualibus finis imponitur: quod quidem novum indultum, ut speramus, conferet ad cultum Sancti Patris Nostri fovendum in iis praesertim qui apud nos Exercitiis dant operam.

Itaque R. V. curet ut hoc indultum omnibus Nostris innotescat; in eius vero usu accurate serventur clausulae Rescripto appositae, inter quas ea maxime attendenda est, qua haec facultas ad nostras *Domos Exercitiorum* dumtaxat coarctatur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 17 maii 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
Iosephus Martí
Secr. Soc. Iesu.

SACRA RITUUM CONGREGATIO.

Beatissime Pater,

Procurator Generalis Societatis Iesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, enixe petit pro omnibus domibus Exercitiorum spiritualium Societatis Iesu facultatem celebrandi unam Missam votivam lectam vel solemnem die quo Exercitiis spirituali-

bus finis imponitur, in honorem S. Ignatii de Loyola, ad cultum fovendum erga Sanctum qui a Sanctitate Vestra Exercitiorum spiritualium caelestis Patronus declaratus est, eiusque auxilium implorandum ad opus perseverantiae in bono proposito et in vitae reformatione.

SOCIETATIS IESU.

Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum, attentis expositis peculiaribus adiunctis, benigne annuit pro gratia iuxta preces, ad proximum quinquennium; dummodo non occurrat duplex I. vel II. classis, Octava, Feria aut Vigilia privilegiata I. et II. ordinis; servatis de cetero Rubricis. Quibuscumque contrariis non obstantibus. Die 28 Aprilis 1934.

L. ✠ S.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

8. **3-12 maii 1934.**

De sollemni celebratione anni XXV a condito Pontificio Instituto Biblico.

I.

LITTERAE GRATULATORIAE SUMMI PONTIFICIS [1] (3 maii 1934).

DILECTO FILIO
AUGUSTINO BEA, S. I.
PONTIFICII INSTITUTI BIBLICI RECTORI
PIUS PP. XI.
DILECTE FILI,
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quinto ac vicesimo exeunte anno, ex quo Pontificium Institutum Biblicum per Decessorem Nostrum Pium X sanctae me-

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVII, 1935, pagg. 48-49.

moriae in hac alma Urbe conditum est, temperare Nobis non possumus, quin illud paterna Nostra laetitia et gratulatione prosequamur. Concepta enim spes laetissimorum fructuum, qui in ipso Athenaei exordio profecturi inde exspectabantur, Apostolicam hanc Sedem Ecclesiamque universam minime fefellit. Et sane, splendidum hoc divini verbi convivium plus quam nongenti ex utroque clero variisque ex gentibus selecti adulescentes hucusque concelebrarunt, quorum alii in Scripturam Sacram tradendam nunc sedulo incumbunt, alii ad alia magisteria vel etiam graviora Ecclesiae munera provecti sunt. Copiosa autem ac mirifica librorum scriptorumque seges, quae ex eodem Instituto orta est, non modo genuinam solidamque doctrinam biblicam, contra erroneas sententias propugnaculum, prae se fert, sed novas quoque scientiae biblicae investigationes luculenter ostendit efficaciterque fovit. Ad hos vero scientiarum fructus edendos plurimum contulerunt Athenaei ipsius praesidia, quae, initio eidem conlata, multo sunt labentibus annis adaucta; inter haec autem praestat thesaurus ille librorum in bibliotheca studiosis omnibus patens, qui semper nova accipit incrementa, et ipsius Terrae Sanctae cognitio, quae tam magistris quam discipulis accurate et per longa quoque itinera exhibetur, nec non frequentiora in dies et subtiliora monumentorum veterum studia atque explorationes. Optimo ergo iure dicere possumus Nostrum istud ac dilectum Institutum Biblicum, hoc haud brevi temporis intervallo, et feliciter respondisse Sanctae huius Sedis propositis ac votis, et de religione deque scientiarum profectu egregie meruisse.

Quare praeclari Athenaei moderatoribus et alumnis ex animo vehementerque gratulamur, simulque iisdem ominamur, ut, divino afflante Spiritu, in incepto tam felici omni cura et sedulitate pergant, et uberiores quotidie fructus in bonum cuiusque suum, in proximorum utilitatem, in Ecclesiae decorem et gloriam ex electo munere suo percipiant. Quorum quidem caelestium donorum auspicium ac summae Nostrae voluntatis pignus Apostolica sit Benedictio, quam tibi, dilecte Fili, cunctisque Instituti istius professoribus et alumnis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die III mensis Maii,

in Inventione S. Crucis, anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

PIUS PP. XI.

NOTA. — Has Litteras Apostolicas mittens Em.mus Cardinalis Secretarius Status R. P. Rectori scribebat in hunc modum:

Dal Vaticano, 3 maggio 1934.

Rev.mo Padre,

Ho il piacere di rimetterLe, qui unito, il venerato Autografo, che il Santo Padre si è benignamente degnato di indirizzarLe per la prossima ricorrenza del 25° anniversario dalla fondazione di codesto Pontificio Istituto Biblico.

Nel compiere il gradito incarico, colgo volentieri l'occasione per porgere alla P. V. Rev.ma e al benemerito Istituto le mie vivissime congratulazioni in così fausta ricorrenza, mentre auguro al medesimo sempre maggiore prosperità per l'incremento delle sacre scienze e per la gloria e l'utilità della Chiesa.

Con sensi di sincera e distinta stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

Rev.mo Padre
P. Agostino BEA S. I.
Rettore del Pontificio Istituto Biblico.

II.

SOLLEMNIS AUDIENTIA IN AEDIBUS VATICANIS (1).
(12 maii 1934).

Oratio Rectoris ad Summum Pontificem.

Beatissimo Padre,

Essendoci concesso dalla paterna benevolenza della Santità Vostra di chiudere alla Vostra augusta presenza le modeste celebrazioni del venticinquesimo anniversario della fondazione del Ponti-

(1) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, fasc. II, 1934, pagg. 39-41.

ficio Istituto Biblico, sentiamo anzi tutto il dovere di umiliare ai piedi di Vostra Santità l'espressione più sincera della nostra profonda gratitudine alla Santa Sede, da cui l'Istituto ebbe vita ed a cui, dopo Dio, tutto deve.

La gran mente di Leone XIII ne concepì l'ardita idea; e il santo Pontefice Pio X, da un primo timido tentativo di un Corso superiore di Sacra Scrittura nella Pontificia Università Gregoriana prese l'occasione per creare d'un tratto con la Lettera Apostolica « Vinea electa » del 7 maggio 1909, questo Istituto Pontificio che, visibilmente benedetto da Dio, fu poi sempre particolarmente caro a quel gran cuore di Pastore e di Padre.

Nell'atto stesso della creazione Egli volle che l'Istituto dipendesse immediatamente dal Sommo Pontefice, venisse governato da leggi e norme pontificie, seguisse nel suo insegnamento e in tutta la sua attività come prima e somma norma le direttive pontificie, ciò che l'Istituto si è sempre sforzato di fare.

Anche i Successori di Pio X sulla Cattedra di San Pietro non cessarono di continuarne la paterna cura. Ne fanno testimonianza le molteplici Lettere Apostoliche le quali, anche dopo la scomparsa del fondatore, accompagnano quasi passo passo lo sviluppo del nuovo Istituto, aggiungendogli sempre nuovi perfezionamenti a seconda del grado di evoluzione e di efficacia già conseguito. E così Benedetto XV, pur in mezzo ai torbidi di una immane guerra la quale tendeva tutte le fibre del grande Pontefice della pace, non dimenticò l'Istituto e nella Lettera Apostolica « Cum Biblia Sacra » dell'anno 1916 gli diede nuovi privilegi e più ampi diritti e con questi nuova possibilità di vita e di efficacia.

Ma a Voi, Beatissimo Padre, che dal decimo Pio avete ereditato insieme col nome anche la paterna benevolenza verso questa sua creazione, la divina Provvidenza aveva riservato di coronare l'opera dando all'Istituto l'ultimo assetto. A questo mirarono e questo produssero nominatamente i due Motuproprio « Bibliorum scientiam » e « Quod maxime » che resteranno memorabili nella storia dell'Istituto, perchè col primo gli assicuraste una più larga e perenne fecondità di bene assegnandogli una gran parte del delicato compito di formare nelle scienze bibliche i futuri professori di Sacra Scrittura, e col secondo ne rafforzaste l'interna consistenza consociandolo insieme col Pontificio Istituto Orientale, pur restando autonomi nella loro speciale organizzazione, all'Università Gregoriana, della quale volevate fare e magnificamente faceste una unica grande « Pontificia Studiorum ecclesiasticorum Universitas ». Questa geniale consociazione si può ben dire che fosse una felice

anticipazione di quella grandiosa sintesi degli studi ecclesiastici che la Santità Vostra, tre anni dopo, con immenso ed universale e duraturo vantaggio degli studi ecclesiastici, ha compiuto nella Costituzione Apostolica « Deus scientiarum Dominus », nella quale pure voleste riservato all'Istituto Biblico un posto eminente.

Questa stessa consociazione dell'Istituto Biblico e dell'Istituto Orientale alla Pontificia Università Gregoriana è la ragione intima, per la quale oggi Voi, Beatissimo Padre, ci vedete qui tutti fraternamente uniti nel gaudio della fausta commemorazione dell'Istituto Biblico, che è veramente gaudio comune di tutta l'Alma Mater Gregoriana e degli Istituti a lei consociati. Ci troviamo qui, Superiori, Professori, alunni, ex-alunni; tutti unanimi nel desiderio di ringraziare dal profondo del cuore Vostra Santità, e nella Santità Vostra la stessa Santa Chiesa di Gesù Cristo, per gli innumerevoli benefici e preziose grazie concesseci in questi cinque lustri e specialmente nei dodici anni del Vostro glorioso Pontificato; unanimi pure nella promessa di mostrarci degni, con la grazia divina, di tanta benevolenza e di tanta fiducia in noi riposta dal Vicario di Cristo, dal dolce Cristo in terra.

E poichè, per graziosa combinazione della divina Provvidenza, ci troviamo qui, riuniti intorno al Vostro Trono, proprio nel giorno onomastico di Vostra Santità [2], permetteteci, Beatissimo Padre, che con tutto l'affetto di figli devoti formuliamo i più fervidi voti per l'augusta Vostra persona; voti che già abbiamo offerti a Dio questa mattina ai piedi dei sacri Altari e non cesseremo di rinnovare spesso nelle nostre orazioni insieme col fermo proposito e sincera promessa di adoperarci con tutte le forze per far trionfare la causa di Dio e della sua Chiesa, nominatamente per mezzo dell'apostolato della scienza, essendo questo il compito che più immediatamente ci è assegnato.

DegnateVi, Beatissimo Padre, di confortare con l'Apostolica Benedizione questi nostri sentimenti, questi nostri propositi, queste nostre promesse; la Votra Benedizione, auspice di quella di Dio, avvalori tutta la nostra attività, l'attività presente dei Professori e degli scolari, l'attività futura dei nostri alunni, affinchè la Pontificia Università Gregoriana, in tutti i suoi rami e le sue Facoltà proprie o consociate risponda sempre meglio alle sante intenzioni, ai grandiosi disegni che la Santità Vostra si propone nell'efficacissimo impulso che ha dato, dà e vuole dare agli Studi ecclesiastici.

---

(2) Festo die S. Achillei Martyris (12 maii).

Latina interpretatio (3):

Beatissime Pater,

Quoniam nobis paterna Sanctitatis Tuae benevolentia concessum est, ut sollemnia ad annum XXV a condito Instituto Biblico celebrandum hic coram absolvere possimus, hoc primo et maximo urgemur ufficio, ut gratissimi animi nostri sensa erga Sanctitatem Tuam et Apostolicam Sedem aperiamus, cui scilicet Pontificium Institutum Biblicum post Deum O. M. cum vita ipsa acceptum refert quidquid boni quinque hisce lustris inchoare potuit et perficere.

De condendo Instituto Biblico prima cogitaverat mens electissima Leonis XIII; mox Pontifex Sanctissimus Pius X e rudibus primordiis *Cursus* cuiusdam Scripturae Sacrae in Gregoriana Universitate paulo ante incepti, die 7 Maii anni 1909, Litteris Apostolicis « *Vinea electa* » creavit Pontificium Institutum Biblicum, quod mox a Deo O. M. apertissime benedictum, corde vere paterno, et specialissima quadam sollicitudine ad mortem usque prosecutus est. Etenim in ipsa sua conditione voluit, ut Institutum Summo Pontifici immediate subiceretur, legibus e Se decretis regeretur, in doctrina tradenda a S. Sedis normis ne transversum quidem unguem abscederet; quod hactenus Institutum Biblicum pro virili facere conatum est.

Pii X in cathedra S. Petri Successores simili cura Institutum Biblicum prosecutos esse, testantur multiplices Litterae Apostolicae, quae eius incrementa gradatim comitantur, promovent, perficiunt. Benedictus XV, quamvis immanissimi belli curis penitus distentus, tamen Litteris Apostolicis « *Cum Biblia Sacra* » (15 Augusti 1916) nova eidem concessit privilegia et iura, quibus et vitam et efficacitatem augeret.

Sed Tibi, Beatissime Pater, qui cum nomine et paternam Sanctissimi Pontificis Pii X benevolentiam velut hereditate accepisti, hoc Dei O. M. Providentia reservaverat, ut opus ab illo inceptum, sollemni imposita corona, ad fastigium perduceres. Huc tendebant, hoc perfecerunt illa praesertim decreta a Te « Motu proprio » lata « *Bibliorum scientiam* » et « *Quod maxime* », quorum in historia Instituti Biblici immortalis erit memoria; siquidem primo ampliorem eidem certioremque tribuisti fecunditatem, gravissimo nec facili assignato munere futuros Sacrae Scripturae professores in re Biblica instituendi; altero autem internam eiusdem compaginem firmiorem robustioremque reddidisti, eodem Instituto Biblico, una cum Orientali et cum Gregoriana Universitate

(3) Hanc latinam interpretationem mutuamur a periodico « *Verbum Domini* » ab Instituto Biblico edito (vol. XIV, fasc. VI, Iunio 1934), in quo P. Aloisius G. da Fonseca sobriam sed plenam descripsit relationem *De sollemni celebratione anni XXV a condito Pont. Instituto Biblico* (pagg. 161-168).

in unam magnam « *Pontificiam studiorum ecclesiasticorum Universitatem* » consociando; quae consociatio, magnae illi studiorum ecclesiasticorum synthesi a Sanctitate Tua post tres annos, in maximum et perenne emolumentum scientiae ecclesiasticae, per Constitutionem Apostolicam « *Deus scientiarum Dominus* » complendae felicissime praeludebat.

Sed haec ipsa Instituti Biblici et Orientalis cum Universitate Gregoriana consociatio, Beatissime Pater, vera tandem causa est, cur nos hodie omnes in fausta hac commemoratione Instituti Biblici celebranda coram Te fraterna caritate et communi laetitia coniunctos videas.

Adsumus omnes, Moderatores, Professores, Alumni et praesentes et emeriti uno impulsi desiderio, ut nempe Sanctitati Tuae et in Te Sanctae ipsi Christi Domini Ecclesiae pro beneficiis per haec quinque lustra speciatim vero per hos duodecim gloriosi Pontificatus Tui annos tanta nobis liberalitate profusis, gratias, quam possumus, maximas agamus; adsumus uno etiam animi proposito, ut scilicet tanta benevolentia, tantaque fiducia quam in nobis Christi Domini Vicarius collocavit, digniores nos in dies praebeamus.

Quia vero suavissima Dei O. M. Providentia ita disponente, hic omnes adsumus ipsa ex Sanctitatis Tuae nomine festa die (4), liceat adhuc obsequentissima addere gratulationes et vota; quae certe iam summo mane ad sacras aras obtulimus, sed nunc ex imo corde renovamus iterumque et saepius nostris in orationibus renovabimus, simul cum firmissimo illo proposito omnes vires pro causa Dei et Ecclesiae profundendi, praesertim vero in eo, quod nostrum maxime est, scientiae Apostolatu exercendo ».

Tandem orator finem fecit Apostolicam Benedictionem omnium nomine flagitando.

Responsum Summi Pontifici (5).

Ecco, dilettissimi Figli, ecco uno di quei momenti e di quelle occasioni, in cui il Nostro grande predecessore S. Leone Magno, il grande signore della parola, diceva di trovarsi in imbarazzo appunto in rapporto alla parola, perchè tali occasioni sembrano esigerla una parola, suggerirla, imporla e nello stesso tempo sembrano levarne la possibilità, sembrano dirne la per quanto felice superfluità, o almeno ne mostrano l'estrema difficoltà (6).

---

(4) Die 12 maii, in festo S. Achillei Martyris.

(5) Ex ephemeride « *L'Osservatore Romano* », 14-15 maii 1934, et ex notis quorundam adstantium.

(6) Cf. S. Leonis Magni *Sermo 11 de Passione Domini*: in *Breviar. Rom.*, Domin. in Palmis, lect. IV.

Perchè che cosa aggiungere, dilettissimi figli, di utilmente gradevole a quello che voi Ci avete così largamente prodigato di bello, di caro, di utile, di veramente prezioso alla mente ed al cuore? I vostri cantici, le cose che Ci avete dette per mezzo del vostro alto interprete, al quale toccava il diritto di essere *Dux verbi* in questa occasione del venticinquesimo dell'Istituto, cui egli presiede; le cose utili e sublimi, che abbiamo udite spiegarci ed enumerarci nella bella dissertazione (7), e specialmente la magnifica cosa che voi costituite, la vostra presenza così numerosa e così qualificata: la presenza dei corpi insegnanti, che vi presiedono, e la presenza vostra così edificante, numerosa, svariata. Vediamo poi con grandissima gioia l'Em.mo Cardinale, il Gran Cancelliere (8), accompagnato dal Rev.mo Padre che gli è vicino (9): tutto un insieme di cose che veramente fa ressa, una cara gioiosa ressa allo spirito, alla mente, al cuore, per non dire se non di quel senso più vivo e più cordiale che voi Ci fate sentire di quella universale paternità che la divina bontà affidava a Noi. E in tutto questo, tanta luce di scienza, non soltanto di scienza e non soltanto per la scienza, cosa già tanto bella in sè medesima, e di tanto valore che il Dio di tutte le bellezze ha amato chiamarsi il Dio della scienza; ma la scienza come voi la ricercate, la perseguite, la studiate, la scienza in servizio della fede, proprio quello che si dice così bene e così scultoriamente bene, l'apostolato della scienza, apostolato superiore alle cose sublimemente belle; perchè l'apostolato è già per sè divinamente bello anche quando è un apostolato nelle forme più modeste e più accessibile a tutti; ma l'apostolato della scienza è tanto più bello perchè rappresenta una delle cose più alte, diciamo delle più luminose sommità tra le sommità umane.

L'apostolato della scienza: ecco il pensiero che noi abbiamo afferrato. Ma non vogliamo tardare più oltre a compiere un

---

(7) Unus ex alumnis Instituti, R. P. Caietanus Stano O. M. Conv., pulchram legerat dissertationem: « Summorum Pontificum ultimis decenniis de studiis Biblicis provehendis curae »: v. « *Verbum Domini* » vol. XIV, fasc. VI (iunio 1934), pagg. 169-177.

(8) Em.mus Card. Caietanus Bisleti, Praefectus S. Congr. de Seminariis et Studiorum Universitatibus, Magnus Cancellarius Pont. Universitatis Gregorianae Institutorum eidem consociatorum.

(9) A. R. Pater Noster.

dovere fra tutti il più urgente secondo la parola del grande Ambrogio; tale è appunto anche il dovere di ringraziare: detta bene, quella parola: perchè così poco costa il ringraziare.

Noi abbiamo udito ringraziare, e Ci piacque tanto udire innanzi tutto quest'inno di ringraziamenti, interprete, dilettissimi figli, di quell'inno che sale su dai vostri cuori. Anche Noi ringraziamo la divina bontà di tutti questi benefici di così alta portata, che in questo momento Ci si presentano, quelli che abbiamo visto riversare sopra il Nostro caro Istituto Biblico: tutto un insieme così bello, così grandioso, così allietante in fatto di benefici divini.

Poi anche gli uomini Noi dobbiamo ringraziare. Ringraziamo i Nostri gloriosi predecessori che vennero con tanta ragione ricordati: Leone XIII, Pio X, Benedetto XV. Giustamente li ringraziamo Noi, perchè a loro dobbiamo questa magnifica eredità della quale voi godete l'ampiezza, e Noi, grazie a loro, siamo diventati dispensatori. Ma dobbiamo pure ringraziare il Signore di ciò che ha concesso a Noi di aggiungere a tanta grandezza. Ma è cosa facile aumentare, difficile ed arduo construire del nuovo, aprire nuove vie.

Dobbiamo poi aggiungere un ringraziamento ai ringraziamenti, un ringraziamento che Ci appartiene in modo particolare, perchè in modo particolare Ci riguarda: dobbiamo ringraziare voi tutti che governando, predisponendo, organizzando, dirigendo, insegnando, siete l'anima di questi Istituti consociati che fanno tanta parte, così importante, così degna della Chiesa, e voi che con tanta genialità, con tanto ardore, col vostro giovanile ardore rispondete alle cure che per voi hanno questi grandi maestri, queste alte intelligenze.

E con voi ringraziamo tutti quelli che vi precedettero in queste belle file e che ora, disseminati in diversi paesi, rendono così bella e così utile testimonianza al bene che essi hanno attinto e che ora diffondono intorno a sè, fatti veri radiatori di luce e di scienza.

Adempiuto questo dovere di gratitudine paterna, Noi vogliamo tornare a quella parola che abbiamo colto a volo: *apostolato della scienza.* Questo apostolato della scienza sia la parola, dilettissimi, che il Padre dona ai figli e raccomanda come ricordo, anche di quest'ora deliziosa che Ci avete procurata. Di-

ciamo: una parola, un pensiero, non un programma: l'apostolato della scienza che è, per la Gregoriana, per l'Orientale, per il Biblico, ricordo di questa bellissima giornata, la cosa la più bella, la più sublime, la più consolante, stavamo per dire la più esaltante. Noi facciamo una facile confidenza, facile perchè voi l'avete già probabilmente pensata più volte: ed è appunto questa: la consolazione che per tanti anni Ci resse, Ci confortò, Ci riempì l'anima di gioia in tanti anni che abbiamo passati tra i libri e quasi esclusivamente tra i libri, in quell'ambiente di scienza nelle Nostre care biblioteche: questo fu il pensiero, il grande, esaltante pensiero; c'era per Noi una qualche apologia anche in quel lavoro silenzioso, rimoto quasi da ogni contatto umano, e lo è per voi in questo lavoro che fate nei vostri Istituti.

Ma in che senso si può parlare di apostolato della scienza? Si possono pensare almeno due sensi. Se diciamo: apostolato della preghiera, tutti subito intendono che la preghiera è il mezzo dell'apostolato, lo strumento. Se diciamo qualch'altro apostolato, per parlare di uno dei modernissimi, della gente di mare, evidentemente la gente di mare non è lo strumento, ma il termine dell'apostolato. Come vogliamo prendere questa espressione « apostolato della scienza »? La scienza è lo strumento e vuol essere anche il termine dell'apostolato. Crediamo, dilettissimi figli, che anche in quest'ultimo senso debba intendersi la parola. Perchè pensiamo che la scienza non deve essere soltanto lo strumento dell'apostolato in favore della fede, in favore della bontà e verità assoluta, ma debba essere, specialmente nei vostri campi, proprio anche il termine di un vero apostolato. Noi vediamo per quello che abbiamo constatato e andiamo leggendo e sentendo dal gran mondo scientifico e degli scienziati, che l'apostolato vostro deve essere anche in beneficio della scienza. E questo pure è un prezioso apostolato, apostolato che voi fate insegnando e di cui vediamo ottimi e consolantissimi saggi. La scienza che impara dalla fede, dallo spirito di fede, dallo studio della fede, impara anche a proprio vantaggio, la pienezza del metodo, la pienezza dell'oggetto, la pienezza del possesso.

Ma non vogliamo trattenervi più a lungo. Abbiamo detto un pensiero, e come tale ve lo confidiamo e affidiamo, un pensiero del resto che così facilmente da sè si spiega, specialmente a voi che crescete alla scuola delle celesti cose, avvezzi a vedere

e a scrutare gli splendori della fede e della scienza. Ed è con questo pensiero che Noi vogliamo benedire tutti quanti, tutti e singoli, e particolarmente quelli che voi, dilettissimi cari giovani, volete privilegiati di una benedizione particolare che sia interprete anche della vostra ammirazione, della vostra venerazione e riconoscenza. Noi vogliamo benedire a tutte queste vostre intenzioni, e a voi che camminate per le alte vie della scienza, illuminata a sua volta, anzi compita e perfezionata dalla fede. Una grande benedizione a questi vostri grandi benefattori: perchè voi lo sapete e ne fate l'esperienza, che non vi è maggior beneficio di quello della luce della verità che, come ha detto il Redentore divino, ci libera e ci salva; perchè è la verità che indica e illumina tutte le vie che conducono a Dio. Poi una grande benedizione a tutti quelli che vi hanno preceduto in queste vie e che sappiamo con grande gioia e con grande consolazione sparsi in tutte le parti del mondo. Conosciamo in quante nazioni sono disseminati e distribuiti questi rampolli di luce e di verità, emanati da queste sorgenti.

Vogliamo poi benedire colle vostre persone anche i vostri studi che voi venite ora compiendo: quegli studi che non sono tutta intera, ma che sono tanta parte di quella preparazione, della completa preparazione, che non vuol essere soltanto di scienza, ma anche di bontà, non soltanto di studi umani, ma anche di santità. Questi studi vogliamo benedire, tutta questa grande opera Romana che voi venite compiendo sotto gli occhi Nostri, presso la tomba del più grande Apostolo.

Noi vogliamo benedire anche tutte le vostre famiglie, tutte le vostre parentele, quelle care persone che ciascuno di voi desidera che siano con voi benedette.

Vogliamo benedirvi in ultimo con una benedizione che vi dica tutta la paterna riconoscenza per questa visita che Ci avete fatto, deliziosa nel suo insieme, in tanta squisitezza, che non poteva non riuscire gradita al cuore paterno, fin a congiungere le gioie di oggi, le deliziose ore di oggi con le ore ormai così lontane del Nostro alunnato Gregoriano, fin a congiungere il Nostro povero onomastico col grande nome del Bellarmino [10]:

---

(10) Erat tunc pervigilium festi S. Roberti Bellarmino, Pont. Universitatis Gregorianae Patroni.

squisita coincidenza scelta da voi, da voi voluta; il grande nome del Bellarmino e quel grande nome di S. Girolamo ([11]): essendo voi in tutto ciò interpreti così filiali e così affettuosi dei pensieri e delle cose che abbiamo anche Noi così intimamente unito, perchè la Provvidenza Ci ha dato di unirle.

E la Nostra benedizione discenda sopra di voi e vi accompagni ora e sempre.

Latina interpretatio ([12]):

« En tempus, inquit, en Filii dilectissimi, de quibus magnus ille praedecessor Noster, S. Leo Magnus, utut eloquentiae princeps, dicebat haerere se, quid diceret nescius. Adiuncta enim dum ad dicendum impellunt, orationem suggerunt, et postulant, simul tamen fandi vim praecludunt, et orationem ipsa rei magnitudine aut superfluam reddunt aut difficillimam » ([13]).

Quid enim utilis pariter et iucundi addi posset ingenti pulcrarum, utilium, pretiosarum rerum copiae, quas filii illi dilectissimi Patris menti et cordi obtulerant? Musici concentus, omnia quae eorum orator et interpres dixerat (quem profecto in hac XXV anni a condito Instituto Biblico celebratione « Ducem verbi » esse decebat), proxima dissertatio, quae tanta tamque sublimia commemoravit ([14]), et insuper ipsa eorum praesentia in illo loco, hinc quidem triplex Doctorum collegium, praesidentibus Magno Cancellario ([15]) et Vice-Cancellario ([16]), inde vero diversa eorum agmina numero frequentissima, pietatem et religionem spirantia, haec omnia simul mirum quantum et cogitationibus mentem et cor affectibus replerent.

« In quibus omnibus quanta scientiae lux splendet! nec so-

([11]) S. Hieronymus habetur Patronus Pont. Instituti Biblici.

([12]) Hanc quoque interpretationem latinam mutuamur a periodico *« Verbum Domini »* vol. XIV, fasc. VI (iunio1934), pagg. 165-168: quaedam partes Pontificiae allocutionis summatim tantum latine redduntur, sed ita ut plenus totius sermonis sensus fideliter referatur.

([13]) Cf. S. Leonis Magni *Sermo 11 de Passione Domini*: in *Breviar. Rom.*, Domin. in Palmis, lect. IV.

([14]) V. supra, pag. 644, nota ([7]).

([15]) Em. Card. Caiet. Bisleti: v. supra, pag. 644, nota ([8]).

([16]) A. R. P. Pater Noster est Vice-Magnus-Cancellarius Pont. Univ. Gregorianae et Institutorum eidem consociatorum.

lum nudae scientiae, quamvis haec per se ipsa tam pulcra sit, ut Deus, ille omnium pulcritudinum oceanus, « Deus scientiarum » appellari voluerit; sed scientiae qualem vos amatis, persequimini, colitis: scientiae fidei inservientis, quae uno verbo significanter dicta est: « Apostolatus scientiae ». Si enim quaevis Apostolatus ratio, etiam illa quae potest ab omnibus exerceri, tam divina splendet pulcritudine, quid dicendum de scientiae Apostolatu qui inter summas res humanas summa luce splendet? ».

« Apostolatus scientiae »: hanc unam vocem ex omnibus, quae audiverat, arreptam praesentibus, velut tesseram, proponere intendebat. At prius volebat primo officio satisfacere, quod secundum magnum Ambrosium, officium est gratias agendi. « Ipsi nuper gratias agere audivimus; et hic gratiarum hymnus maxima Nos affecit voluptate, quippe qui bene redderet affectus illos qui e gratis filiorum animis ascenderent.

« Sed etiam Nos gratias agimus; in primis quidem Deo O. M. pro his omnibus beneficiis quae liberalissima manu in Nostrum Institutum Biblicum effudit: Cumulus re vera ingens, pulcher, iucundissimus beneficiorum divinorum!

« Deinde hominibus gratias agere debemus, ante omnes Praedecessoribus Nostris, Leoni XIII, Pio X, Benedicto XV. Et vos quidem, Filii dilectissimi, iure merito illis gratias egistis: sed potiori iure Nos debemus; siquidem ab eis accepimus magnificam hanc hereditatem, cuius vos plenitudine fruimini, quam Nos eorum merito elargimur. Sed Deo etiam gratias debemus pro iis quae, ipso opitulante, tantae rerum magnificentiae addere potuimus. Addere facile est; difficilius ex novo creare, inexploratas vias aperire ».

Volebat autem speciali modo, nam hoc Suum erat quam maxime! gratias agere omnibus quotquot aderant, sive Moderatoribus sive Alumnis. Illis quidem quia eorum labores sunt veluti anima, qua Instituta consociata, — tanta haec, tanti momenti, tam excellens Ecclesiae pars, — vivunt et florent; his vero quia iuvenili ardore curis respondent, quas de eis gerunt tanti Magistri, tam electa ingenia. Sed illis etiam agebat gratias, qui in hac palaestra praecesserant, quique modo per totum terrarum orbem illam scientiae lucem diffundunt, quam hic perceperunt.

Hic Summus Pontifex, postquam grati animi officio in hunc modum satisfecerat, ad sententiam illam « Apostolatus scientiae » revertebatur. « In hac voce, aiebat, vobis, Filii dilectissimi, non certe programma, sed ideam quandam et tesseram damus, quae sit velut mnemosynon horae huius iucundissimae; mnemosynon tribus athenaeis, Gregoriano, Orientali, Biblico sane pulcherrimum,

sublimissimum, solatio plenissimum ». Sibi ipsi, hoc filiis in aurem familiariter dicere volebat, quod ipsi probabiliter iam secum non semel cogitaverant, Sibi ipsi per tot annos libris circumdato, in gratissimo bibliothecarum silentio, hoc unum consolationem attulit, vires, animum addidit, quod scilicet « in labore illo abscondito et ab omni fere hominum commercio remoto, erat apologia quaedam, ut apologia est labor quem vos in vestris Institutis completis ».

« At quo sensu potest sermo fieri de « Apostolatu scientiae » ? Nam duplex saltem sensus excogitari potest. Si dicimus « Apostolatum orationis » nemo non intelligit, orationem esse instrumentum apostolatus. Si vero de aliquo alio apostolatu loquimur, v. gr., ut recentissimum genus commemoremus, de hominum maritimorum apostolatu, hi certe non sunt instrumentum, sed id quod spectat apostolatus. Quo igitur sensu « Apostolatum scientiae » intelligamus? Estne scientia instrumentum, an est etiam terminus et scopus apostolatus? Nos quidem sic cogitamus, dilectissimi Filii: Scientia non solum est instrumentum apostolatus pro fide, pro veritate absoluta exercendi, sed debet etiam esse, illa maxime quam colitis, finis et scopus veri cuiusdam et proprie dicti apostolatus. Ex iis enim quae Ipsi vidimus et ad Nos undique deferuntur de mediis doctorum scholis, patet vestrum apostolatum debere scientiam ipsam spectare. Et hic quoque pretiosissimus est apostolatus, quem vos docendo exercetis, cuius optimos laetissimosque fructus cernimus. Scientia quae a fide, a spiritu fidei, a studio fidei discit, in propriam utilitatem discit, plenitudinem methodi, plenitudinem obiecti, plenitudinem possessionis.

« Sed nolumus vos pluribus tenere. Unam sententiam proposuimus, quam vobis concredimus; simplicem sententiam quae per se quidem patet, magis autem vobis, qui in schola rerum caelestium educati, contemplandis et perscrutandis fidei scientiaeque splendoribus assuefacti estis ».

Tandem Pontifex Maximus specialissimam a Deo O. M. benedictionem invocabat, quae super illa iuvenum agmina larga descenderet et super omnes quos ipsi in mente et in corde habebant: in primis vero super circumstantes Magistros, magnos scilicet eorum benefactores; ipsi enim continuo experiebantur nullum esse beneficium maius luce veritatis, quae ut aiebat divinus Redemptor, nos salvat et liberat; veritas enim semitas omnes monstrat et illuminat quae ad Deum ducunt; — deinde super omnes qui eos in illa palaestra praecesserant, quosque Summus Pontifex, velut faces lucis et veritatis e magnis hisce ignibus romanis accensas, per totum terrarum orbem sparsos, magna Sui animi consolatione noverat; —

tertio super eorum studia, quae non quidem totam, sed magnam profecto partem eorum educationis constituunt; haec enim non solam scientiam sed etiam bonitatem, non sola humana studia sed etiam sanctitatem complectitur; — tandem super eorum familias, cognatos, amicos...

« Sit autem haec benedictio testis et indicium illorum grati animi sensuum, quibus hac hora iucundissima cor paternum redundat erga filios, qui tanta humanitate, et suavissima comitate novistis hodiernae diei laetitiam cum memoria gaudiorum iamdiu praeteritorum tirocinii Nostri Gregoriani coniungere, festum ex Nostro nomine diem, cum magnis Bellarmini et Hieronymi nominibus (17). Qua re fidelissimi interpretes Nostri animi fuistis; Nos enim haec eadem et in mente et in corde intime coniuncta habemus, quibus Dei O. M. Providentia ut ea coniungeremus concessit ».

Hymnus Universitatis a « Schola » decantatus clausit memorabilem audientiam.

9. **14 maii 1934.**

Summus Pontifex per Patrem Nostrum gratias agit Apostolatui Orationis de ingenti Missarum thesauro Sibi oblato (1). — Epist. Card. Secret. Stat.

REV.mo PATRI WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
SOCIETATIS IESU PRAEPOSITO GENERALI
SODALITATIS AB APOSTOLATU ORATIONIS
GENERALI MODERATORI.

Dal Vaticano, die 14 Maii 1934.

REV.ME PATER,

Etsi Consociationis istius cui moderaris legatis iucunde est Augustus Pontifex gratulatus, quando una cum sodalitate Apostolicae Sedi fovendae coram admissi fuere, attamen cum pretiosissimum « Missarum thesaurum » respicit quem simul obtu-

---

(17) V. supra, pagg. 647 not. (10) et 648 nota (11).

(1) Cf. supra, pagg. 281-283, 447-452. — Item, cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, fasc. II, 1934, pagg. 41-44, 112-113.

lerunt [2], temperare Sibi non potest quin gratum vobis animum Suum iterum declaret.

Hoc enim munere Christi Vicario significatum est ingentem christifidelium numerum ex omnibus populis, vobis permoventibus, non modo diebus festis, cum id est ex praecepto imperatum, sed aliis quoque diebus in sacras aedes convenisse, ut incruentae Divini Agni immolationi adstarent atque exinde manantium gratiarum undas in eiusdem Agni Vicarium derivarent.

Vehementer idcirco huiusmodi opus dilaudans Augustus Pontifex, illud sacerdotali sollertia vestra ac christifidelium incenso studio quam maxime dignum praedicat. Quod idem igitur ad Consociationem Apostolicae Sedi fovendae per me scripsit [3], hoc nunc vobis iterat, impense vos hortatus ut in incepto perstetis alacres, atque quam plurimos Ecclesiae filios ex omni populo in institutum hoc opus adsciscatis. Quibus conscriptis suave quoddam sibique utilissimum proposueritis si ad sacrum singulis feriis sextis vel saltem secunda audiendum allexeretis, ad eandem mentem deprecaturos ad quam eadem die Beatissimus Pater sacris operabitur.

Quam ob rem propensam voluntatem Suam testandi ac divina munera implorandi causa Apostolicam Benedictionem cum tibi iisque omnibus qui operam tecum navant, tum adlectis adlegendisque sodalibus cunctis amanter impertit.

His tibi renuntiatis, meum obsequium tibi exhibeo meque profiteor

Tibi
addictissimum
E. Card. Pacelli.

---

(2) Cfr. *Annuarium Apostolatus Orationis 1935*, pagg. 20-24, ubi sub die *18 aprilis 1934* habetur ampla relatio de Audientia a Summo Pontifice concessa Directori generali delegato Apost. Orat. (P. Iacobo Zeij) et Secretario Sodalitatis Apostolicae Sedi fovendae seu « Society for the Maintenance of the Apostolic See » (Rev. Sac. D. Ioan. Waterkeyn).

(3) Cf. epist. Em.mi Card. Pacelli (14 maii 1934) ad Em.mum Card. Franciscum Bourne, Archiep. Westmonasteriensem et illius Consociationis Praesidem: v. *Annuarium* cit., pagg. 25-26.

10. **7 augusti 1934.**

Approbatio Statutorum Pontificiae Universitatis Gregorianae et Pontificiorum Institutorum ei consociatorum. — Decr. S. C. de Semin. et Stud. Univ. (1).

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS.

Statuta Pontificiae Universitatis Gregorianae et Pontificiorum Institutorum Biblici et Studiorum Orientalium, quae cum eadem Universitate Motu Proprio « *Quod maxime* » d. d. 28 Sep-

---

(1) Haec approbatio uni exemplari ipsorum Statutorum inscripta ad Patrem Nostrum remissa est cum hac Exc.mi Secretarii eiusdem Sacrae Congregationis epistola:

Roma, 8 agosto 1934.

Rev.mo Padre,

Ho la viva soddisfazione di rimettere alla Paternità V. Rev.ma una copia degli Statuti della Pont. Università Gregoriana e Istituti consociati con l'approvazione di questo Sacro Dicastero.

Formulo ora di gran cuore il voto che il Signore nostro Gesù Cristo benedica ancora una volta la benemerita Compagnia che si onora del Suo Santo Nome e la ricambi dell'efficace contributo che presta per il rifiorimento degli alti studi ecclesiastici ampliandone l'opera salutare per la Sua Maggior Gloria!

La ringrazio dell'esemplare degli Statuti in vigore per gli Scolasticati della Compagnia, che ha avuto la cortese premura di inviarmi.

Colgo infine volentieri l'occasione per raffermarLe i sensi della mia venerazione.

Della P. V. Rev.ma
Dev.mo per servirLa
ERNESTO RUFFINI
Segretario.

Al Rev.mo Signore
P. Wlodimiro LEDÓCHOWSKI
Preposito Generale della
Compagnia di Gesù.

tembris 1928 sunt consociata, ad Constitutionem Apostolicam « *Deus scientiarum Dominus* » eidemque adnexas « *Ordinationes* » accommodata, auctoritate a SS.mo D. N. Pio PP. XI sibi facta approbat et ut fideliter observentur praescribit.

Romae, ex Aedibus S. Callisti die 7 Augusti A. D. 1934.

PRAEFECTUS
CAIETANUS Card. BISLETI.

L. ✠ S.

Secretarius
ERNESTUS RUFFINI.

11. **17 augusti 1934.**

Sollemnis Audientia Pontificia in Aedibus Castri Gandulfi occasione quarti Centenarii primorum Votorum S. Patris Ignatii eiusque Sociorum (1).

I.

ORATIO PATRIS NOSTRI AD SUMMUM PONTIFICEM.

BEATISSIMO PADRE,

Quattrocento anni or sono, il 15 agosto 1534, sul far del giorno, nel raccolto silenzio della Cappella di S. Dionigi, detta anche *Sancta Maria Montis Martyrum,* sulla collina di Montmartre, sette studenti dell'Università di Parigi, cioè Iñigo de Loyola, Francesco de Xavier, Pietro Favre, Giacomo Laynez, Alfonso Salmerón, Nicolò Bobadilla e Simone Rodríguez, accesi di santo fervore e di zelo apostolico negli Esercizi spirituali che quasi tutti avevano già fatti per un mese sotto la guida di S. Ignazio stesso, si consacravano a Dio coi voti di povertà e castità e del pellegrinaggio in Terra Santa, dove avrebbero lavorato per la conversione degli infedeli; che se ciò non fosse loro possibile, si sarebbero recati a Roma per mettersi a piena disposizione del Sommo Pontefice.

Quantunque la Compagnia di Gesù non avesse forma e vita di vero Ordine religioso se non sei anni più tardi, quando Paolo III con la Bolla « Regimini militantis Ecclesiae » del 27 settembre 1540

(1) Cf. *Memorab. S. I.,* vol. V, fasc. I, 1934, pagg. 9-11, 15-25.

ne approvava solennemente la prima Formola o Regola fondamentale, tuttavia essa giustamente considera quella festa dell'Assunzione di Maria Santissima dell'anno 1534 come il giorno memorando della sua nascita.

E come allora nessuno splendore esterno ne circondò la mistica culla, così nella ricorrenza di questo quarto centenario ci siamo proposti di festeggiarlo soltanto con più intenso rinnovamento di quello spirito interiore, che fu la vera sorgente delle grandi opere che quei primi nostri Padri con la grazia di Dio poterono compiere a vantaggio della Chiesa. Ma è per noi di gaudio ineffabile e siamo gratissimi alla Santità Vostra, che dopo aver voluto avvalorare con l'Apostolica Benedizione le povere esortazioni inviate testè nel senso sopra indicato a tutta la Compagnia dall'umile successore di S. Ignazio, si degna in quest'occasione ammettere alla Sua augusta presenza questa larga rappresentanza della Famiglia Ignaziana.

Sentiamo difatti di poterci dire in un certo senso una completa rappresentanza della Compagnia per la molteplicità delle nazioni e provincie religiose, per la varietà delle opere e ministeri, per tutta la scala delle varie categorie qui presenti, compresi i rappresentanti del numero sempre crescente dei Soci di rito orientale: vi sono i Novizi, tenere speranze della Compagnia; vi sono i nostri buoni Fratelli Coadiutori; vi sono Scolastici di ogni classe, Retorici, Filosofi, Teologi; vi sono Operai apostolici della Vigna del Signore; vi sono rappresentanti dei Collegi e Istituti, anche Pontifici, cominciando dalla Pontificia Università Gregoriana; vi sono Scrittori e Scienziati, tra i quali non ultimi vengono i Padri che qui stesso lavorano, nella Specola dalla Santità Vostra con tanta munificenza e con intenti di sì apostolico zelo qui fondata (2); vi sono i Superiori con tutta la Curia Generalizia.

E rappresentando così la minima Compagnia di Gesù, ci permetta la Santità Vostra di rinnovare, in questa memoranda occasione, con lo stesso spirito dei nostri primi Padri e a nome dei nostri Fratelli sparsi in tutto il mondo, dall'intimo dei nostri cuori, davanti a Dio e davanti a Voi, Beatissimo Padre, il proposito e l'incrollabile risoluzione di essere sempre alla piena disposizione del Vicario di Gesù Cristo. Questo proposito, da Dio ispirato, era la nota caratteristica dei voti di Montmartre e ha ricevuto la sua più perfetta espressione nel voto solenne della speciale obbedienza che, con vincolo così stretto e così prezioso, ci lega alla Cattedra di

---

(2) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, fasc. II, 1934, pagg. 35-36.

S. Pietro. Siamo deboli di virtù e di forze; ma tutte le nostre forze, quali che siano, le vogliamo spendere con questo stesso spirito col quale nacque la nostra minima Compagnia, spirito di perfetta dedizione ed obbedienza al *dolce Cristo in terra* (3).

Ma affinchè questi nostri propositi, siano efficaci, devono essere avvalorati dalla grazia di Dio. Ed è perciò che di nuovo umilmente imploriamo per tutta la nostra Compagnia l'Apostolica Benedizione, che ci sia certo pegno e segno sensibile di quell'intima forza che viene dall'alto e che sola in mezzo alle tempeste e lotte di questo mondo sicuramente conduce alla vittoria.

Latina interpretatio:

Beatissime Pater:

Quattuor iam saecula sunt elapsa ex quo, die 15 mensis augusti 1534, sub ortum diei, in silentio animos mentesque colligente sacelli Sancti Dionysii, etiam Sanctae Mariae Montis Martyrum nuncupati, super collem « Montmartre » exstructi, septem Universitatis Parisiensis alumni, Ignatius de Loyola, Franciscus Xavier, Petrus Favre, Didacus Laynez, Alfonsus Salmerón, Nicolaus Bobadilla, Simon Rodríguez, sancto fervore et zelo apostolico incensi, dum Exercitia spiritualia peragerent concepto, quibus quidem iam pridem fere omnes, ipso Ignatio duce ac Magistro, per mensem integrum operam navarant, Deo se totos consecrarunt votis paupertatis et castitatis et peregrinationis in Terram Sanctam, ubi pro conversione infidelium allaborare intendebant, ea tamen condicione ut si id exsecutioni mandari non posset, Romam peterent, ibique Summi Pontificis voluntati et mandatis se totos dederent.

Quamquam vero nondum hoc tempore, sed solum sex annos post, cum Paulus III nempe, Bulla « Regimini militantis Ecclesiae », die 27 septembris 1540 data, sollemniter primam eius Formulam seu Regulam fundamentalem approbavit, Societas Iesu formam et vitam veri Ordinis Religiosi habebat, tamen, ipsa Societas hunc diem festum Assumptionis Sanctissimae Virginis Mariae anni 1534 ut diem suae nativitatis iure merito semper consideravit.

Et quemadmodum tunc nullo externo splendore eius mystica incunabula circumfusa fuere, sic in commemoratione quatercentenaria illius eventus, statuimus eum celebrare tantummodo intensiore quadam renovatione illius spiritus interioris, qui verus fons exstitit illorum summorum operum, quae illi primi nostri Patres gratia Dei adiuti in profectum Ecclesiae sunt exsecuti.

---

(3) Ita passim appellabat Summum Pontificem S. Catharina Senensis.

Sed ineffabili quodam gaudio perfundimur, et Sanctitati Vestrae gratissimi nostri animi exsistunt quod, posteaquam voluerit Sanctitas Vestra Apostolica Benedictione efficaciorem efficere humilem exhortationem consilio et fini iam indicato accommodatam, toti Societati nuper ab humili Sancti Ignatii successore missam, dignetur praeterea hac occasione, ad Suam Augustam praesentiam hanc amplam totius Familiae Ignatianae repraesentationem admittere.

Videmur profecto nobis posse nos, certo quodam sensu, integra repraesentatio Societatis dici, quippe qui ex tam multiplicibus Nationibus, et religiosis Provinciis huc convenerimus, cum sint hic repraesentata tam varia opera et ministeria, immo vero adsint hic coram omnes quasi categoriae membrorum nostrae Societatis, non omissis repraesentantibus Sociorum ritus orientalis numero semper crescentium. Adsunt enim Novicii, spes tenera Societatis; adsunt nostri boni Fratres Coadiutores; adsunt Scholastici omnium classium, et litterarum humaniorum studiosi et Philosophi et Theologi; adsunt Operarii apostolici vineae Domini; adsunt repraesentantes Collegiorum et Institutorum etiam Pontificiorum, a Pontificia Universitate Gregoriana exordiendo; adsunt Scriptores et scientiarum periti, quos inter non ultimo loco veniunt Patres qui hac ipsa domo allaborant in Specula, tanta cum munificientia et tam altissimis consiliis zeli vere apostolici a Sanctitate Vestra fundata (4); adsunt denique Superiores cum tota Curia Praepositi Generalis.

Cum igitur tali modo minimam Iesu Societatem repraesentemus, venia Sanctitatis Vestrae liceat nobis, hac memoranda occasione, eodem illo spirito nostrorum primorum Patrum motis, nomine nostrorum Fratrum ubique gentium versantium, coram Deo et coram ipsa Sanctitate Vestra, Beatissime Pater, illud propositum atque nullis cessuram unquam vicissitudinibus animi determinationem iterum profiteri, semper nimirum in deditione et servitio perfecto Domini Nostri Iesu Christi in terris Vicarii perseverandi.

Haec determinata voluntas, a Deo inspirata, quasi nota dici potest propria votorum ad Montem Martyrum emissorum, cuius perfectissima expressio in sollemni voto specialis obedientiae habetur, cuius ope nos cum Ecclesia Christi eiusque Vicario tam arcto tamque pretioso vinculo devincimur.

Debiles sumus et viribus et virtute; sed vires omnes nostras, quantaecumque illae sunt, insumere cupimus eodem illo spiritu quo minima nostra Societas nata est, spiritu scilicet perfectae deditionis et obedientiae *dulci Christo in terris* (5).

Sed ut haec nostra firma voluntas efficax sit, gratia Dei debet insigniri et adiuvari. Quam ut consequamur, iterum humiliter pro tota nostra Societate Apostolicam Benedictionem imploramus, quae pignus et signum sensibile exsistat illius intimae virtutis, quae ex Alto dila-

---

(4) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, fasc. II, 1934, pagg. 35-36.

(5) Ita passim appellabat Summum Pontificem S. Catharina Senensis.

bitur quaeque una per medias huius vitae pugnas et tempestates ad victoriam secure deducit.

II.

ALLOCUTIO SUMMI PONTIFICIS (1).

Ecco, dilettissimi figli, ecco un'udienza veramente imponente, veramente importante, perchè singolarmente importante e, come è stato ben detto, veramente memoranda è la ricorrenza in cui quest'udienza si tiene; e anche l'udienza stessa è e resterà memoranda come la data che le diede occasione. Benchè, non solamente per questo essa è importante, non solo per la ricorrenza memoranda, ma anche proprio per il suo contenuto, diciamo così, reale, personale, per questa rappresentanza così completa, come fu così opportunamente rilevato, rappresentanza di questa grande Compagnia, grande e gloriosa: la Curia Generalizia, Padri occupati in diverse mansioni, Novizi, Fratelli, Scolastici: una rappresentanza davvero piena e completa.

E allora questa rappresentanza non può non metterCi innanzi agli occhi una visione altrettanto grande e grandiosa, ugualmente imponente, la visione di tutto quello che voi rappresentate e non potete non rappresentare, tutta la vostra e Nostra cara Compagnia. Questa Compagnia, in questo momento certamente tutta unita a voi, richiama al Nostro ricordo e Ci mette avanti agli occhi dello spirito e del cuore una veramente « grandis visio », per usare la frase sacra del Profeta, una grande e consolantissima visione di tante attività, di tanti zeli, di tante anime ardenti di carità divina, ardenti del desiderio della gloria di Dio, del bene delle anime, interamente dedite a questi fini così sublimi della Chiesa.

Vi diremo, diletti figli, con tutta semplicità che Noi Ci troviamo uniti con la Compagnia in questa ricorrenza così suggestiva. Dopo quattro secoli la Compagnia torna alla sua Betlemme, diciamo meglio, alle sue Catacombe, che furono quasi pre-

(1) Ex ephemeride « *L'Osservatore Romano* » 19 aug. 1934, et ex privatis notis in ipsa Audientia scriptis.

sagio di quella vita di lotta, di generosità, di martirio, quale è stata la storia vissuta della vostra Compagnia in questi quattro secoli. Sì, dalle Catacombe di Montmartre sorse la Compagnia, come la Chiesa venne su anch'essa dalle Catacombe; e questo pure è un segno e un presagio di quel vincolo, come fu ben definito, così stretto e così prezioso, che doveva avvincere l'opera e i destini della Compagnia all'opera, all'attività della Chiesa.

Non possiamo dunque non felicitarCi con voi di un centenario così solenne e così semplice, così magnifico nella sua stessa semplicità, nel quale, come pure fu rilevato, si celebra anche il trionfo degli Esercizi. Difatti fu opera e fu trionfo degli Esercizi spirituali quello che diede a Montmartre il natale, il battesimo alla Compagnia.

E non possiamo che felicitarCi del modo scelto per commemorare la natività e il battesimo avvenuto in quelle circostanze, nel silenzio di quella « mistica notte », direbbe il Poeta: modo che consiste nel rinnovamento interno dello spirito, senza esteriorità, le quali del resto sarebbero pure legittime, ma troveranno meglio il loro posto nel prossimo centenario. Prossimo, diciamo, senza voler fare conti troppo audaci per Noi, ma lo diciamo per voi, giovani, a cui il cammino della vita è tutto avanti, quasi tutto da percorrere, per Noi invece è già percorso; ad ogni modo cronologicamente è prossimo, nel 1940. Allora saranno a posto anche le feste ufficiali, quando si celebrerà la natività canonica e ufficiale della Compagnia.

Quel modo, dicevamo, di interno rinnovamento, così ben indicato nella lettera, a cui faceva accenno il vostro venerando interprete; quella lettera che così volentieri abbiamo benedetta nel suo comporsi e nel suo inviarsi, e che, per esser in questa festa più intimamente uniti con voi, abbiamo poi voluto leggere attentamente da cima a fondo, e l'abbiamo letta, ve lo confessiamo, con tanto profitto nostro: « De cotidianis pietatis exercitiis rite peragendis ». Questi esercizi di pietà devono essere il pane quotidiano delle anime che « pie volunt vivere in Christo Iesu »: e chi, se non voi, saranno tali anime, voi sui quali scese il Nome stesso di Gesù, come suggello, come proprietà tutta speciale?

Vogliamo poi aggiungere i paterni, cordialissimi auguri, che accompagneremo con le Nostre preghiere, perchè questo rinno-

vamento sia il più abbondante e il più efficace per il vostro profitto spirituale e per tutte le vostre opere. Noi abbiamo un interesse tutto speciale in questo rinnovamento, per quella disposizione iniziale nell'animo dei primi sette campioni di mettersi all'intera e piena dipendenza del Papa, della Santa Sede; disposizione che ha trovato poi più completa espressione nel vostro, si può ben dire, celebre Voto di speciale obbedienza alla Santa Sede.

E qui Ci piace confidarvi (e voi da parte vostra già ne siete e ve ne farete diffusori e irradiatori a tutta la Compagnia) che questo così stretto e così prezioso legame della Compagnia alla Santa Sede forma una delle Nostre più grandi consolazioni. Lo diciamo dal fondo del cuore. Ed è facile intendere, sebbene la vostra modestia ve lo renda difficile a comprendere, quanto sia consolante dal Nostro posto poter contare, calcolare con tutta larghezza su tante anime così ben preparate, così ben formate, a dare esecuzione a questa obbedienza. Ed è questa una delle cose di cui spesso ringraziamo il Signore, di averCi cioè dato in questa Compagnia un aiuto così grande e così sicuro.

Questo è dirvi, come più chiaro non si potrebbe, con quanta e quanto paterna benevolenza Noi dividiamo con voi l'intima solennità di questa celebrazione; è dirvi con quanta benevolenza vi diamo la paterna, l'Apostolica Benedizione, che impartiamo a tutti e a ciascuno di voi, non solo a voi qui fisicamente presenti, ma anche a tutti quelli che rappresentate, poichè per felice necessità Ci suscitate, Ci richiamate alla mente e al cuore quella grande visione a cui accennavamo in principio, fino agli estremi, luminosi, sempre e dappertutto luminosi, orizzonti di quella stessa visione; a tutti della Compagnia, dovunque lavorano e faticano, dovunque spiegano le loro tende *alla maggior gloria di Dio*: questa vostra parola, che è vostra sempre, di ogni momento, e dei grandi momenti e specialmente di questi, vi aiuti a raccogliere i frutti di questa storica e intima celebrazione; vi aiuti al rinnovamento dello spirito, negli esercizi di pietà, che vogliono essere, e voi volete, come sentite di dover volere, che siano il tessuto intimo e sentito di tutta la vita, il fondo su cui possano fiorire le virtù della vita religiosa.

La Nostra benedizione vi accompagni ora e sempre e dovunque; e accompagni voi specialmente, o giovani, a cui sorride

l'avvenire e così fa di voi le promesse e le speranze della Compagnia, perchè abbiate a percorrere il cammino con sempre maggiore alacrità; vi accompagni e vi assista in tutte le mansioni che la Provvidenza e l'obbedienza vi assegneranno.

Non Ci rimane che di esprimere la Nostra gratitudine a Dio di aver concesso a Noi di poter dividere con voi la celebrazione di questa ricorrenza, che ha tutta la ragione di esservi cara e che per felice necessità racchiude in sè le promesse dell'avvenire benedetto da Dio.

Benedictio Dei Omnipotentis etc.

Latina interpretatio:

En, filii dilectissimi, en audientiam vere mirabilem, vere singularem, magnique momenti, quandoquidem singularis cuiusdam etiam momenti, et, ut recte quidem iam dictum est, dignus qui recordatione celebretur, eventus ille est in cuius nimirum saeculari memoria haec audientia locum habet. Ipse etiam hic concursus exsistit et erit dignus qui memoriae committatur, sicut eventus ille ipse qui illi occasionem dedit.

Qui concursus non ob id solum, obque memoria celebrandam commemorationem magni est momenti, sed etiam ob homines ipsos a quibus ille est constitutus, atque ob id quod ipsi, quemadmodum nuper tam opportune est commemoratum, tam plene repraesentatis, utpote qui magnae vestrae Societatis, magnae atque gloriosae, vicem quasi geratis. Hic namque praesens adest tota Curia Praepositi Generalis, Patres bene multi in diversis domibus diversisque ministeriis occupati, Novicii, FF. Coadiutores, FF. Scholastici: repraesentatio profecto plena atque numeris omnibus absoluta.

Quam ob causam repraesentatio huiusmodi non potest non ob oculos ponere Nostros visionem aeque grandem, aeque pulchram, aeque magnificam atque mirabilem, visionem, inquam, earum rerum omnium quas vos et repraesentatis, nec fieri potest quin repraesentetis, totius et vestrae et Nostrae inquam carae Societatis. Quae quidem ipsa Societas tota, vobiscum hac sollemni occasione, atque adeo hoc ipso temporis spatio, procul dubio coniuncta, in Nostram memoriam revocat, atque proponit ob Nostri animi Nostrique cordis oculos quandam vere « grandem visionem », ut propheticis verbis utamur; grandem profecto et consolationibus cumulatam visionem tot tantarumque activitatum, tanti tamque multiplicis zeli, tot animorum caritate divina inflammatorum, deside-

rio divinae gloriae et salutis animarum flagrantium, penitusque his adeo sublimibus Ecclesiae propositis deditorum.

Atque ut Nostram vobis mentem aperiamus, vobis, dilecti filii, profitemur aperte, Nos hac occasione Societati vere esse coniunctos. Quattuor iam saeculis revolutis, Societas ad suam Bethlehem, atque ut satius dicamus, ad suas Catacumbas revertitur, quae praesagium quoddam fuere illius vitae pugnarum plenae, vitae animorum fortitudine decoratae atque martyrio, qualis exstitit historia vestrae Societatis, his quattuor saeculis elapsis.

Et vere, nam ex Catacumbis Montis Martyrum exiit Societas, sicut ipsa quoque Ecclesia ex Catacumbis egressa est; quod sane etiam signum quoddam erat atque indicium illius vinculi adeo arcti atque pretiosi, ut rite definitum est, quod debebat opera atque sortes Societatis cum operibus atque activitate Ecclesiae devincire.

Non possumus facere igitur quin vobiscum gratulemur anniversariam celebrationem adeo sollemnem simulque adeo simplicem et in sua simplicitate adeo magnificam, in qua, quemadmodum etiam commemoratum est, triumphus quoque Exercitiorum spiritualium celebratur. Re enim ipsa Exercitiorum spiritualium opus fuit atque triumphus id quod Societatem ad Montem Martyrum procreavit, ipsique Societati quoddam quasi baptisma contulit.

Non possumus item facere quin vobis modum quoque ipsum gratulemur a vobis excogitatum ad celebrandam nativitatem atque baptisma, tunc temporis collatum, in silentio illius quam poeta « mysticam noctem » appellarit, modum inquam celebrationis per internam spiritus renovationem, missis nunc exterioribus manifestationibus, quae, ceterum, legitimae illae hoc tempore etiam fuissent, sed fortasse meliori quodam consilio eas in aliam anniversariam celebrationem proxime recurrentem amandavistis.

Proxime, inquimus, neque propterea hoc pro Nobis spem longam et audacem nimis inchoamus; sed vobis id dicimus, adolescentes, quibus tota adhuc vitae via restat recurrenda (a Nobis enim ea iam est fere tota peracta). Sed quidquid est, tempore sane proxima est talis celebratio, cum anno 1940 iam recurrat. Tunc melius quadrabunt externae et quasi officiales pompae, cum etiam Societatis nativitas canonica et, ut sic dicamus, officialis celebrabitur.

His vero verbis illum modum celebrationis significare contendimus, renovationis nimirum interioris, tam apprime expressae in illa epistola quam nuper vester venerandus interpres innuebat. Atque hanc sane epistolam, cum ei, Nos dum ea conficeretur dumque ad Societatem mitteretur, tam libenter benedixerimus, a primo

ad ultimum usque verbum praeterea attente postea legimus, ut in hac sollemni celebratione intimius vobiscum coniungeremur; eam perlegimus, et quidem, aperte id vobis fatebimur, haud pauco cum Nostro spirituali proventu.

« De cotidianis pietatis exercitiis rite peragendis ». Haec exercitia pietatis panis cotidianus habenda sunt animorum pietate praestantium, qui « pie volunt vivere in Christo Iesu ». Quinam vero, si non vos, tales animae erunt? vos, inquam, qui Nomen ipsum Iesu geritis ut sigillum et rem vestri maxime propriam?

Est Nobis praeterea in votis, his omnibus gratulationem paternam imo ex corde adiungere, quam Nostris precibus cumulare intendimus, eo videlicet consilio ut haec interioris spiritus renovatio quam maxime copiosa quamque efficacissima pro vestro spirituali profecto atque pro vestris cunctis operibus in salute animarum procuranda vobis contingat. Singulari quodam modo est Nobis cordi illa spiritus renovatio propter dispositionem illam primaevam septem primorum Sociorum in animis insitam, sese totos videlicet committendi integrae atque absolutae Summo Pontifici atque Sanctae Sedi deditioni. Quae animi dispositio pleniorem ut sic dicamus expressionem reperit in vestro illo, optimo iure, celebri voto specialis Sanctae Sedi obedientiae.

Res vero iucunda Nobis accidit, hic vobis communicare (vosque pro parte vestra haec omnia diffundite postea et irradiate per totam Societatem), illud tam arctum tamque pretiosum vinculum Societatis cum Sancta Sede unam ex maximis Nostris consolationibus exsistere; idque a Nobis imo ex pectore profertur. Facile constat (quamvis modestia vestra id vobis captu difficile reddat), quantum consolationis Nobis afferat in hoc Nostro loco pro certo scire, posse Nos semper uti plena cum fiducia, et plenissime uti tot hominibus tam bene dispositis, et tam bene formatis, ad reducendam in praxim talem obedientiam. Idque una ex illis rebus exsistit, ob quas saepe saepius Domino Nostro gratias agimus, dedisse Nobis, scilicet, in hac Societate, tam magnum tamque certum auxilium.

Quod sane perinde est ac vobis dicere, adeo clare ut clarius exprimi vix possit, quanta cum benevolentia quamque paterna Nos participes efficiamur intimae sollemnitatis huius anniversariae celebrationis. His verbis exprimere etiam contendimus quanta cum benevolentia Nos vobis paternam, Apostolicam impertiamur Benedictionem, vobis qui huc pervenistis hanc benedictionem in communis Patris domo recepturi.

Quam benedictionem elargimur omnibus vobis et singulis,

nec solum vobis hic coram adstantibus, sed etiam omnibus illis quos repraesentatis; nam felici quadam necessitate illam grandem visionem excitatis in Nobis, et in mentem et in cor Nostrum eam revocatis, quam in exordio orationis innuebamus, quaeque sese protendit usque ad fines aciem visus delimitantes extremos, eosque luce suffusos, fulgore semper et ubique coruscantes. Benedicimus igitur omnibus ex Societate, ubicumque illi laborant atque desudant, ubicumque illi castra figunt *ad maiorem Dei gloriam*. Quae tessera cum sit vestri propria semper et omni puncto temporis, et magni momenti temporibus, maximeque in praesentibus, sit vobis etiam auxilio ad fructus huius intimae et historicae commemorationis colligendos, sit vobis auxilio ad renovandum spiritum interiorem in exercitiis pietatis quae debent esse, quaeque vos vultis sint, quemadmodum etiam sentitis vos velle debere, textura vitalis et intima totius vitae et quasi fundus in quo possint ceterae aliae virtutes, virtutes vitae religiosae florescere.

Nostra benedictio vos comitetur, nunc et semper et ubique comitetur, maxime vos, adolescentes, cui futurum tempus arridet, et sic vos efficimini sponsio et spes Societatis, ut viam vitae maiori semper cum alacritate percurrere possitis; vos comitetur et propitia adsit in omnibus locis, quos divina Providentia et sancta obedientia vobis assignaverint.

Nihil aliud Nobis reliquum est nisi ut Deo Nostros gratos animos exhibeamus quod Nobis occasionem praebuerit una vobiscum concelebrandi sollemnitates huius commemorationis, quae iure meritoque omnibus cara esse debet, quaeque felici quadam necessitate promissiones futurorum eventuum a Deo benedictorum in se continere videtur.

Benedictio Dei Omnipotentis etc.

12. **15 decembris 1934.**

Summus Pontifex Apostolatum Orationis dilaudat eique gratias agit. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. IACOBUM ZEIJ
DIRECT. GEN. DELEG. APOST. ORAT.

Dal Vaticano, 15 dicembre 1934.

REV.MO PADRE,

Mi è grato comunicare alla P. V. Rev.ma che Ella ha procurato all'animo dell'Augusto Pontefice un motivo di giusta e

soave gioia con l'invio dell'« *Annuarium Apostolatus Orationis* » (1935), eloquente testimonianza del fervore ognora più vivo, con cui si attende nel mondo intero a una forma di apostolato così potente e lodevole.

E' con vero piacere poi che la Santità Sua dalla lettera aggiunta all'omaggio ha rilevato che una nuova iniziativa ha raccolto unanimità di plauso e di consensi: la Crociata per la S. Messa. Tale felice orientazione delle anime verso una partecipazione sempre più fervorosa e cosciente all'incruento Sacrificio Eucaristico non solo lascia presagire che di crescente ricchezza di grazie si avvantaggeranno gli ascritti al pio Sodalizio, ma altresì che la loro forza apostolica diverrà ancora più profonda e penetrante: la S. Messa infatti è per gli uomini la perenne e inesausta sorgente di benefici divini.

Mosso da tali paterni sentimenti il Sommo Pontefice rivolge al Signore preghiere che voglia consolare e fecondare la nobile fatica della P. V. come pure dei Direttori diocesani e locali della Pia Unione, e a tutti imparte, accompagnata da fervidi voti di bene, la Benedizione Apostolica.

Personalmente grato dell' esemplare a me destinato, mi valgo volentieri dell'opportunità per confermarmi con sensi di sincera stima

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

Latina interpretatio:

Ex Aedibus Vaticanis, die 15 Decembris 1934.

Reverendissime Pater,

Gratum mihi est Paternitatem Vestram Rev.mam certiorem facere, quam iusti suavisque gaudii causam Augusti Pontificis animo attulerit, offerendo Ei *Annuarium Apostolatus Orationis* (*1935*), quod sane eloquenter testatur crescentem semper fervorem quocum in mundo universo tam efficaci tamque laudabili apostolatus generi vacatur.

Cum vera autem voluptate, ex litteris Annuario oblato additis, intellexit Sanctitas Sua, novum aliquod inceptum maximam approbationem atque cooperationem nactum esse: Cruciatam nempe Mis-

sarum. Ex propensione enim huiusmodi animarum, ut in incruento Sacrificio Missae maiore semper cum fervore et lumine partem habere studeant, augurari licet, ascriptos Piae huic Unioni non solum crescentibus gratiarum divitiis locupletandos esse, sed profundiorem etiam et acriorem apostolicam vim esse consecuturos: siquidem S. Missa hominibus revera est divinorum beneficiorum fons perennis et inexhaustus.

Talibus paternis sensibus permotus, Summus Pontifex preces ad Deum fundit, ut tum R.ae V.ae tum Moderatorum Dioecesanorum et Directorum localium nobilem laborem solari et fecundum reddere dignetur, et omnibus, una cum fervidis votis, Benedictionem Apostolicam impertit.

Ego vero, gratus de volumine mihi quoque misso, libenter hac occasione utor, ut cum peculiari existimationis sensu me profitear

Paternitatis Vestrae Rev.mae
addictissimum in Domino
E. Card. Pacelli.

Rev.mo P. Iacobo Zeij, S. I.
Directori Gen. Delegato
Apostolatus Orationis.

13. **Anno 1934.**

In quibusdam aliis Actis Apostolicae Sedis, anno 1934 editis, de Societate Iesu eiusve Sanctis aut Sodalibus aut operibus honorifica fit mentio.

I.

(*5 iunii 1933-1 maii 1934*).

In sollemni Conventione, seu Concordato, inter Sanctam Sedem et Rempublicam Austriacam inita die 5 iunii 1933 et die 1 maii 1934 ratihabita, haec de Facultate theologica Universitatis Oenipontanae, Societati (Prov. Austriae) commissa, statuuntur (1):

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pag. 254.

« Articolo V.

§ 1. . . . . Resta inteso che la Facoltà teologica dell'Università di Innsbruck rimane immutata nel suo carattere particolare, sopra tutto per quel che riguarda la composizione del suo Corpo docente ».

« Artikel V.

§ 1. . . . . Es besteht Einverständnis darüber, dass die theologische Fakultät der Universität Innsbruck insbesondere bezüglich der Zusammensetzung ihres Lehrkörpres in ihrer Eigenart erhalten bleibt ».

II.

(1 octobris 1933).

In Litteris Apostolicis « Paterno animo » ad Em.^{um} Card. Caietanum Bisleti de erigendo et dedicando Seminario Regionali Beneventano, clero saeculari commisso:

« ... Hisce Litteris Apostolicis Nostraque auctoritate, ipsa in nova aede Beneventanae urbis in loco quem vocant ab Angelo et S. Felice exaedificata, ex nunc Seminarium Regionale Beneventanum a Nostro Nomine nuncupandum, et sub protectione tam *S. Aloisii* quam Sanctae Teresiae a Puero Iesu a Nobis ipsis positum, canonice erigimus et constituimus... » (2).

III.

(24-25 februarii 1934).

In decreto de « tuto » (24 febr. 1934) pro beatificatione Ven. Antonii M. Claret, Archiepiscopi, Fundatoris Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V. († 1870):

« . . . . . Cum ad praedicandum apud infideles Evangelium mitti optaret, Urbem petiit a Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Cardinali Praefecto missionem petiturus. Sed, eo ab Urbe absente, spiritualibus exercitationibus interim incubuit, et in Societatem Iesu ingressus est. Ob morbum, quo fuit in crure tentatus, e tirocinio exire coactus, P. Ioannis Roothaan Soc. Iesu

(2) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pag. 53.

consilio in Hispaniam reversus, Vicarius factus est oppidi Viladrau .... » (3).

Eadem fere habentur in Litteris Apostolicis, quibus idem Venerabilis Dei Servus die 25 februarii 1934 Beatus renuntiatus est (4).

IV.

(*4 martii 1934*).

In Litteris Decretalibus de peracta canonizatione S. Mariae Michaelae a SS. Sacramento, in saeculo Mariae Michaelae Desmasières López, Vicecomitissae de Jorbalán, Fundatricis Sororum Ancillarum SS. Sacramenti et a Caritate († *1865*):

« ..... [Eius mater], gravi correpta morbo, mortalis sui cursus proximum sentiens finem, filiam dilectissimam sacerdoti doctrina et virtute praecellenti, cui nomen Eduardus Rodríguez Carasa, inclitae tum in Hispania suppressae Societatis Iesu sodali, enixe commendavit ..... — Ille vero Pater Carasa, qui quoad vixit maximus eius consiliarius et spiritus moderator prudentissimus fuit, aliam illi pietate et virtutibus praeclaram matronam dedit sociam, Ignatiam Rico de Grande ..... — Novi autem huius Sodalitii constitutiones ... ipsamet Famula Dei, sui confessarii Patris Carasa hortatu iussuque, ac non sine aliquo divino afflatu, exaravit.... » (5).

V.

(*9 maii 1934*).

In decreto de Introductione causae Servae Dei Mariae Teresiae de Soubiran, Fundatricis Societatis Mariae Auxiliatricis († *1889*):

« ..... Ex cineribus Institutum, veluti frumentum in terra mortuum, vegetius resurrexit et ita increvit, ut novam formam,

(3) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pag. 199.

(4) Cf. *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pag. 175.

(5) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pp. 530, 534.

locorum et temporum adiunctis accommodatam, Patrum e Societate Iesu, praecipue Servi Dei Pauli Ginhac, consilio, Serva Dei ei dare constituerit ..... — Quum itaque, iuris ordine servato, nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi posset, Rev.mo P. Carolo Miccinelli S. I. Causae Postulatore instante, die 8 maii mensis Em.mus ac Rev.mus D. Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae Ponens seu Relator in ordinario S. H. C. coetu dubium proposuit: *An signanda sit* etc.... ».

VI.

(*13 iunii 1934*).

In Litteris Apostolicis « Sanctae Romanae Ecclesiae », quibus S. Antonius Patavinus Patronus aeque principalis cum S. Francisco Borgia constituitur totius Lusitaniae ([6]):

« Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, hodiernus Lisbonensium Patriarcha ([7]), nomine quoque ceterorum Archiepiscoporum atque Episcoporum Lusitaniae, ad Nos refert admodum in votis esse clero populoque omni e Lusitania, ut pro Nostra benignitate Sanctum Antonium Confessorem, a Padua vulgo nuncupatum, Patronum aeque principalem, una cum *Sancto Francisco Borgia* Confessore, universae Lusitaniae renuntiare dignemur.... — Ut igitur propterea votis memoratis concedamus, ...Sanctum Antonium Patavinum Confessorem, totius Lusitaniae apud Deum Patronum aeque principalem una cum *Sancto Francisco Borgia* confirmamus ac declaramus...... ».

VII.

(*13 iunii 1934*).

In decreto de Introductione causae Servae Dei Mariae Ameliae Fristel, Fundatricis Instituti Sororum Sacrorum Cordium Iesu et Mariae († *1866*):

([6]) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVII, 1935, pagg. 43-44.

([7]) Em.us Card. Emmanuel Gonçalves Cerejeira.

« . . . . . Sacerdos e Societate Iesu spiritus moderator ei fuit, eamque perfectionis viam docuit, puella egregie respondente . . . » (8).

VIII.

(14 octobris 1934).

In « Nuncio Radiophonico » a Beatissimo Patre ad urbem Bonaerensem datum ad exitum Congressus universalis XXXII *Eucharistici*:

« . . . . Haec ominantes a Deoque suppliciter precantes, paternam manum super vos omnes et singulos in persona Christi extendimus, et Benedictionem Apostolicam peramanter impertimus, dicentes: Per intercessionem Beatae Mariae semper Virginis de Luján singularis patronae Reipublicae Argentinae, Beati Michaelis Archangeli, Beati Ioannis Baptistae, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, *Beatorum Martyrum Rochi González, Alphonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo,* sed et omnium Sanctorum, Benedictio Dei Omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super vos et maneat semper » (9).

IX.

(17 novembris 1934).

In Allocutione Pontificia ad praeclaros Viros qui ad Congressum Internationalem Iuridicum Romae convenerant (10):

« . . . Vestri etiam, in iuridicis studiis, socii personam gerere asseruimus et huiusmodi persona pro solemni occasione veluti induti, velimus et Nos de venia E.mi Card. Serédi Rel. Gen. (11)

---

(8) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pag. 603.

(9) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pag. 578.

(10) Ex ephemeride « L'Osservatore Romano », an. LXXIV num. 269, 19-20 nov. 1934. — Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, fasc. III, 1934, pagg. 139-142.

(11) Em.mus Card. Iustinianus Georgius Serédi, O. S. B., Archiepiscopus Strigoniensis et Primas Hungariae, Relator Generalis fuerat de-

aliqualem et aliquantulam relationem Nostram praeclaris vestris quasi coronam afferre. Fuimus enim aliquando in huiusmodi studiis et quidem toti. Aliquando, inquimus, nam ab ipso Pontificatus initio et dein per succedentes annos — paucis subsecivis et quasi furtivis horis interdum exceptis — sollicitudine omnium Ecclesiarum incessanter instante, dicere debuimus illud scholasticis examinum pericula subeuntibus nimis notum: *oportet studuisse.*

« Fuimus tamen aliquando, ut dictum est, in vestris studiis, nam et ante quatuor supra quinquaginta annos hac ipsa anni tempestate, Romam — profecto non sine arcano Dei consilio — (in aliam universitariam urbem et ad alia studia iam destinati) ab amantissimo Archiepiscopo Nostro, post expletos Mediolani theologicos cursus, inopinato mittebamur, ut iudiricis studiis praecipue incumberemus, et deinde tum in Mediolanensi Seminario docentibus, tum bibliothecis Ambrosianae et Vaticanae addictis, dilecta studia excolere plus minus licuit. Fuit autem in ipso primo anno Romani studii Nostri elegans admodum inquisitionis et lucubrationis thema propositum: *intima habitudo Digesti et Codicis ad Decretales.* In qua veluti remota praeparatione (si licet dicere) Nostra in hanc praesentem hebdomadam et horam, antecessorem habuimus in Gregoriana Universitate Patrem Baldi S. I. (12) acerrimae Minervae et solidissimae doctrinae virum, exponendo textui addictum, Institutiones tradente P. Sanguineti (13), eruditissimo item eodemque disertissimo viro. Non sine intimo et profundo animi sensu tantorum in scientia et religiosissimorum in primis virorum nomina dilaudantes coram vobis evocamus, quos tam bene novimus et tam alte admirati fuimus et quos per integros tres annos tanto intellectuali gaudio et tanta totius reliquae vitae utilitate audivimus.

« Relatio Nostra — ut ad eam tandem deveniamus — brevissima erit: ipsa enim eius inscriptio omnia dicit maxime vobis qui melius intelligitis quam quis disserere queat. Est autem

---

signatus qui de rebus in Congressu actis plene ad Summum Pontificem referret.

(12) P. Petrus Baldi (Prov. Rom.) obiit Florentiae die 15 iunii 1929, aetatis anno 87.

(13) P. Sebastianus Sanguineti (Prov. Taurin.) obiit Romae die 27 ianuarii 1893, aetatis anno 64.

inscriptio: *Tituli Digestorum et Codicis conformem Decretalium ordinem demonstrantes.* Haec inscribebamus Ipsi, laudato P. Baldi dictante, notarum libello nunquam oblivioni dato, sed tantum nuperrime reperto, anno scholastico 1879-1880. Uti statim videtis non agitur tantum de sporadicis quibusdam et peculiaribus ut ita dicam contactibus inter Romanam et Canonicam Legem, neque agitur de profundis et generalibus illis habitudinibus de quibus nonnullae inter Relationes vestras tam praeclare disseruerunt, sed agitur de toto et integro Systemate, de tota et intima structura utriusque Iuris.

« Qua inquisitione penitus et undequaque perfecta, prouti Nobis P. Baldi duce datum est, plura emolumenta habentur. Nam, ut alia taceamus, melius conspicitur et magis iuste pro merito aestimari potest ipsius structurae relativa utique perfectio, non solum in lege romana sed etiam in lege canonica prouti aestimaverunt praeclarissimi homines quales Cujacius, Zallinger, Schmalzgrüber ([14]). Dein vero clarius profecto apparet quomodo legislatio romana et canonica non solum mutue perfici et amice coniurare, verum etiam in unum coalescere potuerint imo et debuerint, in bonum inaestimabile mirabilis illius creaturae Sanctae Catholicae Ecclesiae, quae fuit *Christiana societas* seu *Christianitas.* — Melius etiam intelligitur praeclarum et profundum illud Leonis XIII effatum: « *Ius Canonicum sine iure civili perinde esse ac theologiam sine philosophia* »; et plene denique comprehendimus quam vere meditatus sit St. Thomas Aquinas et etiam nunc verum sit: *Romanum imperium nondum cessavit, sed commutatum est de temporali in spirituale, per sacrosanctae Romanae Ecclesiae regimen quae totius orbis praecipuum obtinet magistratum* (in II^{m} ad Thess., XI).

« Vetat hora, vetat angustia temporis — nec ipsa sola — ut in Relatione Nostra diutius immoremur. Potius, . . . desideranter dicimus: *exoriare aliquis* (Virg., *Aeneid.*, IV, 25), ex confratribus equidem et heredibus P. Baldi, qui eius studia resumat et in publicam utilitatem traducat. . . ».

([14]) Ex his « praeclarissimis » viris ultimi duo sunt de nostra Societate: P. Iacobus Zallinger (1735-1813), P. Franciscus Schmalzgrüber 1663-1735); cf. Sommervogel, *Bibliothèque d. l. C. d. J.*, respective vol. VIII coll. 1445-1448, et vol. VII coll. 795-798. De Cujacio, seu Iacobo Cujas, tolosano, cf. Hurter, *Nomenclator*, tom. III coll. 333-334.

Acta beatificationis BB. Martyrum Rioplatensium (1).

14. **25 ianuarii 1934.**

Decernitur « tuto » procedi posse ad sollemnem Venerabilium Martyrum Rochi González et Sociorum beatificationem. - Decr. S. C. Rit. (2).

BONAEREN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII

VENERABILIUM SERVORUM DEI

ROCHI GONZALEZ DE SANTA CRUZ

ALFONSI RODRIGUEZ ET IOANNIS DEL CASTILLO

E SOCIETATE IESU.

I.

DECRETUM.

SUPER DUBIO: *An stante approbatione martyrii et causae martyrii nec non dispensatione a signis seu miraculis ad tramitem can. 2116 § 2 Iuris Canonici,* TUTO *procedi possit ad sollemnem eorumdem Venerabilium Servorum Dei beatificationem.*

Ineffabile redemptionis opus, quod tam multis mirabilibus peractum est mysteriis, magnifice in ara crucis effulsit, quum Rex martyrum Christus, dum doctrinam, quam praedicaverat, suo obsignavit sanguine, supremum nobis caritatis testimonium dedit, innocens pro peccatoribus moriens. *Aspicientes* autem *in auctorem fidei et consummatorem Iesum* (Hebr. 12, 2), innumeri per decurrentia saecula martyres ultro ei reddidere nobile sanguinis testimonium. Quo dum pio cruore, veluti regia pur-

---

(1) Acta praecedentia v. supra, pagg. 322-338.

(2) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pagg. 101-104.

pura, Mater Ecclesia, Christi sponsa, rutilat, simul mirifice Crucis Domini virtus exaltatur, a qua *martyrium sumpsit omne principium* (Miss. fer. V post Dom. III in Quadrag.). Merito igitur gratulandum quod, vertente hoc anno prae omnibus sacro, quo peractae redemptionis mysterium undevicies centenaria sollemnitate celebratur, novi Martyrum Catalogo fortissimi inscribantur heroes, qui vitam pro Christi fide dilatanda fortiter profudere.

Hi sunt Rochus González de Santa Cruz, Alfonsus Rodríguez et Ioannes del Castillo, omnes sacerdotes, Societatis Iesu Sodales, qui saeculo decimoseptimo, dum sylvestres Indorum tribus in America meridionali apostolica evangelizabant caritate, a barbaris illis crudeliter interfecti sunt. Quorum si pretiosa fuit mors, et praenobilis exstiterat vita.

Rochus González, in urbe Assumptione Paraquariensi nobili genere anno 1576 natus, adolescentiam innocentissime emensus, ac sacerdotati ministerio sanctissime in sua Dioecesi perfunctus, postquam Societati Iesu, praesertim ad vitandos honores, nomen dedit, eo impenso studio ad lucrandas Christo sylvicolarum animas flagravit, ut apostolici viri laudem prae primis sit assequutus. Nullis enim fatigatus laboribus, nullis periculis territus difficillima itinera ad inexploratas regiones suscepit, ut miseras illas barbaras tribus ad Christi lumen adduceret. Eique maxime vertit laudi, quod non pauca ex illis oppidis condiderit, quibus *Reductionum* factum est nomen, in quas sylvestres homines volentes adducebantur ad civiles artes una cum christiana disciplina addiscendas. Quod maximum erat illis emolumentum, quatenus ab hostilibus subtracti incursibus, omnique metu liberati, christianae ac civilis societatis aptissima eis forma tranquille regebantur.

In postrema, quam paulo ante instituerat, huius generis missionali *statione* sanctissimus vir, nequissimo regulo magicis artibus addicto mandante, sicariis ex improviso aggredientibus effracto ei capite occisus est. Id contigit die 15 Novembris mensis, anno 1628 in *Reductione* cui *Omnium Sanctorum* nomen indiderat, eo quod in eorum festo die, quindecim ante diebus eam constituisset.

Comites ei fuere apostolatus ac martyrii, quos supra nominavimus, Alfonsus Rodríguez et Ioannes del Castillo. Ambo hi

in Hispania nati et in adolescenti aetate Societati Iesu adlecti, Cordubae in America perfectis studiis et sacerdotio aucti, mira morum innocentiae et pietatis laude florentes, urgente Christi caritate, se, ut novi milites veterano duci, adiunxerunt Rocho; eum in postrema sua apostolica peregrinatione ad ferocissimas prae ceteris tribus interiorum Uruquariensium regionum sequuti.

Alfonsus eodem die eodemque loco, quibus Rochus, trucidatus est, dum, populi clamoribus excitus, ad socium iam vulnere confectum accurrebat. Moriens Alfonsus prope ecclesiae limen procubuit, in qua paulo ante Missae sacrificium peregerat.

Ioannes del Castillo perendie in proxima *Reductione* ab *Assumptione* nuncupata, quam Rochus die 15 Augusti mensis eodem anno fundaverat, eique concrediderat, multis suppliciis antea affectus, lapidibus obrutus, Iesu nomine pie invocato, exspiravit.

Sic tres gratissimae Deo hostiae terram illam, quam sudoribus rigaverant, suo sanguine purpurantes, cecidere, ut olim, Deo donante, uberiores fidei segetes orirentur.

Alfonsus aetatis annum trigesimum primum agebat, Ioannes tertium et trigesimum quum mortem oppetiere.

Cui nobili triumpho illud accedit decus atque ornamentum, quod ab iis Servi Dei perfido consilio necati fuerint, pro quorum non solum ad fidem conversione, sed et pro quorum libertate et tranquillitate tuendis strenue adlaboraverant.

Sed et illud accedit etiam singulare, quod ex iis qui in America Australi sanguinem pro Christo fudere, primi hi Beatorum honores assequantur; novam, ut sperare iuvat, feliciorum tempore spem in ea nobili regione Ecclesiae portendentes. Maxime quum is, qui dux ceteris fuit, Rochus González, primus omnium ex Americae Meridionalis filiis martyrii gloria inclarescat: ut quemadmodum Rosa Limana candido virginitatis decore, ita Rochus purpureo martyrii flore primus regiones illas nobilitet.

Frustra in eorum cadavera ira persecutorum desaeviit, ea discerpens atque comburens; nulla enim umquam aetas gloriosi eorum martyrii famam abolevit, quae coaevis consignata gravissimis documentis, quin et tribus statim post beatam eorum mortem in Curiis Bonaërensi, Corrientensi et apud Can-

delariam confectis processibus confirmata, ad nostra usque tempora vivida permansit. Id novus informativus processus in Archiepiscopali Curia Bonaërensi anno 1928 instructus demonstravit, qui ad Urbem transmissus validusque recognitus atque, addita historicae Sectionis accuratissima relatione, rite examinatus in Ordinaria Congregatione diei 5 Iulii anno 1932 viam aperuit ut Commissio Introductionis Causae a SS.mo D. N. die 13 eiusdem mensis signaretur. Deinde servatis novissimis Motusproprii SS.mi D. N. Pii Pp. XI praescriptis, universa historicorum documentorum mole a Consultoribus Historicae Sectionis cribrata, suisque suffragiis illustrata, in tribus consuetis Congregationibus res acta est, Antepraeparatoria scilicet die 25 Aprilis anno 1933, Praeparatoria die 13 Iunii, ac Generali coram SS.mo D. N. die 28 Novembris eiusdem mox elapsi anni; ac tandem die 3 superioris mensis Decembris, Dominica prima Sacri Adventus sollemni Decreto edictum est: *Ita constare de martyrio et causa martyrii Venerabilium Servorum Dei Rochi de Santa Cruz, Alfonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo ut indulta dispensatione super signis seu miraculis pro Ven. Ioanne del Castillo, et quatenus opus sit, pro aliis duobus, ad ulteriora procedi possit.*

Postremum dubium supererat discutiendum: *An stante approbatione martyrii et causae martyrii nec non dispensatione a signis seu miraculis ad tramitem can. 2116 § 2 Iuris canonici, Tuto procedi possit ad sollemnem dictorum Venerabilium Servorum Dei Beatificationem.* Dubium hoc in Generali Congregatione coram SS.mo D. N. habita die 18 mensis huius, Romanae S. Petri Apostoli Cathedrae sacra, R.mus D. Cardinalis Alexander Verde proposuit. R.mi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores unanimi suffragio in affirmativam concessere sententiam.

Beatissimus vero Pater Suum definitivum iudicium hodierna die promere statuit, Conversioni S. Pauli Apostoli dicata. Quare R.mos Cardinales Camillum Laurenti S. C. R. Praefectum, et Alexandrum Verde, Causae Ponentem seu Relatorem, necnon R. P. Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem, meque infrascriptum Secretarium convocari iussit, sancteque Eucharistico Sacrificio celebrato, edixit: Tuto *procedi posse ad sollemnem Venerabilium*

Servorum Dei Rochi González de Santa Cruz, Alfonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo Beatificationem.

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit, Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis sollemnibus, quum primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis expediri iussit.

Die 25 Ianuarii Anno Domini 1934.

C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. CARINCI, *Secretarius.*

II.

ORATIO REV^{mi}. P. GULIELMI A S. ALBERTO
PRAEP. GEN. CARMELITARUM DISCALCEATORUM AD SUMMUM PONTIFICEM [1].

BEATISSIMO PADRE,

E' con vera e profonda commozione che il Carmelo tutto intero sente in questo solenne momento l'imperioso bisogno di manifestare alla presenza augusta della Santità Vostra la sua gioia più pura nella certezza di vedere ormai vicina la suprema glorificazione di un'altra delle sue figlie predilette.

E mentre dall'intimo del nostro animo cantiamo l'inno soave di riconoscenza a Dio e alla Santità Vostra che con l'odierna approvazione dei due proposti miracoli viene a sanzionare che la voce di Dio si è voluta unire a quella degli uomini, adoriamo le mirabili disposizioni della Provvidenza la quale ieri con la beatificazione del La Colombière [2], oggi con quella di tre intrepidi Martiri,

---

(1) Ex ephemeride « *L'Osservatore Romano* » an. LXXIV n. 20 (26 ian. 1934). — Simul cum nostro promulgatum est etiam decretum de miraculis pro sollemni canonizatione B. Teresiae Margaritae Redi a SS. Corde, Virginis Carmelitidis († 1770, aetatis anno 23); ideoque pro utraque causa gratias egit Summo Pontifici Rev.^{mus} Praepositus Carmelitarum Discalceatorum. — Beata Teresia Margarita Redi canonizata est die 19 martii 1934.

(2) V. *Acta Rom.*, vol. VI, 1929, pagg. 216-223.

vuole rendere la nostra letizia comune con i figli della Compagnia di Gesù, per tanti titoli gloriosa e a noi sempre particolarmente cara (3). Gli aiuti saggi e prudenti da essi prestati alla nostra Madre incomparabile S. Teresa di Gesù, sono e saranno sempre vivi tra i figli del Carmelo Riformato.

L'apoteosi felicemente raggiunta da quest'altra piccola Teresa che con la vita della Carmelitana di Lisieux ha tanti e sì meravigliosi contatti; la suprema glorificazione di questo « virgulto d'antica radice, cui risero scienza e poesia » (4), umile e nascosta figlia del Carmelo di Firenze, aggiungerà, Beatissimo Padre, non soltanto un altro fiore di delizioso profumo alla già stupenda corona di Beati e Santi che renderanno indimenticabile nei futuri tempi quest'anno della nostra felice Redenzione, ma darà al mondo tuttora troppo disorientato, un altro esempio ad essere imitato per avere un po' di pace vera *in hac lacrimarum valle* e la gloria imperitura nel Cielo.

Le fanciulle apprenderanno dagli esempi e dalla vita di questa angelica creatura, già santa e matura per il Cielo a soli 22 anni di età, la sommissione alle proprie educatrici nei collegi e la venerazione affettuosa ai genitori nelle loro famiglie; questi, i genitori, la dolce e sana maniera di formare per Dio e per la società la loro prole, sacrificandone a Dio stesso, con cuore lacerato, spesso la migliore; le sacre Vergini vi troveranno la via regia che nei lunghi e tanto soavi silenzi del chiostro, nel nascondimento e nell'oblio di se stesse le condurrà calme e sicure nella salita ardua del mistico monte fino all'unione con Dio, e al pari di questo giglio immacolato null'altro cureranno che « ardere tutte in quell'amore immenso » (Manni).

Sì, tutte queste anime predilette ma specialmente le sue numerose consorelle dei 450 Carmeli sparsi in tutto il mondo, seguendo

(3) Etiam ipsa familia naturalis huius novensilis Sanctae cum nostra Societate multiplici nexu devincta erat: eius patruus P. Didacus Redi, et duo ex eius fratribus, Franciscus Xaverius et Didacus Petrus Redi, Societatem ingressi sunt; hi tamen duo erant adhuc Scholastici cum Societas anno 1773 suppressa est; ambo sacerdotes saeculares et canonici Cathedralis Aretinae dein effecti. Cf. P. Stanislao di S. Teresa, Carm. Scalz., *Un Angelo del Carmelo*: *S. Teresa Margherita del Sacro Cuore di Gesù*, Milano, 1934, pagg. 4, 37, 58, 306. — Confessarius vero et Director spiritualis ipsius Sanctae, praesertim tempore quo de sua ad Carmelum vocatione agebat, fuit P. Hieronymus M. Cioni, item e nostra Societate: cfr. *ibid.*, pagg. 35-37, 78-79, 316.

(4) Giuseppe Manni, delle Scuole Pie: *Ode a Teresa Margherita Redi.*

la via semplice tracciata dalla B. Teresa Margherita, potranno rendersi gloriose di quel martirio che — come recentemente ci diceva la Santità Vostra (5) — « il mondo non conosce nè conoscerà mai perchè compiuto da queste vittime innocenti a null'altro intente se non ad allontanare — e quante volte li allontanano — proprio dal mondo i rigori della divina giustizia per attirarli su le proprie persone » (6).

La lieta speranza poi di sapere sì prossima la glorificazione dei primi fiori purpurei del Sud America, porterà immensa consolazione a quelle generose popolazioni, accenderà di nuovo ardore il desiderio per più elevate ascensioni, risalderà quella fede per la quale i tre intrepidi martiri, figli tutti di S. Ignazio e il Ven. P. Rocco González figlio autentico anche di quelle nazioni, lasciarono la loro vita e profusero il proprio sangue.

Ed è consolante insieme e commovente, giunti felicemente al declinare di quest'Anno Santo, riflettere alle meravigliose disposizioni della Provvidenza che ha voluto circondare l'amato nostro Redentore di nuovi martiri, di nuovi confessori, di eroiche vergini, illustrando così di nuovo e immortale splendore la Chiesa, sua protetta e diletta Sposa.

Beatissimo Padre! A tanti e si magnifici esempi di eroismo le due intere famiglie, che noi abbiamo la gioia di rappresentare ai piedi del vostro augusto Trono, non devono rimanere e non rimarranno insensibili e inerti, ma con sempre nuovo fervore intendono, vogliono seguire le orme di sì illustri campioni, stringendosi sempre più affettuosamente alla cattedra infallibile del Vicario di Cristo, per vivere e difendere quella stessa fede per la quale si vive e si soffre serenamente negli ignorati chiostri, si lavora con ardore e con il solo miraggio del Cielo in mezzo al popolo cristiano, si combatte *usque ad effusionem sanguinis* dove la luce ineffabile del Vangelo non è entrata ancora con tutto il suo affascinante splendore.

La Vostra benedizione, Beatissimo Padre, che noi imploriamo genuflessi dalla Santità Vostra, avvalori questi nostri sentimenti, si estenda a tutti i membri delle due famiglie sparsi in tutto quanto il mondo, arrivi specialmente ad allietare il fortunato Carmelo di Firenze che con le spoglie tuttora incorrotte della B. Teresa Margherita Redi ne ha ereditato lo spirito di amore, di preghiera e di sacrificio.

---

(5) In Allocutione die 3 dec. 1933 habita post editum decretum de martyrio eorundem Martyrum Rioplatensium.

(6) V. supra, pag. 336.

III.

RESPONSUM SUMMI PONTIFICIS (1).

Il Santo Padre desiderava anzitutto affrettarsi a dare il Suo più cordiale benvenuto a quei dilettissimi figli che erano giunti dalla lontana America meridionale per rallegrare, condecorare e rendere più bella quella felicissima adunanza (2). Benvenuti essi; e tanto più cari quanto più lontani, lontani, s'intende bene, geograficamente, giacchè, per la stessa ragione e spiritualmente, essi sono i più vicini, sempre, al pensiero ed all'affetto del Padre, il Quale a Sua volta, confida, sa di dovere e poter confidare nella rispondenza di pari pensiero e sentimento da parte di quei Suoi figli lontani.

Un benvenuto poi di gran cuore ad entrambe le grandi famiglie religiose della Compagnia di Gesù e dei Carmelitani Scalzi, così largamente e degnamente rappresentate alla riunione, e che avevano così particolare ragione di essere in prima fila nel godimento di quello squisito spirituale convito che la Divina Bontà aveva preparato.

Magnifico, largo convito! Erano passate dinanzi agli occhi numerose, splendide, radiose figure dei Martiri — come si poteva ben desumere dal discreto latino dei Decreti letti —; era passata la candida figura della Vergine Carmelitana; e gli uni e l'altra erano stati nuovamente rivisti in una luce anche più chiara, più facile, più aperta agli occhi di tutti, nel commento che seguiva i Decreti stessi, e nel quale non solo erano state fatte rivivere le figure stesse dei Martiri e della Beata, ma erano stati anche tanto utilmente indicati tutti quei tratti di possibile, necessaria imitazione che, a tutti ed a ciascuno, quei grandi Servi di Dio presentano.

Perciò il Santo Padre non vedeva se non la possibilità di aggiungere qualche riflesso che la circostanza speciale del tempo particolarmente suggeriva; la circostanza giustamente pur rilevata, dell'Anno Santo, che ormai volge al suo termine, l'An-

(1) Ex ephemeride « *L'Osservatore Romano* » an. LXXIV n. 20 (26 ian. 1934).

(2) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, fasc. II, 1934, pagg. 30-31.

no Santo della Redenzione. Ora, con questa semplice denominazione si vuol dire, si sa, l'Anno Santo del Redentore, nel Quale l'opera della Redenzione — e perciò la figura, la persona stessa del Redentore — sta in capo a tutto e signoreggia veramente l'orizzonte spirituale di tutto questo santissimo tempo.

Un primo riflesso, nei riguardi dei Martiri, era indicato dal Santo Padre come proveniente proprio dal Redentore stesso. Il Redentore, il Divin Crocifisso, il Divino Maestro: veri redentori anch'essi, questi nostri grandi Martiri, che — come se fosse stato proprio predisposto con particolare industria — portano il divino Nome nel loro nome di famiglia religiosa: *Gesuiti*, di Gesù Redentore. E redentori anch'essi, cioè discepoli veri, completi, plenari del Divino Maestro, del Divino Redentore, martiri del Martire Redentore; e ciò realmente, poichè si può ben dire che tutta l'opera della Redenzione è passata nel loro pensiero, negli affetti del loro cuore, nell'attività loro. Una redenzione, la loro, anzitutto soprannaturale ma poi anche naturale e propriamente umana; individuale e sociale; ed in ciò essa si collega pure a tutta l'opera del Divin Redentore, il Quale è bensì venuto a darci la vita soprannaturale, portando con ciò alle anime la sostanza stessa della Redenzione; ma non è questo solo che noi Gli dobbiamo; Gli dobbiamo anche — quasi effluvi e riflessi di questa stessa vita soprannaturale — tutti quei perfezionamenti, elevazioni, risanamenti che ne vennero alla vita naturale stessa, anche quelli della vita puramente umana; redenzione perciò altresì naturale; tutto quell'insieme che si dice civiltà cristiana. Ed è ben giusto che questa civiltà si chiami, si debba anzi chiamare cristiana, poichè tutto quello che di civile, di veramente civile, sopravvive in questa cosidetta civiltà moderna, che tanto ha di profondamente incivile e qualche volta di profondamente pagano, inumano, tutto è riverbero della Redenzione soprannaturale, della Redenzione cristiana. Ed è bene a questa Redenzione, a quest'opera del Divin Redentore che attinsero attraverso i secoli, e anche ai giorni nostri attingono tante e tante anime; e tutte e ciascuna in essa trovano la propria attrazione, l'alimento, la consolazione, l'elevazione, la sublimazione alle più nobili altezze soprannaturali a cui son pervenuti così gli individui come anche i popoli. Fe-

lici infatti quei popoli che hanno saputo conservare questi tesori e che di essi sanno usufruire!

Ed ecco i tre grandi Martiri ripetere, nelle proporzioni ad essi concesse, l'opera della Divina Redenzione in tutte le sue parti: sono tante anime, centinaia di migliaia le anime da essi prima e poi da altri che li seguirono convertite, redente, risanate ad una ad una, fino a formare non solo popoli di redenti, ma proprio popoli redenti, nei quali essi hanno saputo infondere, in tutta la sua dolcezza e soavità, il tesoro della vita cristiana e sociale, della vita socialmente cristiana. E fu un saggio unico nella storia questo delle gloriose « Riduzioni », un saggio veramente glorioso di vita sociale e civile, di vita totalmente cristiana. Ci voleva proprio — e bisogna pur dirlo — tutta la malvagità degli uomini, tutta la perversità del nemico di ogni bene, del demonio e dei suoi ministri, per gettare la rovina in un edificio così bello, così benefico, così glorioso per la stessa umanità, per la stessa umana inventiva.

Ma — continuava l'Augusto Pontefice — c'è qualche cosa che ancora più intimamente avvicina questi Martiri al Divin Redentore; ed è lo spirito che li animava, quello stesso spirito che ciascuno di noi ha imparato ad una scuola divina: « *Dilexit me et tradidit semetipsum pro me* ». Con questo spirito essi prima di essere le vittime dei loro carnefici, furono le vittime della loro carità, del loro amore verso quei poveri Indi infelici, dalla vita depravata, avvilita.

Questo amore, come appare anche solo a chi scorra rapidamente la storia della loro vita, li spinse ad emulare tutte le provvidenze paterne, di tutte le tenerezze materne, tutte le dedizioni fraterne in vantaggio appunto di quei popoli. E' uno spettacolo questo che onora l'umanità intera, questa umanità che ha lasciato, è vero, tante pagine di cui non ci possiamo gloriare anzi dobbiamo invece confondercene e vergognarci, ma ha scritto anche pagine gloriose, altrettanto gloriose che umane, pagine cristiane, cristianamente ed umanamente benefiche.

Un altro riflesso scaturisce poi dalla considerazione della vita di questi Martiri: essi sembrano presentarsi al Divin Redentore per dire a Lui: lo sappiamo, lo confessiamo, lo proclamiamo, vi obbediamo tutto, ma ecco che tutto vi abbiamo reso e restituito. Come noi, infatti, così essi tutto hanno ricevuto dal

Divin Redentore che è anche il nostro Divino Creatore, « *in quo omnia, per quem omnia, a quo omnia* ». A lui dobbiamo le stesse energie e ricchezze della natura, i tesori ancor più inestimabili della grazia, i benefici della vita presente — breve episodio della nostra esistenza — le speranze della vita futura, il possesso dell'eterna gloria: tutto dobbiamo a Lui.

Felici perciò questi santi Martiri che possono dire: ecco tutto quanto abbiamo ricevuto, tutto abbiamo restituito. Poichè le ricchezze di cui questi tre eroi erano così largamente dotati, come già i grandi Santi che hanno tracciato vie tanto luminose — e tracce non meno luminose avrebbero lasciate per qualunque altra via si fossero incamminati — tutte queste ricchezze, tutto questo tesoro, ingegno, forze, sanità, vita, tutto essi dedicarono, consacrarono con fervore incessante, irrefrenabile, al bene di quei poveri selvaggi, di quelle anime da redimere e da essi redente.

E anzitutto essi hanno offerto il tesoro della vita, presupposto di tutti gli altri doni divini; e con tutta verità, perciò possono ripetere: « la vita che mi desti, ecco ti rendo ».

Per la maggior parte degli uomini, è già moltissimo che questo atto di dedizione della vita sia un atto di dolorosa, penosa rassegnazione, un sacrificio, nel quale il morente sembra essere ed è la vittima della morte; questi grandi eroi invece, eroi della vita e della morte, sono come soldati che vanno al generale e dicono: ecco la nostra vita; e ciò non come atto di rassegnazione, ma come generosa, lieta e grandiosa offerta.

Con la vita Essi avevano ricevuto, come tutti noi, il tesoro soprannaturale della vita della grazia. Sembra che questo tesoro non possa essere restituito a Dio: è dato perchè l'anima se lo tenga, se l'immedesimi, perchè sia il sostegno della vita presente, pegno e ragione della gloria futura. Ma ecco che Essi hanno saputo trovare il modo di fare una vera e adeguata restituzione anche là, dove non sembrava possibile; andarono a portare questo tesoro della grazia ad innumerevoli altre anime. E' quello che hanno fatto, fanno e faranno sempre i nostri missionari, apostoli e strumenti della Redenzione; anime privilegiate che portano la vita soprannaturale a tanti popoli: vocazione gloriosa, questa, che mette l'uomo nella possibilità e gli dà la capacità di pagare alla pari un debito d'infinita gratitudine.

A questo punto il Santo Padre osserva che tutte queste cose benchè le avesse appropriate ai Martiri si possono applicare anche a ciascuno di noi. Infatti, davanti a queste grandi figure, si affaccia spontanea ed imperiosa la domanda: e noi che abbiamo ricevuto non minori grazie, che cosa facciamo? che cosa ne facciamo? Ed ecco la Vergine Carmelitana, Teresa Margherita Redi, rientrare così opportunamente in questo quadro, nel quale, a prima vista, sembrava non potesse trovar posto. Stanno bene a capo del corteo, che accompagna il Salvatore nell'Anno diciannove volte secolare della Redenzione, i Martiri: sono al loro posto con lo splendore della porpora del loro sangue; ma anche la Vergine Carmelitana ha il suo posto, lo deve avere, nel corteo di Colui che, se è il Re dei Martiri, è anche l'Agnello Immacolato, che si pasce tra i gigli.

A Lui non piacciono nè la porpora sola nè i gigli soli, ma riuniti. Ed anche il giglio della Vergine Carmelitana — chiusa nel nascondimento e fino a ieri quasi universalmente ignorata — non dava solo, per dirla col poeta, il profumo sterile sparso ai deserti del cielo, ma era un tesoro fruttuoso di grande energia, di grande operosità. Anch'essa va al Divin Redentore a presentarGli il profumo e tutto il fiore della sua giovane vita: questo sacrificio venne consumato con invitta costanza, nel martirio quotidiano della vita già di per sè così austera come quella del Carmelo; vita di una regolarità squisita, di un nascondimento assoluto; tutto ciò accompagnato da un fervore ardente di carità che si immolava alla gloria di Dio, dello Sposo Celeste, ed al bene delle anime da Lui redente col Suo Sangue.

Veramente la Vergine Carmelitana sta al suo posto vicino ai Martiri; sta bene il candore della purezza liliale che viene ad avvolgere la porpora stessa dei Martiri; il candore e la porpora, l'uno e l'altra impersonati, fatti persone in un modo drammatico, quasi come un commento animato a quelle belle parole di S. Gregorio Magno: « *unum sine altero Ei placere non potest* »; a lui non piace (pensiero grave, regola come una di quelle senza eccezioni) nè il fervore dell'energia e delle opere senza la castità, nè la castità senza le opere.

Bisogna che la carità venga a rendere fruttifera di opere la purità in tutte le sue candide, bellissime irradiazioni; e bi-

sogna che la purità, a sua volta, con tutte le sue candide tinte venga ad impreziosire le opere della carità.

Dopo questi riflessi, non restava al Santo Padre che rispondere alla aspettativa e ai desideri dei partecipanti all'eletta riunione con l'impartire la Sua paterna Benedizione in tutte quelle direzioni per cui era stata invocata: a tutti i presenti, a tutti quelli che essi rappresentavano: primieramente alle rappresentanze grandiose, magnifiche, evocatrici delle due famiglie religiose che si rallegrano in una santa letizia, la quale legittimamente in modo particolare può localizzarsi nella Casa Religiosa del Carmelo di Firenze. Sopratutto poi il Santo Padre intendeva benedire i pellegrini dell'America Meridionale, venuti ad allietarsi con Lui per queste primizie di Martiri, figure bellissime, glorie delle loro regioni, specialmente per il Capitano dell'eroico gruppo, Rocco González, e anche perchè, con gli altri convenuti, essi rappresentavano in quel momento al Santo Padre, una parte così importante della Sua grande famiglia cattolica, sicchè ben poteva Egli chiamarli e salutarli come una rappresentanza mondiale.

Con tali intenti il Santo Padre impartiva l'Apostolica Benedizione, pregando Iddio che la confermasse con tutte le Sue grazie, per intercessione di queste anime a Lui grandiosamente amiche, nella misura o dismisura del sangue per Lui versato o per Lui sacrificato nella perfezione, nel martirio della castità religiosa.

Il Santo Padre impartiva quindi la Benedizione Apostolica.

15. **25 ianuarii 1934.**

Approbantur orationes liturgicae adhibendae in sollemniis beatificationis Venerabilium Martyrum Rioplatensium. — Rescript. S. C. Rit.

IN SOLLEMNIIS BEATIFICATIONIS

BB. ROCHI GONZALEZ DE SANTA CRUZ, ALFONSI RODRIGUEZ ET IOANNIS DEL CASTILLO S. I.

MARTYRUM.

Missa « Sapientiam » de Communi plurimorum Martyrum 2° loco.

Oratio

Deus, qui nos concédis beatórum Mártyrum tuórum Rochi, Alfónsi et Joánnis natalícia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum.

Secreta

Múnera tibi, Dómine, nostræ devotiónis offérimus: quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre Justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

Præsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus beátis Martyribus tuis Rocho, Alfónso et Joánne; ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.

Concordat cum originali. In fide etc.

Romae, 25 ianuarii 1934.

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

16. **28 ianuarii 1934.**

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS

VENERABILES SERVI DEI

ROCHUS GONZALEZ DE SANTA CRUZ
ALFONSUS RODRIGUEZ ET IOANNES DEL CASTILLO

OMNES E SOCIETATE IESU PRESBYTERI

BEATI RENUNTIANTUR.

PIUS PP. XI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Dei viventis militum, qui Martyres Iesu Christi in propaganda tuendaque Evangelii veritate coronam incorruptibilem in regno caelorum sibi compararunt, seriem nulla unquam con-

clusit aetas, atque eorumdem mirabiles historiae, a primis Ecclesiae saeculis ad recentiora usque tempora, novis semper titulis effulgent. At cum sanguinis Martyrum semen sit Christianorum, semen illud effusum ad barbaras gentes Evangelii lumine inlustrandas uberrime et agrum Domini abunde fecundat. Id nimirum septimo decimo saeculo ineunte apud Americae Meridionalis gentes — nunc tam religiosis sensibus inclitas — etiam evenit, opera Venerabilium Dei Servorum Rochi González de Santa Cruz, Alfonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo, qui, Martyres Rioplatenses, veterum Christi Apostolorum facinora aemulati, atrocissima quaeque pro Iesu pati, ipsamque cruentam vitae iacturam facere, ita suo sanguine Evangelii praedicationem obsignantes, minime dubitarunt. In amplissimo itaque Meridionalis Americae territorio, quod, fluminibus de Paraná, de Paraguay ac de Uruguay nec non horum magno numero affluentibus circumscriptum, nunc ad Argentinam, Brasilianam, Paraquariensem atque Uruquariensem respublicas pertinet, iidem Venerabiles Servi Dei suos apostolicos diuturnos labores mirifice sustinuere evangelizantes Indos, ipsosque barbaros adhuc vagosque per montes ac silvas ad oppida reducentes, iuxta constituta et consuetudines missionarias alumnorum Societatis Iesu, quae illis in regionibus non modo de religiosa re sed de ordine quoque sociali et civili optime est merita.

Eorundem autem Dei famulorum veluti dux et magister Rochus González de Santa Cruz iure censetur. Ipse Assumptione in urbe, quae praecipua etiam tunc erat civitas in finibus de Paraguay, anno MDLXXVI nobili genere natus, christianis virtutibus, castitate praesertim, in exemplum puer adhuc enituit, et vix adulescens eremiticam etiam vitam petere, sed perperam, conatus est, parentibus cognatisque redarguentibus. Curriculo expleto studiorum, sacerdotio auctus, spretis commoditatibus et honoribus, antea in regiones fluminis superioris Paraguay ad Indos ibi degentes catechizandos se contulit, dein vero ministerium paroeciale naviter gessit templi cathedralis Sanctissimae Assumptionis; at postea dioecesis suae Curator et Vicarius generalis electus, munere ipso se abdicavit, atque ut ad maiorem Dei gloriam adlaboraret impensiori studio et caritate, anno MDCIX Societatem Iesu ex inopinato, sed feliciter ingressus est. Vix sex post menses in novitiatu transactos iam Rochus

missioni Guaycuruum trans ripam fluminis Paraguay destinatur, atque ex tunc usque ad gloriosum obitum per viginti circiter annos missionarium munus ea animi fortitudine eoque caritatis impetu continenter exercuit, ut vix credas mortali homini tantum roboris animi suffecisse tot aerumnis laboribusque perferendis.

Anno MDCXII ad Missionem Sancti Ignatii de Paraguay missus, in perficiendo oppido temploque in exstruendo ipse Dei Servus architectus, faber, lignarius et coementarius, sicuti etiam postea, factus plurimum laboravit, sed maiorem etiam operam in Indos christiana lege educandos insumpsit: idque non modo in locis *reductioni*, uti aiunt, sive oppido S. Ignatii finitimis, sed in tota quam attingit flumen de Paraná regione, ubi oppida plura vel Missiones constituit, inter quae memoratu dignum oppidum apud Itapuanos, cum in oppido ipso seu in reductione de Itapuá anno MDCXIX religiosam Societatis professionem sollemnem tandem nuncupaverit. Mense Octobri eiusdem anni millesimi sexcentesimi ac noni decimi, iussu Provincialis, Missiones de Uruguay condendas aggreditur; proindeque difficillimis itineribus in inexploratas eatenus regiones se confert, Uruquarienses dictas, ex flumine de Uruguay, easque ad mortem usque excolit. Oppidulis nuncupatis a Conceptione de Uruguay, a S. Nicolao de Piratiní, a S. Francisco Xaverio de Yaguaraití, a Candelaria de Caarapá, ab Assumptione de Yjuhí, a Regibus Magis de Yapeyú fundatis, ea sollicite visitat et curat, eaque omnibus ecclesiasticis facultatibus, et civilibus etiam post annum MDCXXVI, munitus, omni contentione provehit, adhibita sollertissima opera Sociorum, quos provincialis Societatis Iesu moderator eidem mittit.

Nam, post aliquos alios, sanctum ad barbaros Indos Evangelium praedicaturus Venerabilis Dei Servus ultimis suae vitae temporibus socios quoque habuit Alfonsum Rodríguez et Ioannem del Castillo. Ambo prae Rocho aetate multo iuniores, in Hispania orti, — primus enim in dioecesi Zamorensi anno MDXCVIII, alter Conchensis dioecesis in oppido Belmonte anno MDXCVI natus est, — in Hispania adhuc adulescentes in Societatem Iesu adlecti sunt; ambo, iam anno millesimo sexcentesimo sexto decimo ad urbem Cordubensem in America missi, ibi perfuncti studiis et sacerdotio aucti, urgente

caritate Christi, arduas illas periculosasque missiones, quas Venerabilis Rochus moderabatur, expetierant. Alfonsus Rodríguez nitidissimi animi candore fulgens, Iesu Christi passionem multis effusis lacrimis recolebat, fervidissimo in Deum et in proximum amore aestuabat. Neque minori morum innocentia enitebat Ioannes del Castillo, nec minori ferebatur caritatis studio pro adducendis ad Iesum Christum indigenis, quorum iura et causam contra etiam colonos oppressores, ad exemplum Venerabilis Rochi, fortiter defenderat. Eum Venerabilis Rochus, in Indorum de Caaró fines iter faciens, ex oppidulo S. Nicolai translatum, Missioni ab Assumptione de Yjuhí nuncupatae, recens conditae, praeficit; dein desiderio Indorum memoratorum ut satisfaceret, una cum Alfonso Rodríguez Omnium Sanctorum de Caaró reductionem sive oppidum, quod ultimum est seu septimum inter missionalia oppidula a Venerabili Rocho in finibus Uruquariensibus constitutum, die prima mensis Novembris anno MDCXXVIII fundavit.

Sed iam mors imminebat Martyribus! Maleficus enim quidam eius regionis princeps Niezú, odio abreptus in Christi praecones, qui per sanctissimam Evangelii doctrinam Indos a magicis erroribus et a moribus inhonestis retrahebant, sicarios minis territos mittit, qui novos missionarios caede interimant, sacraque eorum omnia vastent. Ipsiusmet mensis Novembris die decima quinta, post Missam, Venerabilis Rochus, dum e trabali stipite cymbalum rituale appendit, ex improviso a proditore lapideae securis ictu percussus, disrupto capite occubuit. Socius Alfonsus, externo clamore excitatus, dum e sacello ad iam demortuum Rochum accedere conatur, lethalibus vulneribus acceptis in ipso ecclesiae limine exanimatus procidit. Utriusque Martyris tum corpora discerpta una cum ecclesia, direptis quoque et profanatis sacris supellectilibus, comburuntur. Caedem interea idem Niezú inferendam Ioanni del Castillo suis sicariis mandat, qui illum die Novembris decima septima a tergo agressi devinciunt, fustibus caedunt, morte afficiendum decernunt. Tunc Ioannes, dum per aspera crudeliter raptatur saxisque contunditur, sui finis explorata causa, Iesum pie invocat, in ultimo vitae discrimine ad caelum cor erigit, donec lapidibus obrutus tandem exspirat. Corpus

vero eius, feris dilaniandum frustra relictum, flammis postea datum est.

Post Venerabilium Servorum Dei occisionem, multi ex indigenis regionis illius non sine periculo vitae sacras exuvias repetunt, easque ad Candelariam deferunt in duabus sindonibus bene compositas; quae postea ad Conceptionem missae, inibi sollemniter receptae fuere. Quare cum martyrii statim vulgata fama magis magisque in dies in populo invaluisset, summisque etiam honoribus reliquiae Servorum Dei in oppidum a « Conceptione » nuncupatum allatae, tanquam reliquiae Martyrum Christi in odium fidei peremptorum pie devoteque habitae ac servatae fuerint, de honoribus Beatorum Martyrum eisdem Venerabilibus Dei Famulis tribuendis causa inchoata est, ita ut iam anno MDCXXIX in Curia Bonaërensi, cuius antiquos intra fines gloriosum heroum agmen obtinuerat coronam, processus Ordinarii adornati sint.

Sed plures ob rationes postea causa diu siluit, deperditis quoque interim tribus informativis processibus iam Romam transmissis, qui tantum nuperrime una cum aliis, numero et pondere gravissimis, documentis coaevis inventi sunt. Novo proinde super fama martyrii Servorum Dei peracto in Archiepiscopali Curia Bonaërensi processu, et praehabito studio Sectionis Historicae Sacrae Rituum Congregationis, Nos ipsi omnibus rei momentis attente perpensis, die XIII m. Iulii an. MCMXXXII Introductionis Causae Commissionem manu propria obsignavimus. Iuxta proinde novissima praescripta, loco apostolici processus ab eiusdem Historicae Sectionis Consultoribus accuratissima trutina, iterum omnia quae ad causam spectabant documenta sunt excussa ac probata. Antepraeparatorio postea coetu die XXV m. Aprilis an. MCMXXXIII, et Praeparatorio die XIII m. Iunii insequentis habitis, Generalis Conventus coram Nobis die XXVIII m. Novembris, eodem anno, coactus est, et cum profecto constiterit trium eorundem Servorum Dei internecionem apprime evenisse in odium catholicae religionis et solam Christianam Fidem fuisse causam illius, Nos sollemni decreto die III m. Decembris novissime praeteriti de martyrio et causa martyrii Rochi González de Santa Cruz, Alfonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo constare declaravimus. Super signis sive miraculis de more dispensatum

est pro Venerabili Ioanne del Castillo, indulta quoque, quatenus opus sit, dispensatione pro aliis duobus Dei Famulis.

Cum igitur de martyrio martyriique causa constaret, illud superabat ut Sacrorum Rituum Cardinales et Consultores rogarentur an tuto procedi posse censerent ad sollemnem eorumdem Dei Servorum beatificationem. Hoc praestit dilectus Filius Noster Alexander Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Verde, Causae Ponens seu Relator, in generali Sacrorum Rituum Congregatione coram Nobis in Vaticanis Aedibus habita die XVIII m. Ianuarii volventis anni MCMXXXIV, omnesque tum Cardinales tum qui aderant Patres Consultores unanimi consensu affirmative responderunt. Nos vero die tantum XXV huius mensis Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, et praedicto Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Verde, Causae Relatore, una cum dilectis filiis Salvatore Natucci, Fidei promotore generali, nec non Alfonso Carinci, memoratae Sacrorum Rituum Congregationis secretario, sollemniter ediximus *tuto* procedi posse ad ipsorum Dei Famulorum beatificationem.

Quae cum ita sint, precibus permoti cleri populique Rerumpublicarum Argentinensis, Brasiliensis, Paraquariensis atque Uruquariensis, nec non sodalium omnium e Societate Iesu, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore facultatem facimus ut iidem Venerabiles Dei Famuli Rochus González de Santa Cruz, Alfonsus Rodríguez et Ioannes del Castillo, omnes e Societate Iesu presbyteri, *Beati* in posterum appellentur, eorumque Martyrum Rioplatensium corpora et reliquiae, si quae supersint, publicae proponantur venerationi, non tamen sollemnibus in supplicationibus deferenda; itemque permittimus ut imagines eorum Servorum Dei radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus ut de eisdem Beatis quotannis Officium recitetur de Communi plurimorum Martyrum cum lectionibus propriis per Nos adprobatis, ac Missa pariter celebretur per Nos item adprobata, servatis Missalis et Breviarii Romani rubricis, dumtaxat tamen in dioecesibus Rerumpublicarum quas supra diximus nec non in templis seu sacellis ac domibus ubique terrarum sitis Iesu Societatis, cuius ipsi Dei Famuli fuerunt sodales, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam regularibus,

qui horas canonicas recitare teneantur; et, quod ad Missas attinet, a sacerdotibus confluentibus ad templa sive sacella in quibus Beatorum eorundem festum celebretur. Denique largimur ut sollemnia eorundem Servorum Dei peragantur, servatis servandis, in praedictis dioecesibus atque in templis seu sacellis ac domibus, quae memoravimus, die per respectivum Ordinarium vel Ordinis praelaudati moderatorem designando, infra annum postquam eadem sollemnia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana celebrata fuerint. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non decretis de non cultu editis, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet.

Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint et Praefecti eiusdem Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce Litteris ostensis haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII mensis Ianuarii, an. MCMXXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

17. **29 ianuarii 1934.**

Conceditur facultas et datur Instructio pro triduanis festivitatibus celebrandis in honorem novensilium Beatorum Martyrum Rioplatensium. — Rescrip. S. C. Rit.

SACRA RITUUM CONGREGATIO.

BEATISSIME PATER,

Carolus Miccinelli, Postulator Generalis Societatis Iesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, enixe petit ut in omnibus eiusdem Societatis Iesu Ecclesiis et Oratoriis, necnon in Dioecesibus in quibus novensiles Beati Rochus González de Santa Cruz, Alfonsus Rodríguez et Ioannes del Castillo, Martyres ipsius Societatis, orti sunt et martyrium subierunt, Triduana solemnia celebrari valeant intra annum a Beatificatione.

Quum vero in Hispania, ob iniquas rerum condiciones, impos-

sibile evadat has triduanas solemnitates in templis Societatis Iesu celebrare, Orator humillime petit ut in alienis Ecclesiis vel Oratoriis peragi valeant, de consensu locorum Ordinarii, cum iisdem privilegiis et indulgentiis.

BONAEREN.

Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum, attentis expositis peculiaribus adiunctis, benigne annuit pro gratia celebrationis Triduanae Solemnitatis Beatorum Martyrum Rochi González de Santa Cruz, et Sociorum, iuxta preces, cum privilegio Missae propriae et Indulgentiae plenariae ac partialis, iuxta annexam Instructionem (1); servatis de cetero omnibus de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 29 Ianuarii 1934.

L. ✠ S. C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

Acta quaedam in aliis Causis NN. BB. et VV.

18. **17 martii 1934.**

Conceditur facultas construendi processum apostolicum in Urbe de quodam miraculo, ut fertur, pro canonizatione B. Bernardini Realino. — Rescript. S. C. Rit.

NEAPOLITANA seu LYCIEN.

CANONIZATIONIS

BEATI

BERNARDINI REALINO S. I.

Cum quaedam miraculosa, uti fertur, sanatio patrata sit in favorem Dominae Olympiae Barroero Lazzaroni, Romae commorantis, per intercessionem B. Bernardini Realino S. I., Rev.mus

(1) V. *Acta Rom.*, vol. VI, 1930, pagg. 457-459.

P. Carolus Miccinelli, Causarum Societatis Iesu Postulator Generalis, ad pedes Suae Sanctitatis provolutus humiliter petiit facultatem pro E.mo Cardinali Urbis Vicario ut ad constructionem processus apostolici super asserta sanatione procedere possit (1).

Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum specialiter sibi tributarum a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI, benigne petitam facultatem concessit peragendi dictum apostolicum processum super asserta sanatione iuxta consuetas normas. Servatis omnibus de iure servandis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 17 Martii 1934.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

19. **23 mart.-5 maii 1934.**

Facultates quaedam conceduntur et novus Cardinalis Ponens seu Relator eligitur in causa beatificationis Ven. P. Iuliani Maunoir (1). — Rescript. S. C. Rit.

CORISOPITEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

IULIANI MAUNOIR

SACERDOTIS PROFESSI S. I.

I.

Cum apud Sacram Rituum Congregationem iam reperiatur rite clausus et sigillis munitus processus auctoritate apostolica

(1) Causa B. Bernardini Realino in ordinem ad canonizationem reassumpta est per decretum S. Rit. Congr. die 1 maii 1902 latum, cum iam tum de novis miraculis fama percrebuisset; sed, variis de causis, processus non sunt confecti. Nunc vero agitur de quodam miraculo recenti.

(1) V. etiam supra, pag. 343.

constructus super assertis miraculis a Deo patratis intercedente Servo Dei Iuliano Maunoir, Sacerdote Professo Societatis Iesu, Rev.mus P. Carolus Miccinelli, eiusdem Societatis Postulator Generalis, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XI, suppliciter exoravit ut facultatem dignaretur concedere qua dictus processus aperiri possit. Sacra porro Congregatio Rituum, attentis expositis, vigore facultatum specialiter sibi tributarum ab Eadem Sanctitate Sua, benigne petitam facultatem concessit ad effectum de quo agitur. Servatis omnibus de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 23 Martii 1934.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

II.

Cum per obitum cl. me. E.mi D.ni Francisci Card. Ehrle S. I. (2), Causa Servi Dei Iuliani Maunoir, Sacerdotis Prof. S. I., suo orbata sit Cardinali Ponente, Rev.mus P. Carolus Miccinelli, Societatis Iesu Postulator Generalis, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XI suppliciter exoravit ut benigne dignaretur alium ex Eminentissimis Patribus Sacris tuendis Ritibus Praepositis in dictae Causae Ponentem eligere ac deputare. Sanctitas porro Sua, referente R. P. D. Sanctae Fidei Promotore Generali in audientia diei 18 Aprilis 1934, benigne dignata est annuere pro gratia et in praefatae Causae Ponentem elegit ac deputavit E.mum Card. Petrum Segura y Sáenz, cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 18 Aprilis 1934.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

---

(2) Obiit Romae die 31 martii 1934.

III.

Cum quaedam miraculosa sanatio patrata feratur in dioecesi Venetensi, intercedente Servo Dei Iuliano Maunoir Sac. e S. I., Rev.mus P. Carolus Miccinelli, Postulator Generalis pro Causis beatificationis et Canonizationis eiusdem Societatis Iesu, ad pedes Suae Sanctitatis provolutus humiliter petiit Remissoriales Litteras ad conficiendum in dicta dioecesi apostolicum processum super asserto miro. Sacra autem Congregatio, vigore facultatum specialiter sibi tributarum a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI, benigne annuit pro gratia, et praefatas Remissoriales Litteras benigne concessit, dirigendas Exc.mo Episcopo seu Ordinario Venetensi et quatuor sacerdotibus, in aliqua dignitate ecclesiastica, si fieri possit, constitutis, ab eodem Exc.mo Viro in iudices eligendis ac deputandis, vel, ipso absente et annuente, tres saltem iudices semper et coniunctim omnibus et singulis actis processus adsistant, facta insuper potestate eidem Exc.mo Viro, alium vel alios in iudices nominandi, in casu impedimenti vel mortis unius vel plurium, qui tamen sint ex eodem coetu, adsignato demum termino unius anni, a praesentatione et aperitione earumdem Remissorialium Litterarum computando, ad praedictum processum absolvendum.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 5 Maii 1934.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

20. **18 aprilis 1934.**

Eligitur Cardinalis Ponens seu Relator in causa beatificationis Servorum Dei Martyrum Libanensium (1). — Rescript. S. C. Rit.

VICARIATUS APOST. ALEPPEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII

SERVORUM DEI

EDUARDI BILLOTET ET SOCIORUM S. I.

Ad Sacram Rituum Congregationem iam delato processiculo diligentiarum super scriptis quae dicto Servo Dei eiusque Sociis tribuuntur, Rev.mus P. Carolus Miccinelli, Societatis Iesu Postulator Generalis, Sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam XI suppliciter exoravit ut benigne dignaretur eligere ac deputare in Ponentem dictae Causae Martyrii Servorum Dei Eduardi Billotet et Sociorum e S. I., aliquem ex Eminentissimis Cardinalibus sacris tuendis Ritibus praepositis, cum omnibus facultatibus opportunis et necessariis. Sanctitas porro Sua referente R. P. D. Sanctae Fidei Promotore Generali in audientia diei 18 Aprilis 1934, benigne annuit pro gratia et in dictae Causae Ponentem elegit ac deputavit E.mum Card. Petrum Segura y Sáenz.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 18 Aprilis 1934.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

---

(1) Sunt sex: P. Eduardus Billotet, Gallus, e Prov. Lugdunensi; Fr. Coad. Ferdinandus Bonacina, Italus, e Prov. Romana; Fr. Coad. Libanenses Elias Jonas, Ioannes Maksud, Alfonsus-Haidar Habêish (Prov. Lugdun. adscripti); et candidatus scholasticus indigena Honoratus Habêish. Praeter Fr. Alfonsum Habêish qui occisus est in urbe Deir-el-Kamar die 21 iunii 1860, alii omnes occisi sunt die 18 iunii eiusdem anni 1860 in urbe Zahle. — Cf. P. Aug. Carayon S. I. *Notes historiques sur cinq Jésuites massacrés au Mont-Liban en* 1860, Poitiers, 1865; — item P. Lorenzo Rocci S. I., *I sei Martiri del Libano,* Isola del Liri, 1927.

21. **18 iulii 1934.**

Eligitur Cardinalis Ponens seu Relator in Causa beatificationis Servi Dei Petri Ios. de Clorivière (1). — Rescript. S. C. Rit

PARISIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

PETRI IOS. DE CLORIVIÈRE

SAC. PROF. E SOC. IESU.

Cum Causa Beatificationis Servi Dei Petri Ios. Clorivière, Sac. Prof. e Soc. Iesu, suo careat Cardinali Ponente, Rev.mus P. Carolus Miccinelli, Causarum Beatificationis et Canonizationis S. I. Postulator Generalis, Sanctissimum Dominum Nostrum exoravit ut benigne dignaretur eligere ac deputare aliquem ex E.mis Patribus sacris tuendis Ritibus praepositis in praefatae Causae Ponentem seu Relatorem. Sanctitas vero Sua, referente R. P. D. Fidei Promotore Generali in audientia diei 18 iulii 1934, benigne dignata est annuere pro gratia et in supradictae Causae Ponentem elegit ac deputavit, cum omnibus facultatibus opportunis et necessariis, E.mum ac Rev.mum D. Card. Aloisium Sincero. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 18 Iulii 1934.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

---

(1) P. Petrus Ios. Picot de Clorivière, Sancti Maclovii in Gallia ortus anno 1735, Societatem ingressus anno 1756, sollemnem 4 vot. professionem emiserat die 15 augusti 1773, pridie quam Breve suppressionis Societatis promulgaretur Romae. Societatem iterum ingressus anno 1805, initia novae Provinciae Galliae plurimum iuvit, et sanctissime obiit Parisiis die 9 ianuarii 1820.

22. **9-14 novembris 1934.**

Facultas conceditur aperiendi processum informativum et Cardinalis Ponens seu Relator eligitur in causa beatificationis Servi Dei P. Adulphi Petit (1). — Rescript. S. C. Rit.

GANDAVEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

P. ADULPHI PETIT Sac. Prof. e S. I.

I.

Cum Sacrae Rituum Congregationis iam exhibitus fuerit rite clausus et sigillis munitus processus informativus in Curia Gandavensi constructus super fama sanctitatis etc. Servi Dei Adulphi Petit S. I., Reverendissimus P. Carolus Miccinelli eiusdem Societatis Postulator Generalis, Sanctissimum Dominum Nostrum exoravit ut facultatem concedere dignetur qua dictus processus aperiri possit.

Sacra autem Congregatio, attentis expositis, vigore facultatum sibi specialiter tributarum ab Eodem Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, benigne annuit pro gratia et statuit devenire ad dicti processus aperitionem ad normam iuris.

Servatis servandis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 9 Novembris 1934.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

---

(1) P. Adulphus Petit, e Prov. Belgica, nonagenario maior sanctissime obiit Truncinii seu Tronchiennes in Belgio, die 20 maii 1914, insignis magister spiritus praesertim in Exercitiis spiritualibus et indefessus divinae Bonitatis apostolus et minister.

II.

Rev.mus P. Carolus Miccinelli, Postulator Gen. S. I., ad pedes Suae Sanctitatis provolutus Eumdem Sanctissimum Dominum nostrum humiliter rogavit ut dignaretur eligere ac nominare aliquem ex E.mis Patribus Cardinalibus Sacris tuendis Ritibus praepositis, in Ponentem seu Relatorem Causae Servi Dei Adulphi Petit, Sacerdotis Professi e S. I.

Sanctitas porro Sua, referente E.mo Card. Camillo Laurenti S. R. C. Praefecto, die 14 Novembris 1934, benigne dignata est annuere pro gratia et in praefatae Causae Ponentem elegit ac nominavit, cum omnibus facultatibus opportunis et necessariis, E.mum Card. Alexandrum Verde.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 14 Novembris 1934.

C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S. A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

23. **14 novembris 1934.**

Decernitur Reassumptio Causae canonizationis B. Claudii de la Colombière. — Decr. S. C. Rit. (1).

AUGUSTODUNEN.

CANONIZATIONIS

B. CLAUDII DE LA COLOMBIÈRE

CONFESSORIS

SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

SUPER DUBIO: *An signanda sit Commissio reassumptionis Causae Canonizationis Beati Claudii de la Colombière, Confessoris, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Postridie obitus B. Claudii de la Colombière, qui die 15 Februarii mensis anno 1682 Paredii evenit, S. Margarita Maria Alacoque, vix iustis funebribus pro illius anima persolutis et

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pagg. 641-642.

corpore sepulturae mandato, caeleste eum iam consequutum esse praemium edixit, propter Sacratissimi Cordis Iesu bonitatem et misericordiam, cuius cultum ille mire zelatus fuerat.

Huius sanctitatem christianus populus conclamavit, et miracula a Deo patrata confirmarunt. Quare die 16 Iunii mensis anno 1929 in Vaticana Basilica, Ss.mi D. N. Pii Papae XI auctoritate, Claudius de la Colombière, Societatis Iesu insigne ornamentum, beatus fuit renuntiatus.

Fidelissimi Servi sui ampliorem glorificationem Deus ipse videtur promovere, quum nova prodigia eius interventione divine patrata ferantur. Fervidissimas itaque preces Ss.mo D. N. Papae R.mus Episcopus Augustodunen. (2), in cuius Dioecesi purissimam animam Beatus Deo reddidit, et exuviae servantur, porrexit, quibus non minus fervidas Orationis Apostolatus, quem vocant, Directores totius Orbis nec non Abbates B. M. de Aquabella et Septem Fontium addiderunt.

Hisce perpensis, R.mus P. Carolus Miccinelli, Societatis Iesu Generalis Postulator, Beatissimum Patrem ut Canonizationis huius Beati Causa resumeretur exoravit.

Itaque in Ordinariis S. R. C. comitiis die 13 Novembris apud Vaticanas aedes habitis E.mus ac R.mus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit: *An signanda sit Commissio Reassumptionis Causae praedicti Beati in casu et ad effectum de quo agitur.* E.mi ac R.mi PP. Cardinales sacris tuendis ritibus praepositi, omnibus hisce perpensis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci Fidei Generali Promotore, rescribere censuerunt: *Affirmative,* seu: *Signandum esse Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis B. Claudii de la Colombière Confessoris, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ss.mo D. N. Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis B. Claudii de la Colombière.

Datum Romae die 14 Novembris a. D. 1934.

L. ✠ S. C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

---

(2) Exc.mus ac RR. DD. Ioannes Hyacinthus Chassagnon.

24. **14 novembris 1934.**

Decernitur Introductio Causae beatificationis Servi Dei Francisci de Paula Tarín. — Decr. S. C. Rit. (1).

HISPALEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

FRANCISCI DE PAULA TARIN

SACERDOTIS PROFESSI E SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.*

Domini praeceptum *Diliges proximum tuum sicut teipsum* S. Augustinus commentans: « teipsum salubriter diligis, ait, si plusquam te, diligis Deum. Quod ergo agis tecum, id agendum cum proximo est, hoc est, ut ipse etiam perfecto amore diligat Deum. Non enim eum diligis tamquam teipsum, si non ad id bonum, ad quod ipse tendis, adducere satagis » (*De moribus Eccl. cath.*, XXVI, 49). Huic dominico praecepto Apostoli eorumque in ministeriis successores se conformarunt, proximorum animas ad Dei amorem adducere totis viribus satagentes; quos inter Franciscus de Paula Tarín insignis in animarum salute procuranda mirabilis evasit.

Natus is est in oppido Godelleta Valentinae Archidioecesis in Hispania, nonus inter undecim Michaëlis et Teresiae Arnau Mingacho filios, die 7 Octobris mensis a. D. 1847, eodemque die lustralibus aquis ablutus.

Piissimi parentes, agricolae, maximam impenderunt curam ut Franciscus, sicut et ceteri filii, in religione proficeret. Quum ad duodecimum pervenisset annum, apud Patres Scholarum Piarum bonis artibus et pietati maximo cum emolumento animum intendit, deinde in Valentina studiorum Universitate iuridicis studiis coepit incumbere, quae tamen, ob gravem in quem incidit morbum, intermisit, fratri natu maiori in negotiorum gestione

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVII, 1935, pagg. 51-54.

adiutricem manum interim porrigens. Probam quidem, immo et piam, vitam ducebat, tertio enim Franciscali et B. M. V. de Monte Carmelo Ordini ascitus, sacramentorum frequentia commendabilis erat, sed nondum illa sanctitatis adyta portendebat, ad quam postea, Beatissima Virgine eum vocante, pervenit.

Caesaraugustanum enim templum, in quo celeberrimum Virginis vulgo « del Pilar » simulacrum summa populorum veneratione habetur, ingressus, vix ad illud appropinquavit ut oscularetur, magna animi commotione perculsus religiosae vitae vocationis initia persensit, quae paullo post perfecte maturuerunt. Haec anno 1873 ineunte facta sunt.

Quum civilis seditio orta esset, religiosaeque familiae expulsae, Franciscus, qui Societatem Iesu amplecti secreto statuerat, pedes in Galliam profectus tirocinii domum, quae tunc in oppido Poyanne, non longe ab urbe Dax, exstabat, feliciter est ingressus. In hac religiosae perfectionis palaestra tantam progressionem fecit, quantum eius postea sanctitas ostendit. Post biennium, in festo Omnium Sanctorum religiosa vota nuncupavit, sequentique anno Clericalem Tonsuram minoresque Ordines suscepit. Philosophiae curriculum in Gallia incepit, sed, quum anno 1878 in Hispaniam redire sibi datum esset, illum una cum iuridicis studiis in pago Carrión de los Condes absolvit.

Interim anno 1880 in studiorum Salmanticensi Universitate, doctorali in humanioribus litteris laurea, summa cum laude fuit insignitus.

Theologicis disciplinis in loco Oña prope Burgos incubuit. Anno 1883 sacerdotio auctus, ardentiori coepit apostolicae vitae desiderio flagrare. Eodem in loco, succedente iam nocte, una cum socio litteras litterarumque formas nec non arithmetices rudimenta pauperes edocebat, eorumque animis christiana praecepta feliciter, uti eventus comprobavit, inserebat. Theologicarum disciplinarum studio absoluto, ad Collegium, quod in oppido Puerto de S. María exstabat, fuit missus ut pro-praefecti munere fungeretur. Saevissima dum ibi lues asiatica grassabatur, totum se curandis adiuvandisque infirmis dedidit, suae valetudini nullimode consulens. Tertium probationis annum, uti a Societatis Iesu constitutionibus statuitur, in S. Hieronymi domo apud Murciam complevit, populum interim, non parva ex parte religioni infensum, evangelizans, et ad Deum christianam-

que vitam reducens. Postea missionalibus expeditionibus Superiorum consensu totum se impendit et superimpendit, innumerasque civitates, oppida, terras Hispanici regni peragravit, ingentes supra modum spirituales fructus vehementibus concionibus aliisque industriis largissime percipiendo. Quos tamen ut obtineret, vitae sanctitate, arctissimis poenitentiis, vigiliis, iugi oratione sacratissimum Cor Iesu sibi propitium reddebat. Ne tot tantisque laboribus cito succumberet, post decennium, Superiorum voluntati obtemperans a tam arduo labore abstinuit; atque Hispalensi religiosae domui Superior datus, suo munere sancte functus est.

Viribus aliquantulum refectus ad missionales labores renovato ardore redivit, in eisque ad mortem usque perseveravit, quae fortissimum hunc Christi militem, corpore quidem fractum, die 12 Decembris mensis anno 1910 annos natum 63 duosque menses, Hispali prostravit, ad caelestia tamen promerita praemia perduxit.

Sanctam eius vitam pretiosissima coronavit mors. Sacramentis enim piissime susceptis, dextera manu Iesu Crucifixi imaginem, sinistra B. Virginis Perdolentis gerens, supra pectus vero dogmaticae definitionis Immaculatae eiusdem Virginis appositum habens Bullae exemplar, suavissimos versiculos: *Maria, mater gratiae, Mater misericordiae, Tu nos ab hoste protege, Et mortis hora suscipe,* millies iam repetitos, pronuncians, spiritum exhalavit.

Maximo civium concursu cadaver fuit honestatum, iique a civili potestate summis precibus implorarunt, ut in Societatis Ecclesia sepulturae mandaretur: quod factum est. Triumpho similis fuit eius corporis translatio.

Sanctitatis fama percrebrescente, Ordinaria auctoritate Hispali ab anno 1924 usque ad a. 1928 super sanctitatis fama, nec non super scriptis et cultu numquam eidem Servo Dei praestito, princeps constructus est processus, cui addendi sunt tres, quos Rogatoriales vocant, in Valentina, Matritensi et Granatensi Curia adornati.

Sacra haec Congregatio die 10 Decembris anno 1930, Servi Dei scriptis perpensis, ut ad ulteriora quiret procedi, nil obstare decrevit.

Servatis itaque servandis, R.mo P. Carolo Miccinelli Societa-

tis Iesu generali Postulatore instante, in Ordinario S. R. C. Coetu die 13 huius mensis habito, E.mus ac R.mus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* E.mi ac R.mi Patres, audita Cardinalis Ponentis relatione, nec non Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, auditoque R. P. D. Salvatore Natucci Fidei generali Promotore, attentis quoque Postulatoriis litteris duorum S. R. E. Cardinalium, plurium Episcoporum, coetuum, nobiliumque virorum, quum aliae litterae non paucae incendio, in seditione, quae a. 1931 Hispaniam vastavit, perierint, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative,* seu: *signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem die decimaquarta huius mensis Novembris Ss.mo D. N. Pio Papae XI relatione ab infrascripto Cardinali, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Francisci de Paula Tarín benigne signare dignata est.

Datum Romae, die 14 Novembris a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S. A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

25. **22 decembris 1934.**

Peculiares quaedam facultates conceduntur ad conficiendos processus in causa Servi Dei P. Michaelis Augustini Pro (1). — Rescript. S. C. Rit.

MEXICANA.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII

SERVI DEI

P. MICHAELIS AUGUSTINI PRO

SACERD. E SOC. IESU.

Rev.mus P. Carolus Miccinelli, Postulator Causarum Beati-

(1) In urbe Mexico, ut notum est, Pater Pro necatus fuit die 23 novembris 1927. — V. *Acta Rom.,* vol. V, 1927, pagg. 711-713.

ficationis et Canonizationis Societatis Iesu, ad pedes Suae Sanctitatis provolutus quae sequuntur exposuit:

Processus Ordinarius Informativus super fama martyrii Servi Dei P. Michaelis Augustini Pro, Sacerdotis a Societate Iesu, qui pro fide, uti fertur, anno 1927, in Urbe Mexicana occisus fuit, inchoatus est die 28 Augusti huius labentis anni. Verum cum condiciones religiosae Ecclesiae Mexicanae iniquiores in dies evadant, difficillime processus supradictus poterit continuari et ad exitum perduci, nisi obtineantur eaedem concessiones quae fieri solent pro huiusmodi processibus in locis Missionum. Quare supradictus Rev.mus Postulator enixe postulat ut praefatus Processus absolvi possit a Tribunali cum reducto numero officialium seu compositio ab uno Iudice, a Promotore Fidei et a Notario.

Sacra autem Congregatio Rituum, vigore facultatum specialiter sibi tributarum a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, benigne annuit pro gratia iuxta preces.

Servatis de cetero omnibus aliis de iure servandis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 22 Decembris 1934.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

II. — PRO PROVINCIIS, DOMIBUS, SODALIBUS.

26. **13 februarii 1934.**

Viceprovinciae Australiae conceditur festum liturgicum B. Petri Aloisii Chanel, e Soc. Mariae, Protomartyris Oceaniae ([1]). — Decr. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Hodiernus Praepositus Viceprovinciae Australianae Societatis Iesu ([2]) ad uniformitatem liturgicam habendam cum clero saeculari in recolendo Beato Petro Al. Chanel Martyre Societatis Mariae die 28 Aprilis, eodem ritu iisdemque Missa et Officio quibus recolitur a clero saeculari illius regionis, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam XI enixe adprecatus est ut praedicta gratia Viceprovinciae Australianae concedatur. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab ipso Sanctissimo Domino Nostro tributarum, attentis expositis peculiaribus adiunctis, R. P. Procuratoris Generalis Societatis Iesu commendationis officio communitis, benigne annuit ut Beatus Petrus Al. Chanel, Martyr, quotannis die 28 Aprilis sub ritu duplici minori cum Officio et Missa de Communi exceptis orationibus et lectionibus II Nocturni propriis et approbatis, a Patribus Societatis Iesu Australianae Viceprovinciae recolatur servatis Rubricis et Decretis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 13 Februarii 1934.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

([1]) Occisus fuit in insula Futuna die 28 aprilis 1841, aetatis anno 38; primus omnium ex Missionariis Oceaniae, Beatorum honores adeptus est a Leone XIII die 17 novembris 1889.

([2]) R. P. Ioannes Fahy.

27. **17 februarii 1934.**

Ordinario Lugosiensi Rumaenorum (rit. orient.) conceditur facultas cedendi Societati (Viceprov. Rumaen. Prov. Polon. Min.) paroecias Totesti et Paclisa. — Rescript. S. C. pro Eccl. Orient.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI.

BEATISSIME PATER,

Alexander Nicolescu, Episcopus Lugosiensis Rumenorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, quae sequuntur, exponit:

In pagis Totesti et Paclisa exstant paroeciae ritus byzantino-rumeni, quarum administrationem clerus saecularis hucusque habuit. Ut vero melius spirituali curae fidelium earumdem paroeciarum provideatur, Orator Sanctitatem Vestram suppliciter rogat, ut sibi facultatem concedere dignetur paroecias saeculares Totesti et Paclisa et adnexa beneficia curata concredendi Patribus Societatis Iesu, cuius zelus apostolicus necnon studium in fratribus ab Ecclesia Romana separatis ad unionem perducendis longe lateque percrebescunt.

Et Deus etc.

SACRA CONGREGATIO ORIENTALIS, vigore facultatum a SS.mo D. N. Pio div. Prov. PP. XI sibi tributarum, benigne concedit gratiam petitam iuxta preces. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Orientalis, die 17 Februarii 1934.

† A. Card. SINCERO
Episcopus Praenestin., a Secretis.

L. ✠ S.

I. CESARINI, *Adsessor.*

28. **30 martii 1934.**

Pontificium Collegium Pium Brasiliense in Urbe erigitur et Societati committitur (1). — Epist. Card. Secret. Stat.

EMO. AC REV.MO DOMINO
DNO. CARD. CAIETANO BISLETI
S. C. SEMINARIORUM ET UNIVERSITATUM STUDIORUM PRAEFECTO.

Dal Vaticano, die 30 Martii 1934.

EME. AC REV.ME DOMINE MI OBS.ME,

Tibi, dum auspicalis ritus agitur quo novum in hac Urbe Collegium Brasiliense feliciter dicatur, veluti Augusti Pontificis personam gesturo, Is pariter committit ut Suo Ipsius nomine Moderatores alumnosque eiusdem Collegii alloquaris, eisque faustissimum hunc eventum gratuleris, e quo tam laetas Brasiliensis Reipublicae spes praecipere licet.

Beatissimus Pater praecipua laude honestat omnes e Brasilia Episcopus, qui E.mo Cardinali Archiepiscopo S. Sebastiani Fluminis Ianuarii (2) atque Apostolico eiusdem regionis Nuntio (3) ducibus, summo studio hoc Collegium, in Urbe quidem catholici nominis capite, condendum curaverunt, quod non egregiis modo disciplinis institutisque retentis quae Pianum Americae Latinae Collegium, tantopere de Brasilia meritum, tradidisset, sed eadem etiam ad peculiares suorum alumnorum condiciones componendo, sacros iuvenes veluti tenella germina ad Petri Cathedram educet, aliquando in nobilissima Patria sua Ecclesiae fulcimini atque decori futuros. Universam praeterea Brasiliensem gentem Sanctitas Sua dilaudat, quod Episcoporum suorum invitamentis magno animo obsecuta, non parum contulit ut amplae aptaeque aedes novo Instituto tribuerentur, quod procul dubio in singulare Brasiliae decus cessurum est. Atque ad eos adolescentes omnes iam nunc animum convertens qui in hoc Collegium ecclesiasticae institutionis gratia confluent, eos profecto felices praedicat, quibus datum erit, Patribus e Societate Iesu sol-

---

(1) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, fasc. II, 1934, pagg. 36-38.

(2) Em. Card. Sebastianus Leme da Silveira Cintra.

(3) Exc.mus ac RR. DD. Benedictus Aloisi-Masella, Archiep. tit. Caesariensis in Mauretania.

lerter periteque moderantibus (4), ad eam morum sanctimoniam scientiaeque doctrinam conformari, quae nostris hisce temporibus, si unquam alias, altaris administros divinorumque mysteriorum dispensatores quam maxime addecent.

Atque non sine providenti consilio fit, ut huiusmodi opus, lectis sacerdotum agminibus Brasiliae comparandis conditum, quasi ad ostendendam institutionis suae rationem atque ad exemplar demonstrandum in quod iidem intueantur, apte eo die dedicetur qui indictam ad catholicum orbem Anni Sancti divinae Redemptionis prorogationem sequitur (5), eodemque anno quo unanimes Brasiliae populi, summis Moderatoribus suis praeeuntibus, quartum expletum saeculum sollemniter celebrant ab ortu praeclarissimi illius apostoli, Venerabilis Iosephi Anchieta (6), qui divi Patris sui Ignatii spiritu actus, Franciscum Xaverium, sodalem suum, in amplissima ea regione est aemulatus.

Quas ob causas facile est intellectu quam propensa voluntate hoc Collegium Christi Vicarius prosequatur, cuius tantopere aedificationem exoptavit atque adiuvit, cuiusque Ipse primario lapidi bene precatus est (7); ac dum titulo ac privilegiis Pontificii Collegii ipsum decorat, filiorum pietati benigne concedens, illud a Suo ipsius nomine Pianum appellari sinit.

Itaque laetissima haec ominatus Beatissimus Pater id tibi concredit ut adstantibus omnibus ac nominatim Moderatoribus atque alumnis Pontificii Piani Collegii Brasiliensis itemque Brasiliae Episcopis populoque universo Apostolicam Benedictionem Suo nomine impertiri queas, quae quidem Benedictio, SS. Corde Iesu auspice, eiusque Immaculata Matre quam ab Apparitione vocant (8) deprecatrice, caelestium munerum sit pignus.

Quod tecum communicans maxima veneratione manus tuas humillime deosculor meque profiteor

Eminentiae Tuae
humillimum ac devmum servum verum
E. Card. PACELLI.

---

(4) Primus Collegii Rector renuntiatus est R. P. Aloisius Riou (Viceprov. Brasil. Centr.); ipsum Collegium vero ut domus Prov. Romanae addicta habetur.

(5) Novi Collegii inauguratio habita est die 3 aprilis, feria III Paschatis; cf. *Memorab. S. I.*, l. cit., pag. 37.

(6) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, fasc. II, 1934, pagg. 46-51.

(7) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. III, 1929, pag. 739 (27 *oct.*).

(8) BB. Virgo Maria, sub titulo *de Apparecida* seu de Apparitione, est Patrona principalis totius Brasiliae: cf. *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pag. 785.

29. **7 aprilis 1934.**

P. Ioannes M. Restrepo R. (Prov. Colomb.) renuntiatur Theologus Sacrae Poenitentiariae Apostolicae (1). — Litt. Apost. (2).

DILECTO FILIO
IOANNI MARIAE RESTREPO Y RESTREPO
E SOCIETATE IESU

PIUS PP. XI.

Dilecte Filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Ad graviora Romanae Curiae munera, Decessores Nostros vestigiis secuti, ecclesiasticos viros eligimus, qui doctrinae laude, morum integritate pietatisque flore commendentur. Quapropter libenti animo hisce

---

(1) Hoc munus Theologi Consultoris Apostolicae Poenitentiariae, ut dicit Benedictus XIV in Constit. Apost. *In Apostolicae* (13 apr. 1744), « uni ex presbyteris Societatis Iesu diuturna nec interrupta successione commendari consuevit » (*Inst. S. I.* ed. Florent. vol. I, pag. 558: Comp. Privil. n. 146). — Quod quidem etiam post Benedictum XIV tam stabiliter constitit, ut non modo in restituta Societate pristina consuetudo continuetur, sed etiam suppressionis tempore plerumque servata sit: nam, si unum excipias quendam Rev. D. Stopponi, omnes alii Theologi Sacrae Poenitentiariae per illud tempus nominati, post P. Iacobum Angeri (nat. 1700) qui illo munere fungebatur ipso anno suppressionis, olim Societatis Iesu sodales fuerant, scil. PP. Ioannes Vinc. Bolgeni, Iosephus Marinovich, Ioannes Vinc. Giorgi, et clarissimus omnium P. Alfonsus Muzzarelli († 1813). Primus Theologus Sacrae Poenitentiariae post restitutam Societatem fuit P. Faustinus Arévalo († 1824), qui Patrem Muzzarelli in exsilium in Galliam pulsum iam suppleverat.

(2) Nominatio novi Theologi Sacrae Poenitentiariae nuntiata fuerat Patri Nostro ab Em.mo Card. Maiore Poenitentiario litteris die 22 martii 1934 datis, in quibus etiam tribuitur laus venerando dimissionario P. Gulielmo Arendt (Prov. Rom.), qui illo munere inde ab anno 1909 fungebatur. En hae litterae:

Roma, 22 marzo 1934.

REVERENDISSIMO PADRE,

Nella Udienza del 16 corrente ho riferito al S. Padre circa le proposte della Paternità Vostra Reverendissima di dare al P. Guglielmo Arendt, S. I., un successore nell'Ufficio di Teologo della Sacra Penitenziera. — Sua santità, udite le ragioni per le quali V. P., attesa la grave età del venerando Padre Arendt, prega che sia questi esonerato dall'Ufficio di Teologo di questo S. Tribunale, da lui tenuto per tanti anni e con tanto

Litteris Apostolicis Nostraque auctoritate te, qui iam apud Datariam Nostram theologali munere fungeris, *Tribunalis Sacrae Poenitentiariae Theologum* eligimus, facimus ac renuntiamus, tibique facultates omnes necessarias atque opportunas tribuimus ad munus idem salubriter ac fructuose in Domino obeundum. Mandamus propterea omnibus ac singulis ad quos spectat, ut te in liberam officii enunciati exercitationem excipiant, admittant, nec non de consuetis emolumentis suo tempore respondeant. Praecipimus vero ut, antequam munus ipsum ineas, de eodem recte ac fideliter gerendo in manibus Dilecti Filii Nostri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Poenitentiarii Maioris debitum in forma solita iuramentum praestes. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII m. Aprilis, an. 1934, Pontificatus Nostri decimo tertio.

E. Card. Pacelli
a Secretis Status.

30. **14 aprilis 1934**

Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali condolet de morte P. Alexii Mallon (Prov. Lugdun.), Superioris Domus Hierosolymitanae Pont. Instituti Biblici. — Epist. Card. Secret. S. C. pro Eccl. Or.

AD REV.mum P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOC. IESU.

Rev.mo Padre,

La notizia della morte del Rev.mo P. Alessio Mallon, S. I. è stata appresa con vivo compianto da questa Sacra Congregazione,

---

zelo e competenza, si è compiaciuta accogliere la preghiera della P. V. e, accettando la presentazione fatta del successore, si è degnata designare al suddetto Ufficio il M. R. P. Giovanni M. Restrepo R.

Riservandomi di comunicare le auguste disposizioni pontificie alla Segreteria di Stato perchè proceda alla nomina ufficiale a Teologo della S. Penitenzieria di detto P. Restrepo, profitto ben volentieri dell'incontro per rassegnarmi, con sensi di distinta stima,

della Paternità Vostra Reverendissima
dev.mo
L. Card. Lauri
Penitenziere Maggiore.

Reverendissimo Padre
P. Wlodimiro Ledóchowski
Preposito Generale
della Compagnia di Gesù.

cui erano note per esperienza le elette qualità di mente e di cuore dell'illustre Defunto [1], ch'era apprezzato Consultore della Sezione Liturgica istituita presso questo S. Dicastero.

Nella luttuosa circostanza, che colpisce oltre l'Istituto Biblico anche tutta la Compagnia di Gesù, mi affretto a porgere alla P. V. Rev.ma, a nome mio, di Mons. Assessore e degli Officiali tutti le più vive condoglianze, con l'assicurazione di preghiere per la pace dell'anima eletta di P. Mallon, servo buono di Dio e della Chiesa.

Colgo l'occasione per confermarmi con distinta stima e considerazione

di V. P. Rev.ma
Roma, 14 aprile 1934. aff.mo nel Signore
† L. Card. SINCERO, Vesc. di Palestrina,
Segretario.

G. CESARINI, *Assessore.*

31. **30 aprilis 1934.**

Provinciae Neapolitanae conceditur altior ritus pro festo liturgico S. Francisci de Hieronymo. — Rescript. S. C. Rit.

SACRA CONGREGATIO RITUUM.

BEATISSIME PATER,

Praepositus Provinciae Neapolitanae Societatis Iesu ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humiliter petit ut festum S. Francisci de Hieronymo, Confessoris S. I., quod peragitur die 11 Maii, ad ritum duplicem 2.dae classis evehatur. Ratio petitionis est tum quia in variis locis et domibus praefatae Provinciae festum iam tali ritu celebratur ob diversas causas, et unificatio in ritu valde desideratur, tum quia praefatus Sanctus, qui valde popularis est in civitate Neapolitana eiusque antiqui regni territorio, specialis patronus est Provinciae Neapolitanae S. I. et eius festum solemniter peragitur.

SOCIETATIS IESU.

Sacra Congregatio Rituum, attentis expositis, commendatis a Rev.mo P. Procuratore Generali S. I., vigore facultatum specialiter

---

(1) Obiit Bethlehem die 7 apr. 1934.

sibi tributarum a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, benigne annuit pro gratia ut in Provincia Neapolitana S. I. festum S. Francisci de Hieronymo, Conf. S. I., celebrari possit sub ritu duplici 2.dae classis iuxta preces.

Rubricis servatis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 30 Aprilis 1934.

C. Card. LAURENTI, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. CARINCI, *S. R. C. Secretarius.*

32. **2 maii 1934.**

Titulus « Collegii Pontificii » agnoscitur et confirmatur Collegio Germanico-Hungarico de Urbe. — Decr. S. C. de Semin. et Stud. Univ.

SACRA CONGREGATIO
DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS.

DECRETUM.

SS. D. N. Pius PP. XI praeclarissimum Collegium Germanicum-Hungaricum de Urbe, de clero in spem Ecclesiae educando optime meritum, nomine et titulo *Pontificio,* quo iam diu in publicis quoque S. Sedis documentis appellatur, in perpetuum decorari mandavit, eidemque omnia iura, praerogativas, privilegia huiusmodi Collegiorum propria confirmavit. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Callisti die II m. Maii in Festo S. Athanasii anno 1934.

CAIETANUS Card. BISLETI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

ERNESTUS RUFFINI, *Secretarius.*

33. **26 iunii 1934.**

Festum liturgicum B. M. V. sub titulo « Matris Pietatis », Provinciae Romanae iam concessum (1), *ad Viceprovinciam Brasiliae Centralis extenditur.* — Rescript. S. C. Rit.

SACRA RITUUM CONGREGATIO.

Beatissime Pater,

Praepositus Viceprovinciae Societatis Iesu Brasiliae Centralis (2), ad pedes S. V. provolutus, humiliter petit ut ad suam Viceprovinciam extendatur facultas concessa die 14 Martii 1931 sub N. 34/931/S., Provinciae Romanae Societatis Iesu, celebrandi nempe quotannis die 22 octobris sub ritu duplici maiori, cum Officio et Missa propriis et iam approbatis, festum B. M. V. « Matris Pietatis ».

Ratio petitionis est quia Viceprovincia Brasiliae Centralis usque ad hos ultimos annos a Provincia Romana dependebat, in eaque plurimi adhuc vivunt sodales, praesertim Itali, qui tirocinium peregerunt in Domo Probationis Romana, cuius patrona est B. M. V. sub titulo « Matris Pietatis ». Praeterea etiam in Domo Probationis eiusdem Viceprovinciae Brasilianae iam quotannis festum peragitur B. M. V. sub tali titulo ex concessione diei 11 Septembris 1923, sub N. S. 76. 923.

SOCIETATIS IESU.

Sacra Rituum Congregatio, attentis expositis, commendatis a Rev.mo P. Procuratore Gen. S. I., vigore facultatum specialiter sibi tributarum a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 26 Iunii 1934.

A. Carinci, *S. R. C. Secretarius.*

L. ✠ S.

Henricus Dante, *S. R. C. Substitutus.*

---

(1) V. *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pagg. 781-785.

(2) R. P. Marcellus Renaud.

34. **7 iulii 1934.**

Provinciis Germaniae conceditur festum S. Henrici et translatio festi BB. MM. Ignatii de Azevedo et Sociorum. — Rescript. S. C. Rit.

SACRA RITUUM CONGREGATIO.

Beatissime Pater,

Praepositi Provinciarum Societatis Iesu in Germania, ad pedes Sanctitatis Vestrae provoluti, humiliter postulant: 1) festum BB. Martyrum Ignatii de Azevedo et Soc. e Soc. Iesu, quod in Calendario universali S. I. celebratur sub ritu duplici die 15 Iulii, pro praedictis Provinciis Germaniae ad diem 21.am eiusdem mensis Iulii transferatur; 2) ut festum S. Henrici C. quotannis die 15 Iulii in praefatis Provinciis S. I. celebrari possit eodem ritu ac clerus saeculari, ad uniformitatem cum ipso inducendam et populi admirationem vitandam.

SOCIETATIS IESU.

Sacra Rituum Congregatio, attentis expositis, commendatis a Rev.mo Procuratore Gen. S. I., vigore facultatum specialiter sibi tributarum a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Servatis Rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 7 Iulii 1934.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

Henricus Dante, *S. R. C. Substitutus.*

35. **10 iulii 1934.**

Cura Seminarii Centralis Maronitarum in Libano Societati committitur. — Epist. Card. Secret. S. C. pro Eccles. Orient.

AD REV.mum P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
Praepositum Generalem Soc. Iesu.

Rev.mo Padre,

Sono lieto di comunicare alla P. V. Rev.ma che il Santo Padre, nell'Udienza accordatami lo scorso sabato, ha ascoltato con vivo

piacere la relazione dettagliata circa il progetto d'erezione del Seminario centrale Maronita del Libano.

Sua Santità si è compiaciuta ancor più nell'apprendere le condizioni vantaggiosissime sia materiali che spirituali fatte dalla Compagnia di Gesù per facilitare l'istituzione di un'opera così santa e necessaria per la formazione del clero Maronita, e che fino ad ora per mancanza di mezzi e di collaborazione non era stato possibile realizzare, ma che fu sempre tra le principali sollecitudini tanto della S. Congregazione quanto dell'Episcopato Maronita.

Mi è grato pertanto significare alla P. V. che il Santo Padre ha dato la Sua Augusta approvazione per l'attuazione del progetto, conferendomi l'alto incarico di porgere alla P. V., in Suo nome, i più vivi e sentiti ringraziamenti per il bene che cotesta Compagnia fa dappertutto e sempre, e in modo particolare per l'Oriente.

La S. Congregazione, mentre unisce ai ringraziamenti del Santo Padre anche i suoi particolari, è sicura che quanto prima i Padri di Siria (1) si metteranno all'opera per l'attuazione del progetto.

Intanto, profitto volentieri dell'occasione per raffermarmi con sensi di bendistinto ossequio

della P. V. Rev.ma
devotissimo per servirla
† L. Card. SINCERO, *Vescovo di Palestrina, Segretario.*

Sac. GIOVANNI ROSSO, *Sostituto.*

36. **12 augusti 1934.**

Novus Director Stationis « Radio » Vaticanae nominatur (2). — Sched. Em. Card. Secret. Stat.

AD P. PHILIPPUM SOCCORSI
E PROV. TAURINENSI.

Dal Vaticano, 12 Agosto 1934.

La Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di nominare il Rev.mo Padre FILIPPO SOCCORSI, S. I., Direttore della Stazione Radio Vaticana.

(1) Prov. Lugdunensis: Seminarium inchoatum est in urbe Ghazir, mense octobri 1934.

(2) Hoc munus vacabat ob mortem P. Iosephi Gianfranceschi († 9 iulii 1934): cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, 1934, pagg. 77-82, 168-169.

Tanto si partecipa allo stesso Padre Soccorsi per sua opportuna intelligenza e norma.

E. Card. PACELLI.

37. **3 septembris 1934**

De Conventu Congregationum Marianarum ad Sanctuarium Marianum de Altötting (1) *habendo.* — Epist. Card. Secret. Stat.

AD EM.um DD. CARD. MICHAELEM DE FAULHABER
ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM - FRISINGENSEM.

Dal Vaticano, den 3 September 1934.

Euer Eminenz! Hochwürdigster Herr Kardinal!

Mit inniger Genugtuung begrüsst der Hl. Vater den glücklichen Gedanken, die Delegiertentagung der Männerkongregationen Deutschlands an der ehrwürdigen Gnadenstätte der Gottesmutter in Altötting zu feiern und mit ihr die Huldigung zu Ehren ihres verklärten Mitsodalen zu verbinden, des hl. Bruders Konrad von Parzham. Die Sammlung der gläubigen Männerwelt unter dem glorreichen Banner der Himmelskönigin, ihre Erziehung zu kernhafter männlicher Frömmigkeit, ihre Anleitung zu den verschiedenen Formen apostolischen Wirkens in Sinne der Katholischen Aktion, ihre Stählung zu furchtlosem und sturmfestem Bekennertum war niemals so bedeutsam wie in dieser Stunde, wo der alte Unglaube in neuen Formen gegen Christus, den König und seine Braut, die hl. Kirche, aufstehen will. Der Hl. Vater ist gewiss, dass diese Tage der inneren Binkehr und Sammlung, des Gebetes und der Beratung, des gemeinsamen Sakramentenempfanges und der Besinnung auf die bedeutsame religiöse

(1) Sanctuarium Marianum de Altötting, celeberrimum in tota Bavaria, inde ab anno 1591 usque ad suppressionem Societati commissum erat. Nostri ibi erexerant Congregationem Marianam, quae adhuc exsistit quaeque circa annos 1845-1850 inter suos sodales numerabat optimum iuvenem Ioannem Birndorfer, futurum Sanctum Conradum a Parzham ex Ord. FF. Min. Capuccin. (†21 apr. 1894).

Mission des Sodalentums in unserer Zeit dem äusseren und inneren Wachstum der Männerkongregationen Deutschlands nachhaltigen Antrieb geben wird. Er ruft den Schutz der Gottesmutter und die Fürbitte des hl. Konrad auf die Beratungen in Altötting herab und hofft, dass er, der dort in Stille, Treue und Gottverbundenheit sich selbst heiligte und anderen ein Wegweiser zu Gott war, auch seinen inmitten von Prüfungen und Kämpfen stehenden Mitsodalen den « schmalen Weg » weise und die « enge Pforte » öffne, die zum ewigen Leben führt.

In diesem Sinne erteilt der Hl. Vater allen hochwürdigen Präsides und allen Mitgliedern der Männerkongregationen, die in Altötting anwesend sind, sowie dem ganzen Werke der Männerkongregationen Deutschlands von ganzem Herzen durch die Hand des pontifizierenden Bischofs den erbetenen Apostolischen Segen.

E. Card. PACELLI.

Seiner Eminenz
Hochwürdigsten Herrn Michael Kardinal von Faulhaber
Erzbischof von München-Freising
München.

Latina interpretatio:

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO
MICHAELI Cardinali DE FAULHABER
ARCHIEPISCOPO MONACENSI-FRISINGENSI.

Ex Aedibus Vaticanis, d. 3 Septembris 1934.

EMINENTIA REVERENDISSIMA,

Sanctissimo Patri summopere probatur faustissimum consilium instituendi Delegatorum Congregationum virorum Germaniae conventum ad venerandum sanctuarium, Dei Matri in oppido Altötting dedicatum, atque cum eodem conventu coniungendi sollemnitates in honorem Consodalis sui ad Sanctorum honores nuper evecti, St. Fratris Laici Conradi de Parzham (2). Virorum fidelium sub glorioso Reginae caelorum vexillo congregatio, eorum ad solidam virilemque

(2) V. supra, pag. 718, nota. — Ut notum est, S. Conradus canonizatus fuit die 20 maii 1934, in festo Pentecostes.

pietatem educatio, eorum ad varias apostolatus secundum spiritum « Actionis Catholicae » rationes institutio, eorum ad intrepidam omnique procella firmiorem fidei professionem corroboratio numquam tanti, quanti nunc, erat momenti, quo antiqua novis rationibus impietas contra Christum Regem, eiusque Sponsam, sanctam Ecclesiam, exsurgere nititur. Sanctissimus Pater pro certo habet hos dies animi in medium sese recessus atque internae mentis recollectionis, orationis, deliberationis, recordationis gravissimae missionis religiosae, Sodalibus Marianis nostrae aetatis concreditae, incremento Congregationum virorum Germaniae tam internae quam externae efficacissimos stimulos addituros esse. Patrocinium Dei Matris et intercessionem Sancti Conradi consultationibus in oppido Altötting peragendis implorat ac sperat hunc, qui ibi in vita abscondita, sua fidelitate animique cum Deo coniunctione et semetipsum sanctificavit et aliis ducem itineris ad Deum sese exhibuit, etiam Consodalibus suis, mediis in probationibus procellisque versantibus, « viam arctam » esse ostensurum atque « angustam portam » esse aperturum, quae ad vitam ducit.

Hac intentione Sanctissimus Pater omnibus Reverendis Praesidibus omnibusque Congregationum virorum Sodalibus, qui in oppidum Altötting convenerunt, sicut etiam toti operi Congregationum virorum Germaniae, petitam Apostolicam Benedictionem, per manus Episcopi sacras sollemnitates celebrantis, peramanter impertitur.

E. Card. PACELLI.

38. **15-24 sept. 1934.**

Collegium Illyrico-Lauretanum (Prov. Rom.), prope Basilicam Almae Domus Lauretanae situm, Sanctae Sedi peculiari ratione immediate subiicitur. — Chirogr. Pontif.

CHIROGRAFO PONTIFICIO.

Essendosi con le lettere Apostoliche *Lauretanae Basilicae* del 15 corr. [1] dichiarata esente dalla giurisdizione vescovile la Basilica della Santa Casa di Loreto, con gli edifici ed Opere annesse che passano sotto la Nostra immediata giurisdizione, crediamo opportuno col presente Nostro Chirografo stabilire le norme di tale passaggio:

[1] *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pagg. 578-579.

1) Al Nostro Nunzio Apostolico, Monsignor Francesco Borgongini Duca, Arcivescovo tit. di Eraclea, al quale col Nostro precedente Chirografo, dato nella Festa dell'Annunziata di questo anno, avevamo attribuito il potere di amministrare *in temporalibus* tutto il patrimonio della S. Casa spettante alla Santa Sede, abbiamo attribuito con la predetta Bolla la necessaria giurisdizione *in spiritualibus* nella Basilica ed annessi edifici. Questi sono: il Palazzo Apostolico con le sue dipendenze fino a Porta Marina, l'antico convento dei Frati Minori Cappuccini e il Collegio Illirico Lauretano. E' nostra intenzione di acquistare i locali abitati dalle Figlie della Carità di S. Vincenzo de' Paoli, nelle immediate vicinanze del Palazzo Apostolico, e intanto fin da ora, vi estendiamo, esentandoli dalla giurisdizione vescovile, la Nostra giurisdizione Apostolica, che esercitiamo per mezzo del Nostro Amministratore Pontificio *in spiritualibus*.

. . . .

5) Per l'assistenza spirituale dei fanciulli e giovani di ambo i sessi della Città di Loreto, vogliamo si istituisca l'Oratorio della Santa Casa, con sezione maschile nel Collegio Illirico Lauretano e femminile presso le Figlie della Carità. L'Amministrazione Pontificia provvederà al fabbisogno ed all'opportuno ordinamento, che sarà *congruis congrua referendo*, quello del Nostro Oratorio di S. Pietro di quest'Alma Città di Roma. Disponiamo anche che l'Amministratore Pontificio sia il Presidente di tale Opera.

. . . .

Dato a Roma, nella Festa di Maria SS.ma della Mercede, il 24 Settembre 1934.

PIUS PP. XI.

39. **25 septembris 1934.**

Festum B. Crescentiae Höss Provinciae Germaniae Superioris conceditur. — Rescript. S. C. Rit.

SOCIETATIS IESU.

Hodiernus Praepositus Provinciae Germaniae Superioris Societatis Iesu (1) a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI humiliter petiit pro universa sua Provincia religiosa facultatem celebrandi quotannis die quinta aprilis, sub ritu duplici communi, Festum Beatae

(1) R. P. Franciscus Xaverius Hayler.

Crescentiae Höss, ad ritum simplicem redacto festo S. Vincentii Ferreri Confessoris, ut uniformitas cum clero saeculari habeatur in celebratione praedictae Beatae valde popularis in tota Bavaria. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab ipso Sanctissimo Domino Nostro tributarum, attentis expositis R. P. Procuratoris Generalis Societatis Iesu commendationis officio communitis, benigne annuit pro gratia iuxta preces, servatis Rubricis et decretis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 25 Septembris 1934.

L. ✠ S. HENRICUS DANTE, *S. R. C. Substitutus.*

CAROLUS AL. SCIFONI, *Adiutor ab actis.*

40. **10 octobris 1934.**

Summus Pontifex approbat nominationem novi Rectoris Pont. Collegii Russici in Urbe. — Epist. Rev.mi Pro-Praesid. Pont. Commiss. pro Russia.

AD REV.mum P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOC. IESU.

Dal Vaticano, 10 ottobre 1934.

REV.MO PADRE,

Nell'Udienza del 5 corrente mi sono dato premura di riferire al Santo Padre intorno alla nomina del Rev.mo Padre Filippo de Régis a Rettore del Pontificio Seminario Russo in Roma.

Sono ora lieto di comunicare a V. P. Rev.ma che il Santo Padre si è degnato approvare la scelta del nuovo Rettore da Lei fatta nella persona del Padre de Régis (1), inviando a tutti i Superiori ed alunni del « Russicum » la Sua paterna apostolica benedizione.

Con piacere profitto dell'incontro per rinnovarLe i sensi di ossequio con i quali mi professo

della P. V. Rev.ma
dev.mo
Sac. DOMENICO TARDINI
Pro-Preside.

(1) E Prov. Polon. Mai. et Maz. — P. Vendelinus Javorka, qui huc usque Rector erat huius Collegii, in Sinas missus est Visitator Russorum in regione Harbin, deinde in urbe Shanghai spiritualem Russorum curam agere iussus est: v. infra, pag. 734.

41. **25 octobris 1934.**

Parvum Seminarium Bulgaricum Sophiae a Nostris (Prov. Iugosl.) inchoatum Summus Pontifex gratulatur et promovet. — Epist. Card. Secret. S. C. pro Eccl. Orient.

AD REV.mum P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOC. IESU.

Roma, 25 Ottobre 1934.

REV.MO PADRE,

Sono stato molto lieto di poter fare conoscere al Santo Padre, nell'Udienza del 20 Ottobre corrente, le confortanti notizie che V. P. Rev.ma aveva comunicato a questo S. Dicastero in merito agli inizi del Piccolo Seminario Bulgaro, sorto in Sofia per opera di cotesta Compagnia di Gesù (1).

Sua Santità Si è degnato esprimere il Suo vivo e Augusto compiacimento, manifestando la propria fervida speranza che frutti ubertosi seguiranno a così promettente principio, e benedicendo di cuore a quanti operano e cooperano per un'istituzione tanto importante.

Quanto al bilancio del Piccolo Seminario, la S. Congregazione intende concorrere, nei limiti delle sue scarse possibilità, al mantenimento degli alunni di rito orientale, con la speranza che anche per parte dell'Episcopato Bulgaro dei due riti si farà ogni sforzo per suscitare la generosità dei fedeli a favore di un'opera che promette loro, in avvenire, vantaggi spirituali incommensurabili.

Intanto, invio a V. P. Rev.ma, con preghiera di volerla trasmettere al Rettore del Piccolo Seminario di Sofia, la somma di lire 10.000.

Profitto poi della circostanza per raffermarLe i sensi del mio particolare ossequio, con cui godo professarmi

della P. V. Rev.ma
devotissimo per servirLa
† L. Card. SINCERO, Vescovo di Palestrina, *Segretario.*
G. CESARINI, *Assessore.*

---

(1) Hoc novum Seminarium inauguratum est die 29 iunii 1934. Primus Superior renuntiatus est P. Ioannes de M. Zupan (Prov. Lugdun.), Prov. Iugoslaviae applicatus.

42. **14 novembris 1934.**

Festum B. Ioannis de Britto extenditur ad omnes dioeceses Lusitaniae. — Decr. S. C. Rit.

SACRA RITUUM CONGREGATIO.

Quo magis magisque cultus Beati Ioannis de Britto Martyris Lusitani floreat in sua ipsa patria, et iuvenes Lusitani eius exemplo adlecti et roborati eum imitari studeant, tum permagni faciendo vocationem sacerdotalem sequendo ipsum Dominum Nostrum Iesum Christum, tum Missiones adiuvando orationibus et eleemosynis, obtemperantes desideriis Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae XI, in ditione Lusitanica transmarina exstantibus, hodiernus E.mus Cardinalis Patriarcha Ulyssiponensis [1], vota quoque omnium Archiepiscoporum, Episcoporum ditionis Lusitaniae et insularum adiacentium, necnon Archiepiscopi Oxyrynchitani [2] Superioris Generalis Societatis Lusitanae Missionum Catholicarum depromens, eumdem Sanctissimum Dominum Nostrum enixis precibus exoravit, ut ad omnes dioeceses Lusitaniae continentalis et insularis festum Beati Ioannis de Britto, Martyris Lusitani e Societate Iesu, extendere dignaretur. Sanctitas porro Sua, his precibus ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatis clementer deferens, benigne annuere dignata est, et festum Beati Ioannis de Britto Martyris die quarta februarii in omnibus dioecesibus Lusitaniae continentalis et insularis sub ritu duplici cum officio et Missa de communi, exceptis orationibus et lectionibus secundi nocturni propriis et approbatis, sicut iam concessum est dioecesibus Ulyssiponensi et Portugallensi, celebrandum indulsit, firma tamen concessione Archidioecesi Bracharensi facta, recolendi festum eiusdem Beati die decima sexta februarii. Servatis Rubricis: contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 Novembris 1934.

C. Card. Laurenti, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

---

(1) Em.us Card. Emmanuel Gonçalves Cerejeira.

(2) Exc.mus ac RR. DD. Ioannes Evang. de Lima Vidal.

43. **14 novembris 1934.**

Facultas conceditur permutandi inter Societatem (Miss. Calcutt.-Ranch. Prov. Belg.) et dioecesim Ranchensem bona ad Samtoli et Rengarih sita. Rescript. S. C. de Propag. Fid.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE.

Beatissime Pater,

Episcopus Dioeceseos Ranchensis (1) ad pedes S. V. provolutus, humiliter petit facultatem ut fundus in loco dicto Samtoli exsistens, qui ab Ecclesia illa paroeciali possidetur, cum omnibus bonis immobilibus et mobilibus in eo contentis, transeat in proprietatem Societatis Iesu, dum vero fundus ipsius Societati Iesu exsistens in loco Rengarih item cum omnibus bonis immobilibus et mobilibus in eo contentis, per permutationem veniat in proprietatem Ecclesiae Ranchensis; quum illa bona pretio aequiparentur.

Sacra Congregatio de Propaganda Fide, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Pio Prov. Div. Papa XI tributarum, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die 16 mensis Novembris anno 1934.

L. ✠ S. † Carolus Salotti, Archiep. tit. Philippop.
Secretarius.

44. **21 decembris 1934.**

Summus Pontifex, in Motu-proprio « Quam sollicita » de Commissione pro Russia, operam et alacritatem Exc.mi ac RR. DD. Michaelis d'Herbigny S. I. (Prov. Camp.) dilaudat. Motu-propr. Summi Pontif. (2)

PIUS PP. XI.

. . . .

Quam ad rem Nobiscum peculiari modo allaboravit Nostra, quam abhinc decem fere annos constituimus « Commissio pro Rus-

---

(1) Exc.mus ac RR. DD. Anscharius Sevrin S. I. (Prov. Belg.).

(2) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVII, 1935, pag. 65.

sia »; cui quidem per Litteras motu proprio datas negotia et causas demandavimus « quae ad Russos pertinent, sive ad eos qui in patrio solo degunt, sive ad eos qui extorres procul domo versantur ». Uberes sane fructus ex actuosa istiusmodi apostolatus opera, opitulante Deo, colligi potuisse, per hoc haud mediocre temporis intervallum experti sumus, quandoquidem e Russis non pauci esuriunt et sitiunt iustitiam. Ad quod sanctissimum inceptum provehendum non parum contulit docilis ea magnaeque utilitatis alacritas Venerabilis Fratris Michaelis d'Herbigny, Episcopi titulo Ileensis, cuius hac in re singularis peritia, pastoralis industria, generosumque enituere studium. Attamen, cum adiutrix huius Praesulis desierit tamque utilis opera, itemque aliorum, quorum navitate iure meritoque nitebamur, cumque in dies augescat labor, novaque poscat proposita atque incepta, opportunum duximus ita huius operis ordinationem aptare, ut satius succrescentibus usque necessitatibus respondeant, utque omnia providentia sua ne careant.

. . . .

PIUS PP. XI.

45. **22 decembris 1934.**

Summus Pontifex laudat consilium et addit animum ad Encyclopaediam Iaponicam Nostrorum cura redigendam. — Epist. Card. Secret. Stat.

REV.mo P. MAXIMILIANO I. VON KUËNBURG, S. I.
RECTORI UNIVERSITATIS CATHOLICAE
« JOCHI DAIGAKU »
TOKIO.

Dal Vaticano, die 22 decembris 1934.

REV.ME PATER,

Augustus Pontifex laetus accepit Professores istius tam bene meritae Universitatis Catholicae munus in se suscepisse redigendi novam quandam Encyclopaediam Iaponicam, ad recentiores scientiae progressus plene accommodatam, quam ipse Beatissimus Pater iam diu optarat.

Et iure quidem id oneris quasi sibi proprium Universitas « Jochi Daigaku » assumit, quippe quae ad litterarum et scientiae cultum in Iaponia magis magisque promovendum tota sit, et quantum illud opus ad hunc finem conferre possit plane agnoscat: huiusmodi

enim Encyclopaediae, si apte sciteque fiant, nostris potissimum temporibus, summi momenti esse solent et omnium doctrinarum artiumque incremento plurimum inservire.

Nec facile profecto est opus, quod aggredimini; non modo quia per se ipsum laboriosum ubique foret, sed praesertim quia in exculta admodum Iaponica natione, pro qua illud perficere contenditis, complura alia et praeclara sane iam exstant id genus volumina. Firmam tamen spem fovet Sanctitas Sua opus quoque vestrum Iaponicae genti utilissimum et simul catholicae fidei perhonorificum fore, siquidem, dum ius naturale et divinum sancte tuebitur, solida totius humani consortii fundamenta roborabit contra iniqua nostrorum temporum placita quae omnem civilem societatem subvertere nituntur.

Vos igitur Augustus Pontifex paterne hortatur ut in inceptum incumbatis impigre, illi vos dedatis totos, nulli parcentes labori, nulla fracti difficultate. Cumque vix fieri possit ut vestrae vires solae sufficiant, aliorum peritorum virorum auxilium expetere ne vereamini, ut exoptata Encyclopaedia omnibus numeris quam absolutissima evadat. Curandum quoque erit ut etiam externa libri species ea sit, quae et rei momento ac dignitati respondeat et plurimos ad legendum suaviter alliciat.

Hos paterni Sanctitatis Suae animi sensus dum vobiscum communico, Apostolicam quoque Benedictionem vobis transmittere gaudeo, quam Beatissimus Pater vobis vestrisque omnibus in hoc opere adiutoribus, qui sive scribendo sive etiam stipem conferendo praesto vobis erunt, peramanter impertit.

Interea omni cum observantia me profiteor

Tibi addictissimum
E. Card. PACELLI.

46. **Anno 1934.**

Quidam e Nostris ad episcopalem dignitatem evecti in Missionibus. — Decr. S. C. de Prop. Fide [1].

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE.

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano No-

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVII, 1935, pagg. 23-24, omissis iis qui de Societate non sunt.

mini propagando, SS.mus D.mus Noster Pius div. Prov. PP. XI dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum:

9 Aprilis 1934. — Cathedrali Ecclesiae de Ranchi praefecit R. P. Anscharium Sevrin, S. I. (2).

28 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Gallensi, R. P. Nicolaum Laudadio, S. I. (3).

23 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Zoravenae, R. P. Petrum Willekens, S. I. (4), quem constituit Vicarium Apostolicum de Batavia.

24 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Elatensi, R. P. D. Augustum Faisandier, hactenus Episcopum Trichinopolitanum (5).

Litterae quaedam officiosae vel gratulatoriae.

47. **8 februarii 1934.**

De peregrinatione ex America Meridionali Romam advecta occasione beatificationis BB. Martyrum Rioplatensium. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. PHILIPPUM LERIDA
E PROV. ARGENT.-CHILENSI.

Dal Vaticano, 8 Febbraio 1934.

REV.MO PADRE,

Riceva la P. V. e voglia cortesemente significare a quelli del pellegrinaggio sud-americano, che Ella ha testè diretto nel loro viaggio e soggiorno a Roma, le auguste espressioni di ringraziamento del Santo Padre per l'indirizzo penetrato di tanta pietà filiale e la aggiunta offerta dell'Obolo (L. 15.000).

---

(2) E Prov. Belgica.
(3) E Prov. Neapolitana.
(4) E Prov. Neerlandica.
(5) E Prov. Tolosana: ob gravem aetatem debilesque vires instanter ipse petiit a Summo Pontifice ut ab onere regendi dioecesim Trichinopolitanam levaretur.

L'Augusto Pontefice, ben di cuore impartendo alla P. V. e a tutti gli altri, che già appartennero alla pia schiera dei pellegrini, l'implorata Benedizione Apostolica, auspica che la grazia divina, che il Giubileo della Redenzione ha fatto affluire in codesti cuori così religiosi, non solo perseveri, ma anche divenga vitale linfa fecondatrice di ogni fiorita virtù.

Con sensi di sincera stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

48. **7 martii 1934.**

De editione critica Catechismi S. Petri Canisii (1). — Epist. Card. Secret. Stat.

AD REV.MUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOC. IESU.

Dal Vaticano, 7 Marzo 1934.

REV.MO PADRE,

Il bel volume del Catechismo di S. Pietro Canisio arricchito di accuratissimo apparato critico è stato per il Santo Padre un omaggio, per il quale esprime a Lei e a chi ha atteso all'utile e pregiata fatica i sentimenti Suoi di gratitudine e di compiacimento.

Tale paterna soddisfazione per un'opera ottimamente riuscita e che ha portato e porta tanto prezioso ausilio alla catechesi cattolica, si estende pure all'iniziativa, alla quale essa si deve, di raccogliere cioè in magnifica collana la produzione letteraria dei più eletti scrittori della Compagnia di Gesù.

La Santità Sua facendo voti che tale nobile intento si traduca in piena e felice realtà, che ridonerà a nuovo onore dell'indefesso zelo della Compagnia medesima, ad essa tutta e in particolar modo alla P. V. imparte di gran cuore l'Apostolica Benedizione.

---

(1) S. PETRI CANISII, Doct. Eccl., *Catechismi Latini et Germanici*: editionem criticam curavit FRIDERICUS STREICHER S. I. — *Pars I*: *Catechismi Latini*. — Romae et Monachii, 1933, pp. 180*-400.

Colgo volentieri l'occasione per confermarmi con sensi di distinta stima

di V. P. Rev.ma
dev.mo
E. Card. PACELLI.

49. **16 martii 1934.**

De vicesimoquinto anniversario ab inito periodico « America ». — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. IOS. WILFRIDUM PARSONS
E PROV. MARYLAND.-NEO EBOR.
PERIODICI DIRECTOREM.

Dal Vaticano, March 15, 1934.

DEAR REV. FATHER,

On the occasion of the Silver Jubilee of the periodical *America* the Holy Father expresses his felicitations on the good it has accomplished during the quarter of a century now completed.

There has been no field of Catholic action and endeavour in which *America* has not rendered distinguished service. Christian Education in particular has ever had in this periodical an intrepid and illuminating champion; and in these evil times there is sore need of those who can defend and promote the ideals of Our Blessed Saviour in School and College and University.

Catholic philosophy and Catholic doctrine have had in *America* an able exponent.

Articles upholding Christian standards of morality, the sanctity of the home and the family, have stamped *America* as a leader in the field of Christian ethics. It has been one of the ablest and staunchest supporters of the Encyclicals of the Sovereign Pontiffs, directed to heal the social evils of the world and to protect the working classes in accordance with the principles of Christian justice and charity.

It has also been an informative source of the best in literature and art, and has commented clearly upon the important events of the times.

Praying that the future years of *America* will be always fruitful of good, as have been the twenty-five years that have passed, The Holy Father graciously bestows his Apostolic Blessing upon the Director and Editors of this magazine.

With my personal congratulations and good wishes, I am,

Yours very sincerely
E. Card. PACELLI.

50. **26 aprilis 1934.**

De libro seu Albo « Memoriae Romanae Sanctorum et Beatorum Soc. Iesu » (1). — Epist. Card. Secret. Stat.

AD REV.mum P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOC. IESU.

Dal Vaticano, 26 Aprile 1934.

REV.MO PADRE,

Godo di assicurare la P. V. Rev.ma che dell'interessante Album « Memoriae Romanae Sanctorum et Beatorum S. I. » Sua Santità ha gradito il devoto omaggio come di una pubblicazione assai bene ispirata ai fini della edificazione e della pietà.

Nel ringraziare del dono, il Santo Padre è ben lieto di rinnovar voti per la prosperità spirituale sempre crescente della benemerita Compagnia, già così ricca di eroi della santità e invia di cuore alla P. V. e a tutti i suoi figli in G. C. l'Apostolica Benedizione.

Prego V. P. di gradire i sensi della mia personale gratitudine per la copia a me cortesemente inviata e mi valgo volentieri dell'incontro per professarmi coi sensi della più devota osservanza

della P. V. Rev.ma
dev.mo
E. Card. PACELLI.

---

(1) Editum est a nostra Postulatione generali Causarum NN. BB. et VV.; constat autem 60 tabellis phototypice expressis, quibus praecipua Urbis loca referuntur ubi aliquae « memoriae » NN. Sanctorum et Beatorum servantur, additis (anglice, gallice, germanice, hispanice, italice) singularum imaginum explicationibus.

51. 16 maii 1934.

De obsequio Summo Pontifici praestito ab alumnis Pont. Seminarii Cularitani a SS. Corde in Sardinia (Prov. Taurin.). — Epist. Card. Secret. Stat.

AD R. P. ALFONSUM MARTIN
E PROV. TAURINENSI
PONT. SEMINARII CULARITANI RECTOREM.

Dal Vaticano, 16 maggio 1934.

REV.MO PADRE RETTORE,

Sono lieto di rendermi interprete presso la P. V. Rev.ma della sentita compiacenza con cui l'Augusto Pontefice si è degnato accogliere l'Obolo (L. 1000) umiliatoGli dagli alunni di cotesto Seminario non che il ricco tesoro spirituale che l'accompagnava.

Nel devoto omaggio il Santo Padre ha con piacere constatato e l'attaccamento dei giovani alla Sede Apostolica e i sentimenti di pietà, con i quali essi hanno innalzato preghiere e offerto mortificazioni per il Vicario di Cristo.

La Santità Sua rinnova quindi i migliori voti per la formazione ecclesiastica degli alunni alle di Lei cure affidati, ed ha piena fiducia che essi, corrispondendo alla divina grazia e alle amorevoli sollecitiudini dei Superiori e Maestri, come oggi sono liete speranze della Chiesa, così domani ne saranno degni ministri e valido aiuto.

Con questa cara visione di bene, l'Augusto Pontefice di cuore imparte a Lei, P. Rettore, agli altri Superiori e Professori, ed in particolare agli amati alunni, una speciale ed affettuosa Benedizione Apostolica.

Con sensi di sincera e distinta stima mi professo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

52. 4 iulii 1934.

De 75° anniversario a fundatione Missionis in Iava (*Prov. Neerland.*). — Epist. Card. Secret. Stat.

AD REV.DUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI
PRAEPOSITUM GENERALEM SOC. IESU.

Dal Vaticano, die 4 Iulii 1934.

REV.ME PATER,

Augustus Pontifex certior est factus in eo vos esse ut faustum laetumque iucundo animo recolatis eventum: annum nempe quintum supra septuagesimum, ex quo Divi Ignatii alumni primum in insulam Iavam Christi Evangelium inter infideles disseminandi causa escensionem fecerunt. Laetissimo huiusmodi nuntio commotus Christi Vicarius quin laetitias vestras participet facere non potest. Quapropter mente commemorans plurimos eximiosque labores, quos sacra illa Societatis Iesu expeditio per hoc tempus exantlavit eidemque partos abunde fructus, Sanctitas Sua et maximas Deo, omnium bonorum Largitori, grates persolvit, et universis, qui illic tam sollertem operam Christi regno provehendo adhuc usque navarunt, magnopere gratulatur. Vota praeterea Summus Pontifex edit ut, opitulante Deo, sacra illa expeditio maiora in dies capiat incrementa atque de aucto ovium numero laetentur merito pastores.

Quod ut auspicato contingat, Beati Petri Successor caelestia munera precatus, tum tibi omnibusque alumnis tuis in vinea Domini laborantibus, cum singulis concreditis vobis christifidelibus, Apostolicam Benedictionem peramanter impertit.

Haec tibi renuntians ea qua par est observantia me profiteor

Tibi
addictissimum
E. Card. PACELLI.

53. 9 augusti 1934.

De Visitatione Apostolica peracta in Harbin in Sinis a P. Vendelino Javorka (rit. orient.), Pont. Coll. Russici Rectore (1). — Epist. Rev.mi Pro-Praesid. Pont. Commiss. pro Russia.

AD R. P. VENDELINUM JAVORKA
E PROV. CECHOSLOVAKIAE.

Dal Vaticano, 9 Agosto 1934.

REVERENDISSIMO E CAR.MO PADRE,

Al termine della Visita Apostolica da Lei felicemente compiuta in cotesto Ordinariato dei Russi in Harbin, mi è grato esprimerLe, Rev.mo Padre, i più cordiali ringraziamenti e i sensi di viva gratitudine di questa Commissione che è rimasta assai soddisfatta dello zelo con cui Ella ha assolto l'incarico affidatoLe.

Ciò valga a spirituale conforto di V. P. che, invitata a recarsi nel lontano Oriente, obbedì prontamente e nel Suo nuovo ufficio non si è affatto risparmiata per corrispondere degnamente come ha fatto, ai desideri del S. Padre.

Ella pertanto, Rev.mo Padre, non appena avrà fatto regolare consegna della Sua Amministrazione all'Illustrissimo e Reverendissimo Mons. Abrantowicz è liberata dall'ufficio di Visitatore Apostolico e Le finiscon perciò i poteri e le facoltà proprie di Ordinario, che tornano a Mons. Abrantowicz.

Le restano però le facoltà solite a concedersi a tutti i missionari (2).

Ai ringraziamenti della Commissione ho l'onore di aggiungere i miei personali ossequi ed intanto con distinta stima mi professo

di Vostra P. Rev.ma
Sac. DOMENICO TARDINI
pro-Presidente.

---

(1) Mense ianuario 1934, in Pont. Collegio Russico S. Teresiae a Iesu Infante in Urbe relicto Vicerectore P. Philippo de Régis, R. P. Vendelinus Javorka in Sinas missus est Visitator Apostolicus Ordinariatus Harbinensis pro Russis.

(2) R. P. Javorka, dimisso munere Rectoris Collegii Russici de Urbe (v. supra, pag. 722), in Sinis remanere iussus est ut curam ageret de Russis catholicis in urbe Shanghai.

54. **31 augusti 1934.**

De libro « Concordata Pii XI » a P. Io. M. Restrepo R. (Prov. Colomb.) edito (1). — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. IOANNEM M. RESTREPO R.
E PROV. COLOMBIANA.

Dal Vaticano, 31 Agosto 1934.

MOLTO REVERENDO PADRE,

Con particolare gradimento il Santo Padre ha ricevuto il devoto e filiale omaggio della pregevole opera, dalla P. V. recentemente pubblicata, intorno ai Concordati dal regnante Pontefice stipulati con gli Stati Civili.

Sua Santità si compiace vivamente con V. P. per questo studio più che mai opportuno, il quale, mentre illustra una forma delle relazioni giuridiche della Santa Sede con le civili Autorità, richiesta dalle condizioni dei tempi nuovi, è insieme un omaggio al Regnante Pontefice, che in questi dodici anni del Suo Pontificato ebbe, tra le prime cure del Suo Apostolico Ministero, quella di stringere amichevoli relazioni con i varii Stati, regolarle con mutua concordia ed avvalorarle col vincolo giuridico.

Il pregio poi della presente opera, che offre al lettore il testo autentico dei documenti con la rispettiva versione negli idiomi latino e francese, è accresciuto dalle note erudite, le quali con grande copia di dottrina teologica, giuridica e storica, aiutano ad esaminare i documenti, a chiarirne il tenore, e compararli tra loro, così che ne risulta una vera e compiuta esposizione del Diritto pubblico ecclesiastico nelle sue più pratiche applicazioni. E da ciò si rileva pure la grande utilità di questo studio, sia per gli studiosi stessi del Diritto ecclesiastico i quali hanno l'agio di vedervi i principii concretamente applicati, sia per quanti, negli uffici diplomatici, bramano di avere una conoscenza esatta delle disposizioni vigenti nelle relazioni tra la Santa Sede ed i varii Stati.

A rendere quindi più copiosi i frutti di sì nobile fatica, ed in

---

(1) « *Concordata regnante SS.mo D.no Pio PP. XI inita:* Latine et Gallice reddita et notis illustrata a P. IOANNE M. RESTREPO RESTREPO S. I. in Pont. Univ. Gregoriana Professore ». — Romae, apud Univ. Gregor., 1934, pagg. XX-720.

attestato della paterna benevolenza, il Santo Padre le impartisce l'Apostolica Benedizione.

Mi valgo volentieri della circostanza per ringraziarla anche della copia, che ha voluto a me gentilmente destinare, mentre mi affermo con sincera stima

di V. P. Rev.ma
dev.mo nel Signore
E. Card. PACELLI.

55. **26 octobris 1934.**

De libro « Sette e Società Protestanti in Italia » a P. Camillo Crivelli edito (1). — Epist. Substit. Secret. Stat.

AD P. CAMILLUM CRIVELLI
E PROV. MEXICANA (2).

Dal Vaticano, 26 Ottobre 1934.

REV.MO PADRE,

Ho il piacere di significarLe che l'Augusto Pontefice ha accolto con paterno gradimento l'omaggio del libro « *Sette e Società Protestanti in Italia* » dalla P. V. umiliatoGli.

Molto opportuna torna la pubblicazione fatta dalla P. V. e il Santo Padre augura che essa illumini sempre meglio i Cattolici Italiani sulle insidie che si tendono alla loro santa Fede, e li stimoli a difenderla sempre più generosamente nel santuario del loro cuore e delle loro famiglie.

RingraziandoLa pertanto del dono e del devoto pensiero che l'ha ispirato, Sua Santità Le imparte di cuore, in auspicio di celesti favori, l'Apostolica Benedizione.

Mi valgo volentieri dell'occasione per professarmi con sensi di distinta stima

di V. P. Rev.ma
dev.mo nel Signore
A. OTTAVIANI.

---

(1) CAMILLO CRIVELLI S. I., *Sette e Società Protestanti in Italia:* Manuale per i Sacerdoti Italiani; Isola del Liri, Tip. A. Macioce e Pisani, 1934, pagg. 158.

(2) Romae degit, in Domo Scriptorum Societatis, rei protestanticae detegendae et refellendae totus addictus: cf. etiam supra, pag. 365.

56. **17 novembris 1934.**

De vicesimo quinto anno ab initis in Anglia Secessibus clausis. — Epist. Card. Secret. Stat.

AD P. EDUARDUM ROCKLIFF
E PROV. ANGLIAE
OPERIS SECESSUUM MODERATOREM.

Dal Vaticano, November 17th, 1934.

DEAR REVEREND FATHER,

The Holy Father learns with great satisfaction that on November 25th. a congress is to be held to celebrate the 25th year of the closed-retreat movement in England. Twenty-five years of struggle have been crowned with success; and now, each year large numbers, especially of working men, are learning the immense advantage which comes from the making of closed retreats. This form of Apostolate appeals to the heart of His Holiness; it prepares men in an excellent manner to go forth filled with the noble spirit of Catholic Action, making of them in their various parishes strenuous apostles of Truth and champions of Christ and His Church. It is therefore with paternal affection that the Holy Father imparts to all those who make these retreats and all those who promote or conduct them his Apostolic blessing.

With my best wishes, I am

Sincerely yours in Christ
E. Card. PACELLI.

ACTA PRAEPOSITI GENERALIS

ACTA PRAEPOSITI GENERALIS

I. — PRO SOCIETATE.

57. **6 ianuarii 1934.**

Promulgantur et commendantur duo libelli nuper editi, quibus continetur « Elenchus » eorum quae sive a Superioribus localibus sive a Ministris praestanda sunt.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

R^m^. V^m^. certiorem facio typis nunc ipsum dari novam editionem duplicis libelli: « *Elenchus eorum quae a Superioribus localibus praestanda sunt* » [1] et « *Elenchus eorum quae a Ministris praestanda sunt* ». Uterque libellus distribuendus erit omnibus Superioribus tam maioribus quam localibus, omnibus eorumdem Superiorum Consultoribus et Admonitoribus, itemque

---

[1] Libello haec praeposita est Patris Nostri approbatio:
Hunc Elenchum, novis curis recognitum, approbamus et cum omnibus Superioribus communicamus ut quae in eo habentur in usum deducantur.

Romae, die 1 ianuario 1934,
in festo Circumcisionis Domini.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

omnibus Instructoribus. Novitiorum Magistris eorumque Sociis, et aliquot exemplaria ponenda erunt in bibliotheca Patrum Tertianorum. Praeterea priorem libellum habere debent etiam Procuratores domorum et Praefecti ecclesiae, cum quaedam ad eos quoque pertineant; alterum vero libellum (2) etiam Ministri peculiares, qui in maioribus domibus alicui parti communitatis (v. gr. Iuniorum, Philosophorum etc.) assignantur, atque Subministri habeant oportet.

Velit igitur R. V. secundum has normas mihi significare quot utriusque libelli exemplaria sibi mittenda sint; idque facile praestare poterit. annexam schedulam cum inscriptis numeris mihi remittendo.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 6 ianuarii 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS MARTÍ
Secr. Soc. Iesu.

58. **6 ianuarii 1934.**

Nuntiatur editio mox facienda complurium documentorum, quae causam beatificationis R. P. Ioannis Roothaan multum iuvabunt.

AD OMNES SUPERIORES LOCALES.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Ad promovendam causam beatificationis R. P. Ioannis Roothaan eiusque memoriam magis magisque vulgandam, opportu-

---

(2) Item huic alteri libello praeposita est haec Patris Nostri approbatio:

Hunc Elenchum, novis curis recognitum, approbamus et cum omnibus Superioribus et Ministris communicamus ut quae in eo habentur in usum deducantur.

Romae, die 1 ianuarii 1934,
in festo Circumcisionis Domini.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

num visum est ut in lucem edantur fontes et documenta, ex quibus tanti Viri vita, res gestae et virtutes veluti per se ipsas lectoribus demonstrentur.

Quod magni momenti et utilitatis opus, curae commissum P. Petri Pirri (Prov. Rom.) (1) qui recenter optimam Servi Dei vitam descripsit, quae in complura idiomata nunc versa est, tribus partibus continebitur:

I. Epistulae — II. Scripta spiritualia — III. Testimonia coaeva.

Primum prioris partis volumen, epistulas complectens ante Generalatum scriptas (quae ad propinquos et amicos neerlandice scripserat, latine hic versae referuntur), iam typis compositum in eo est ut in lucem edatur. Plus quam 300 paginis constabit in 16° eiusque pretium vix attinget 20 libellas italicas (2).

Ut huius libri sufficientia imprimantur exmplaria, rogo reverenter ut R. V. velit me quam primum certiorem facere an hoc volumen acquirere cupiat.

Commendo me ss. SS.

R^ae^. V^ae^.
Servus in Xto.
CAROLUS MICCINELLI
Postulator generalis S. I.

---

(1) Patri Pirri dein, aliis laboribus distento, suffectus est P. Ludovicus de Jonge (Prov. Neerland.), qui Romam accitus in hoc opus totus incumbit, etiam Patre Pirri tamen collaborante.

(2) Varias tamen ob causas mutari deinde debuit et grandior fieri voluminis forma; ideoque, succrescente annotationum copia et aucto paginarum numero, etiam pretium augeri debuit. Itaque, edito nunc primo volumine (mense ianuario 1935), hoc venit apud Postulationem generalem libellis italicis 30 (pretio vecturae non computato): constat pagg. XII-368 in 4°.

59. 11 februarii 1934.

De libro « Medicina Pastoralis » Rev. D. Iosephi Antonelli deque eius usu caute permittendo.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Cum R. V. communico latinam versionem epistolae a Sacra Congregatione de Religiosis ad me ceterosque supremos Religiosorum Moderatores nuper datae (1), qua certiores fimus Supremam Sacram Congregationem Sancti Officii opus Rev. D. Iosephi Antonelli, cui titulus « Medicina Pastoralis », prohibuisse cum pro aliis Institutis Ecclesiasticis, tum nominatim pro Seminariis, Facultatibus Studiorum ecclesiasticorum et Scholasticatibus Ordinum Religiosorum.

Hoc Sanctae Sedis praescriptum, quantum ad nos pertinet, quam fidelissime exsequamur oportet. Velit igitur R. V. diligenter curare, ut ille liber, ab omnibus bibliothecis Scholasticorum vel Seminaristarum, sicubi invenitur, quamprimum abducatur, atque etiam in communibus bibliothecis domorum a libero Nostrorum usu subtrahatur, ac solis Professoribus de re morali aliisque qui peculiari de causa a Superiore approbata eo revera indigeant deinceps reservetur. In proxima vero visitatione R. V. sive per se sive per P. Socium diligenter investiget, num ubique id factum fuerit; et si quid negligentiae hac in re invenerit, remedium studiose afferre curet. De his omnibus autem ad me tempestive referre ne gravetur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo Apparitionis B. M. V. Immaculatae,
11 februarii 1934.

R^ae^. V^ae^.
Servus in Xto.
Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) V. supra, pagg. 633-634.

60. **18 ianuarii 1934.**

Periodicum nostrum « Archivum historicum S. I. » iterum commendatur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:

P. Xti.

Mox prodibit primus anni tertii fasciculus nostri periodici « *Archivum historicum S. I.* », quod Pater Noster ante tres annos (*Act. Rom.*, vol. VI, 1931, pag. 847) atque etiam in Congregatione Procuratorum nuper habita (*Memorab. S. I.*, vol. IV, fasc. VIII, 30 oct. 1933, pag. 518) tantopere commendavit et dilaudavit. Nec frustra profecto, nam complures Provinciae et domus illi subscripserunt illudque pro merito se magni facere ostendunt. Quin etiam ab externis cum plausu exceptum est et a viris rerum historicarum peritissimis plurimi aestimatur, ut patet v. gr. ex ingenti numero similium etiam magnae notae periodicorum, quae cum nostro mutuam subscriptionem habent.

Et quoniam hoc « *Archivum* » cum ad calumnias contra Societatem promptius ac facilius refellendas, tum ad pleniorem et securiorem ipsius Societatis notitiam tam apud externos quam apud Nostros promovendam plurimum conducere potest, atque ita et plures vocationes fovere et eos qui iam vocati sunt in sua vocatione firmius stabilire eosque germano S. Patris Ignatii spiritu altius imbuere, Pater Noster iterum commendat ut saltem in omnibus maioribus nostris domibus, id est in Domibus Professis, in Seminariis Nostrorum, in omnibus Collegiis etiam externorum, in Domibus Scriptorum, in maioribus Residentiis, huius nostri periodici unum saltem exemplar habeatur.

Valde autem optandum est ut, quemadmodum nonnulla Nostrorum Collegia iam fecerunt, in Seminariis Nostrorum singulae communitatis classes singula exemplaria habeant (exceptis Novitiis): Patres, Tertiani, Theologi, Philosophi, Iuniores; et praeterea plurimum iuvabit ut, in Domibus probationis, Pater Instructor et Magister Novitiorum suum quisque habeat exem-

plar; etiam pro Curia Provinciali unum exemplar haud parum utile esse poterit. Bonum denique erit. ut quattuor quoque fasciculi, qui iam prodierunt, secundum has normas petantur, ne collectiones fasciculorum mancae sint.

Dum has Patris Nostri commendationes. ipso mandante, cum R. V. communico, commendo me ss. SS.

Romae, die 18 ianuarii 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS MARTÍ
Secr. Soc. Iesu.

61. **2 februarii 1934.**

De modo allegandi documenta quae in nostris archivis servantur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Proximi mei Decessores, RR. PP. Ludovicus Martín et Franciscus Xaverius Wernz, litteris die 7 decembris 1896 et die 30 ianuarii 1911 datis, graves ob causas districte interdixerant ne Scriptores nostri, in suorum librorum fontibus allegandis. « nec semel usquam » nominarent « *Archivum Societatis* seu *Tabularium Societatis* seu etiam *Locum*, ubi id in praesens asservatur » (*Acta Romana*, vol. I, ann. 1911, pag. 48).

Id quidem prudentissime statutum erat. Sed cum rerum rationes nunc valde mutatae sint, cumque iam a clarissimis quibusque auctoribus, v. gr. a perillustri Summorum Pontificum historiae scriptore Ludovico von Pastor (cfr. ex. gr. « *Geschichte der Päpste* » vol. XVI, part. III, pag. 18). cuius egregium opus in varias linguas vertitur, Archivum nostrum Romanum iam allegari coeptum sit. a pristina illa severitate aliquantulum derogandum esse videtur.

Itaque haec deinceps hac in re servari debent:

1) In allegationibus quae ad Archivum Societatis reiiciant, semper dicatur: « *Archiv. S. I. Roman.* »: nam unum est Archivum Societatis, id est Romanum, cui etiam manuscripta accensentur olim ob temporum iniquitatem dispersa, quae proinde, quocumque loco ad tempus custodiuntur, item tamquam ad Archivum Romanum pertinentia allegentur oportet. Hoc autem Archivum est privatum et reservatum, eiusque usus non permittitur nisi peculiari facultate a Patre Generali impetrata.

2) Manuscripta vero, quae Romae in Archivo apud ecclesiam SS. Nominis Iesu sito, quod omnibus patet, servantur, ita allegari debent: « *Fondo Gesuitico,* Roma, Piazza del Gesù, 45 ».

3) Ad modum quod attinet scribendi ad Archivi nostri custodes (sive « Archivistae » sive « Secretarii Societatis Adiutores » nuncupantur), suam vim plene servat praescriptum a R. P. Wernz litteris die 30 ianuarii 1911 datum (*Acta Rom.* l. c.), quibus Scriptores nostros eorumque cooperatores monitos voluit, « ne quid unquam per epistolas apertas, neque per chartulas quas vocant *postales* » ab iis petant, sed semper epistolis diligenter obsignatis utantur.

Velit R. V. cum iis, quorum interest vel interesse poterit, has normas communicare earumque exsecutionem diligenter urgere.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 2 februarii 1934. R.ae V.ae

Servus in Xto.

WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI

Praep. Gen. Soc. Iesu.

62. **5 februarii 1934.**

De triduanis festivitatibus in honorem novensilium BB. Martyrum Rioplatensium celebrandis.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Mandante Patre Nostro, cum R. V. communico Rescriptum a Sacra Rituum Congregatione nuper datum (1), quo nobis fit facultas peragendi triduana sollemnia novensilium Beatorum Martyrum Rioplatensium Rochi González et Sociorum, qui die 28 ianuarii huius anni ad altarium honores evecti sunt (2). Quamquam enim in ipsis Apostolicis beatificationis Litteris huiusmodi facultas aperte conceditur, instructiones tamen et privilegia ad has triduanas festivitates celebrandas per aliud peculiare Sacrae Rituum Congregationis documentum communicari solent, quod Postulator noster generalis tempestive obtinendum curavit.

Instructio, de qua sermo est in Rescripto, eadem est atque ea quae pluries in *Actis Romanis* est edita (v. gr. vol. VI, 1930, pp. 457-459). Missa autem, quae in eodem Rescripto dicitur propria, non quidem propria est sensu stricto (cum tales Missae propriae a Sacra Congregatione non approbentur nisi sat diu post beatificationem), sed ea quae his Beatis Martyribus in sollemniis beatificationis assignata est ut propria, id est Missa *Sapientiam* de Communi plurimorum Martyrum 2° loco, cum orationibus item de communi, quae tamen ad hunc casum aliquantulum accommodari debuerunt, ut infra indicatur (3).

De festo autem liturgico horum Martyrum quotannis recolendo, quemadmodum etiam de festo B. Iosephi Pignatelli, nihil huc usque statui potuit, cum Sacra Congregatio in causis canonizationum et beatificationum mox peragendarum parandis tota

(1) V. supra, pagg. 692-693.
(2) V. supra, pagg. 686-692.
(3) V. supra, pagg. 685-686.

sit. Cum primum aliquid de his nostris novis festis decretum fuerit, statim illud notum faciemus.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 5 februarii 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS MARTÍ
Secret. Soc. Iesu.

63. **20 februarii 1934.**

Statuta pro nostris Scholasticatibus nuper approbata mox authentice edenda nuntiantur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Mandante Patre Nostro, cum R. V. communico ipso die festo B. M. V. Immaculatae de Lourdes ad nos allatum esse decretum Sacrae Congregationis de Seminariis Studiorumque Universitatibus, quo Statuta pro nostris Scholasticatibus, perpaucis mutatis, definitive approbantur (1). Mox, Patre Nostro curante, authentica horum Statutorum editio prodibit (2), additis ex Sacrae Congregationis praescripto Constitutione Apostolica « Deus scientiarum Dominus » et Ordinationibus ad eam rite exsequendam. Libellus, qui *Actis Romanis* similis erit, vectionis expensis non computatis, apud nos acquiri poterit pretio *duarum libellarum* italicarum. Convenit autem ut singuli Professores singula eius exemplaria apud se habeant, nec deesse potest in bibliothecis tam communibus quam Scholasticorum.

Velit R. V., chartula (quae hic additur) cum opportunis indicationibus ad me remissa, quamprimum significare quot ex-

---

(1) V. supra, pag. 607.
(2) Cf. supra, pagg. 606-633; item infra, pagg. 776-796.

emplaria sibi mitti debeant, ut exemplarium imprimendorum numerum pressius definire possimus.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 20 februarii 1934.

Rae. Vae.
Servus in Xto.
IOSEPHUS MARTÍ
Secr. Soc. Iesu.

64. **21 februarii 1934.**

Laxiores quaedam interpretationes de privilegio anticipandi Presbyteratum itemque de ordinibus minoribus post philosophiam conferendis reprobantur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Audivi dubia quaedam alicubi orta esse de interpretatione concessionis Pontificiae nobis factae promovendi Scholasticos nostros ad sacrum Presbyteratum in fine tertii anni theologiae (*Acta Rom.*, vol. III, 1922, pp. 399-400); quod privilegium perperam quidam ita interpretantur, ac si liceret Scholasticos ad sacerdotium promovere inde a festis Paschalibus anni tertii theologiae aut saltem in quattuor temporibus Pentecostes ante festum SS. Trinitatis.

Itaque ad quaevis dubia praecavenda et ad uniformitatem servandam meum duco, re cum PP. Assistentibus collata, omnibus Provinciarum Praepositis definitas normas tradere, quae ubique fideliter servari debeant.

Et primum quidem, cum Summus Pontifex gratiam illam « iuxta preces » concesserit (*Acta Rom.*, l. c.), quaestio ex precibus potissimum est dirimenda. Iamvero in supplici libello tunc Summo Pontifici exhibito (ibid.) verba « in fine tertii anni theologiae » in contextu totius documenti idem prorsus significant atque alia in eodem libello promiscue adhibita « absoluto tertio

anno cursus theologici »: hanc autem fuisse mentem cum meam petentis tum Beatissimi Patris concedentis, pro certissimo sane declarare possum.

Quae cum ita sint, omnino firmum ratumque esto Nostros ad presbyteratum promoveri non posse nisi tertio anno theologiae iam absoluto, pro cuiusque Provinciae probato usu quod ad tempus inchoandi et finiendi annum scholasticum.

Hac occasione usus, R^ae^. V^ae^. in memoriam revoco etiam peculiare indultum, quo nostri Scholastici ad tonsuram et ordines minores ante tempus in iure statutum promoveri permittuntur, simili ratione interpretandum esse, cum clare edicatur id non concedi nisi « post expletum cursum philosophiae » (*Acta Rom.*, vol. V, 1927, pag. 621).

Velit R. V. haec cum iis, quorum interest, pro sua prudentia communicare, ne intempestiva spes in Scholasticis foveatur, et hoc etiam ex capite, ne per laxiores huiusmodi interpretationes haec ipsa privilegia in discrimen vocemus; nam Summus Pontifex hac in re in severiorem partem semper inclinat.

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo BB. Roberti Southwell
et Soc. MM., — 21 februarii 1934.

R^ae^. V^ae^.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

65. **25 martii 1934.**

Mittitur quaedam instructio ad praeparandos elenchos statisticos.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Statum Curiae nostrae in catalogos huius anni insertum percurrens, R. V. fortasse iam animadvertit novum officium

apud nos haberi, cum redactione *Memorabilium* coniunctum, pro conficiendis Societatis *Statisticis* (1).

Et sane a multo iam tempore id omnino necessarium esse compereramus: haud raro enim a Sancta Sede communes quaedam distinctae sive personarum sive operum computationes expetuntur, quas in promptu non habere non solum nostrae administrationi dedecori vertitur, sed etiam verum damnum interdum afferre potest. Ipsa relatio quinquennalis Sacrae Congregationi de Religiosis exhibenda (anno proximo id nobis praestandum rursus continget) multo facilius parabitur, si accuratae *Statisticae* singulis annis exarantur. Praeterea hae saepe magni momenti erunt ad quasdam Societatis impugnationes statim refellendas. Accedit exemplum recentium Congregationum religiosarum, quarum saltem aliquae melius quam nos his bonae administrationis instrumentis uti videntur.

Et re quidem vera insufficientes prorsus adhuc erant indicationes statisticae, quae sparsim sive ex litteris sive ex Provinciarum Nuntiis hinc inde colligendae erant nec semper inveniri poterant. Ut unum exemplum afferam, de Collegiis externorum difficile admodum nunc alumnorum numerum scire possumus, cum perpaucae sint Provinciae quae hanc alumnorum computationem indicent in catalogo, ut fit ex. gr. in catalogis Provinciae Lusitanae et utriusque Provinciae Poloniae, vel quae, ut Belgica, separatum folium ad id quotannis edat. Et tamen saepe et a variis interrogamur quot habeamus Collegia, quot discipulos etc.; quod si haec nos nescire fatemur, iure meritoque mirantur homines.

Iamvero, ut officium nostrum pro Statisticis vere utile sit, a Provinciis assidue et diligenter iuvetur oportet. Itaque rogo R.m V.m, ut Patri Socio alterive Patri, quem R. V. ad id aptissimum putaverit, totum hoc negotium ex officio demandet, eique enixe commendet ut illud sedulo complere nitatur. Nostrum autem erit curare ut nonnisi quae necessaria sunt aut saltem vere utilia ab eo requirantur, ne frustra oneretur: ceterum iam multa id genus praescripta sunt, quae nunc aptius invicem coordinabuntur, ita ut potius nove quam nova fiant. Initio quidem la-

(1) Hoc munus P. Antonio Pérez (Prov. Castell.) demandatum est: cf. *Memorab. S. I.*, vol. IV, 1933, pag. 626.

bor erit maior, sed postea, ut semper accidit quando res secundum praestitutum ordinem diligenter fiunt, labor sane exiguus erit, ac praeterea ita vitabuntur frequentes et ingrati recursus ad Provincias in singulis casibus.

Superiores regulares Missionum id ipsum, quod hic commendatur Provincialibus, sibi dictum existiment; at alicui Patri a se designato totum negotium demandare poterunt.

Quid autem iam nunc, per complura quae mittuntur schemata, definite quaeratur, Pater ad id deputatus facile cognoscet ex Instructione Patris Secretarii, quam simul cum hisce meis litteris R. V. accipiet.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 25 martii 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

INSTRUCTIO AD PRAEPARANDOS ELENCHOS STATISTICOS.

N. 1. - Elenchus statisticus Personarum.

Primus hic elenchus totam Provinciam respicit, etiam Missiones ab ea dependentes. Nam, quamquam hae pro aliis statisticis (quemadmodum pro aliis rebus) recta nobiscum communicant, hic tamen elenchus debet esse quasi compendium numericum Catalogi Provinciae, qui etiam Missiones complectitur.

In hoc elencho personarum, in prima parte, servetur tempus designatum, id est, fiat computatio a prima ianuarii ad 31 decembris cuiusque anni. In secunda autem parte, in illis regionibus in quibus mense ianuario habentur vacationes, nec facile est determinare numerum vg. philosophorum, theologorum, tertianorum, etc. etc., computatio potest referri ad alium diem, vg. ad diem primam martii. Notetur autem ad quam diem computatio referatur.

N. 2. - Elenchus statisticus Collegii.

Hoc secundum schema inserviet ad conficiendam generalem « Elenchum statisticum Collegiorum » in Provincia vel in Missione. Mittantur singula exemplaria huius folii ad singula Collegia; quando ea erunt restituta, facile ex his colligentur numeri ad aliud folium adimplendum. Numerus alumnorum referatur ad initium cursus.

N. 3. - Elenchus statisticus Collegiorum.

Hoc tertium folium per se ipsum cum suis Notis satis illustratur: exhibere nempe debet prospectum numericum singulorum Collegiorum (unumquodque enim suam columnam occupabit), et consequenter omnium totius Provinciae. Collegia Nostrorum ne inserantur in hanc tabellam.

N. 4. - Elenchus statisticus ministeriorum.

Ad conficiendum hunc elenchum, necesse est ut singulis sacerdotibus tradatur folium in quo quisque annotet ministeria a se habita. Poterit autem ad hoc inservire illud ipsum folium quod in Provinciis dari solet singulis sacerdotibus ad annotanda ministeria.

Hic elenchus mittatur Superioribus domorum, ut ipsi, acceptis foliis subditorum, et facta summa ministeriorum totius domus, illum remittant Patri Socio, vel alii Patri designato. Curent Superiores ut, si quae ministeria a non sacerdotibus fuerint habita, computentur etiam.

N. 5 et 5'. - Tabella de ministeriis.

Haec tabella conficietur a P. Socio vel alio Patre designato, postquam acceperit data singularum domorum, et Romam remittetur. Mittatur etiam alia (5') in qua describendae sunt Congregationes seu Associationes a Nostris directae.

N. 6. - Elenchus stat. Exercitiorum trad. in nostris Domibus Exerc.

Exemplar huius elenchi mittatur ad singulas Domos Exercitiorum. Superior Domus illum, completum, Patri Socio vel alii Patri designato reddere curabit. Hic, facta summa totali omnium Exercitiorum clausorum traditorum in Domibus Exercitiorum Provinciae, et collocata in prima parte tabellae (N. 8) folium remittet. At remittat etiam illum ipsum elenchum quem a singulis Domibus Exercitiorum acceperit, ita ut hic habeatur seorsim conspectus laboris singularum Domorum.

N. 7. - Elenchus stat. Exercitiorum trad. extra nostras Domos Exerc.

Folium hoc mitti debet omnibus domibus, non exceptis Domibus Exercitiorum, quibus aliud (N. 6) mittendum est. Potest enim accidere ut Patres qui in nostris Domibus Exercitiorum Exercitia tradunt, etiam in aliis partibus Exercitia tradant. Tunc vero horum Exercitiorum computatio in hoc folio reponenda est. Superior domus

et P. Socius, vel alius, designatus, agent deinde eadem quae indicantur N. 6.

N. 8. - Tabella de Exercitiis (in et extra nostras Domos Exerc.).

Lectis indicationibus factis in elenchis anterioribus, (nn. 6 et 7) facile patet qua ratione haec tabella a P. Socio vel alio designato complenda sit.

N. 9. - Elenchus librorum edit. et articulorum.

Huius elenchi de libris et articulis maioris momenti mittatur sufficiens numerus exemplarium singulis domibus, ut ipsi auctores illos compleant et tradant Superiori immediato. Hic eos Patri Socio vel alii Patri designato transmittere curabit, qui illos transcribet in tabella 10ª aut 11ª.

N. 10. - Tabella de libris editis.

In hanc tabellam transcribendae sunt notationes factae a singulis auctoribus; haec sola Romam remittenda est.

N. 11. - Tabella de articulis maioris momenti.

Dicendum idem atque de tabella signata N. 10.

N. 12. - Elenchus de ephemeridibus et libellis periodicis.

Hic elenchus, ut patet, mittendus illis domibus in quibus rediguntur aut eduntur ephemerides et libelli periodici, quacumque gaudeant periodicitate, sive certa et definita, sive incerta. Superior domus acceptos elenchos transmittet Patri Socio vel alii Patri designato; hic vero, facta transcriptione, tabellam Romam remittet.

N. 13. - Tabella de ephemeridibus et libellis periodicis.

Idem dicendum ac de tabella signata N. 10.

N. B. — Igitur Romam solum remittenda sunt folia notata numeris: 1, 3, 5, 5', 6, 8, 10, 11, 13.

Romae, die 25 martii 1934.

IOSEPHUS MARTÍ
Secret. Soc. Iesu.

66. **25 martii 1934.**

De Expositione Internationali Artis Colonialis Neapoli habenda et de parte rebus Missionum Societatis assignata praeparanda (1).

AD ALIQUOS PROVINCIALES ET SUPERIORES MISSIONUM.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Simul cum his litteris mitto quaedam documenta (2), e quibus R. V. videre poterit sub auspiciis Gubernii Italici mox Neapoli praeparatum iri Expositionem Internationalem pro rebus in variis Nationum Coloniis arte confectis.

In illa Expositione etiam Sacra Congregatio de Propaganda Fide proprium aedificium habebit, in quo res arte factas e Missionibus acceptas oculis visitantium obicere possit.

Sacrae Congregationi nomine Societatis iam promisi Missionarios nostros operam suam non esse denegaturos huic incepto, quod tantopere Summo Pontifici cordi est ac simul ad opera Missionum latius illustranda multum conferre poterit.

Cum igitur agatur de re non parvi momenti, persuasum habeo R^{m}. V^{m}. nihil non acturam esse, ut Missiones Societatis in hac Expositione digne repraesententur.

Pro omnibus vero negotiis quae ad exsecutionem practicam nostri propositi spectant, R. V. vel qui ad hanc rem promovendam a R. V. designatus fuerit, directe ad Secretariatum Missionum litteras mittere potest.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 25 martii 1934.

R^{ae}. V^{ae}.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, 1934, pagg. 160-161.
(2) V. hic infra, pagg. 757-758.

I.

Epistola Exc.mi Secretarii S. Congr. de Prop. Fide.

S. CONGR. « DE PROP. FIDE »
protocollo N. 301/34.

Roma, 31 gennaio 1934.

REVERENDISSIMO PADRE,

E' noto alla Paternità Vostra Reverendissima che questa Sacra Congregazione di Propaganda Fide, in seguito ad analogo invito, ha già accordato la sua adesione alla seconda Mostra Internazionale d'Arte Coloniale, che sarà tenuta in Napoli dal 1° ottobre 1934 al 31 gennaio 1935.

L'Ente promotore di suddetta Mostra ha comunicato d'aver sin da ora destinato l'ampio locale della Chiesa del Maschio Angioino a disposizione degl'Istituti missionari.

Mi sembra opportuno ricordare che la Mostra è di Arte propriamente detta e di Arte applicata; per cui in essa potranno trovare conveniente posto tutti gl'interessanti lavori d'Arte applicata indigena eseguiti nelle scuole delle nostre Missioni o che forse si conservano nei vari piccoli Musei degli Istituti missionari.

Pertanto questa Sacra Congregazione vivamente desidera che anche l'Istituto, cui appartiene la P. V. R.ma, abbia a partecipare nel miglior modo possibile alla seconda Mostra Internazionale d'Arte Coloniale.

Sono in attesa di sapere in qual modo cotesto Istituto si propone di collaborare affinchè l'adesione data da questa Sacra Congregazione possa risultare non solo gradita, ma sopratutto vantaggiosa per la migliore conoscenza dell'opera missionaria.

Colgo volentieri l'occasione per confermare alla P. V. R.ma i sensi della mia stima e augurandoLe ogni miglior bene mi professo

Della Paternità Vostra Reverendissima
Devotissimo servo
† CARLO SALOTTI
Arciv. tit. di Filippopoli
Segretario.

Rev.mo Padre
Preposito Generale
della Comp. di Gesù.

II.

Indicationes nostri Secretariatus pro Missionibus.

EXPOSITION D'ART COLONIAL
(*Naples*: Octobre 1934 - Janvier 1935).

Par la lettre, dont copie est donnée ci-jointe, S. E. Mons. C. Salotti, Secrétaire de la S. C. de la Propagande, nous invite à participer à l'Exposition d'Art Colonial que le Gouvernement d'Italie organise à Naples d'Octobre à Janvier prochain, et dans laquelle les missions auront leur pavillon spécial (31 × 9 m.). La collaboration des missions de la Compagnie a déjà été promise.

Afin de permettre aux Nôtres d'organiser notre participation et de faire honneur à nos missions nous pouvons dès maintenant donner quelques normes. Comme le but de cette exposition est de mieux faire connaître les missions et que d'autre part il s'agit d'une exposition d'art, nous devons surtout viser à exposer des objets d'art pur ou d'art appliqué, confectionnés dans nos écoles industrielles, ou sous l'influence de la mission; et dans le choix des objets nous devons donner la première place aux objets d'art chrétien.

Le comité n'a pas décidé encore si les objets seront exposés par pays ou si chaque Congrégation religieuse aura son stand. Dans les deux cas il est à conseiller de ne pas s'encombrer d'une grande multiplicité d'objets, mais de faire plutôt un choix d'objets caractéristiques et de dimensions convenables.

Comme avant la fin du mois de juin la S. C. de la Propagande doit fournir au Comité la liste des objets en vue de la rédaction du Guide, nos participants sont priés de communiquer au plus tôt la description des objets qu'ils se proposent d'exposer et l'indication de leurs dimensions.

Ces indications nous permettront d'ailleurs de faire un premier choix et d'empêcher l'envoi de doubles.

Les participants jouiront d'une réduction de 50% pour le transport par bateaux et chemins de fer italiens. Les organisateurs de l'Exposition permettront la vente sur place des objets exposés.

En temps utile nous communiquerons aux intéressés les formalités à remplir et les adresses auxquelles devra se faire l'expedition.

Pour tous les reinsegnements on est prié de s'adresses au:

Secrétariat des Missions
Borgo Santo Spirito, 5 — Roma (113).

67. **6 aprilis 1934.**

Mutatur Assistens Germaniae et novus constituitur Admonitor Generalis.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

R. P. Rudolphus van Oppenraaij, Assistens Germaniae, litteris die 25 ianuarii huius anni ad me datis, petiit, ut ab Assistentis munere liberaretur cum propter aetatem provectiorem (octavum enim supra septuagesimum iam agit annum), tum quod superioribus mensibus ita oculis laborare coepit ut, ex medici iudicio, periculum immineat ne oculorum acies etiam multo magis obtundatur, nisi utrique oculo valde parcat, quod quidem cum munere Assistentis componi vix potest.

Re vero diligenter coram Domino perpensa et cum reliquis PP. Assistentibus discussa, omnibus visum est carissimi Patris votis esse obsecundandum, cum primum omnia, quae de aptis successoribus ei constituendis (etenim ab anno 1923 etiam Admonitoris Generalis munere fungebatur) ab Instituto praescribuntur, peracta fuerint.

Quae quidem cum iam praestita sint, iisdem PP. Assistentibus uno ore assentientibus, pro facultate Praeposito Generali in Constitutionibus (P. IX c. 5 n. 3) et Congregationum Generalium decretis (Coll. Decr., d. 269) collata, P. Rudolphum van Oppenraaij munere Assistentis, quod per annos amplius undeviginti magna cum fidelitate erga Societatem eiusque Praepositum et singulari erga omnes caritate prudenter admodum sustinuit, itemque munere Admonitoris Generalis, quod eadem cum fidelitate per decennium eoque amplius functus est, exoneratum esse decerno atque declaro, quam plurimas ei gratias nomine Societatis palam referens ob tam validum tamque diuturnum auxilium in commune bonum collatum (1).

---

(1) P. Rudolphus van Oppenraaij mense iunio 1934 in suam Neerlandicam Provinciam rediit.

Reliquum autem est, ut R.am V.am certiorem faciam R. P. Carolum Brust, e Provincia Germaniae Inferioris, hactenus Rectorem Collegii Maximi Valkenburgensis, novum Germaniae Assistentem rite esse constitutum; munus vero Admonitoris Generalis R. P. Aemilio Mattern, Assistenti Americae, commissum esse.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 6 aprilis 1934.

Rae. Vae.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

68. **18 aprilis 1934.**

De examinibus quinquennalibus neo-sacerdotum quaedam pressius declarantur et urgentur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Ex iis quae identidem e variis Provinciis ad me scribuntur, video Provinciales aliosque Superiores maiores nimis mites se praebere in dispensationibus concedendis ab examinibus quinquennalibus quae novis Sacerdotibus praescribuntur, atque adeo laxiores huius legis interpretationes admittere. Alicubi v. gr. ab his examinibus exempti putantur, qui post studia theologica aliis quibusvis studiis, etiam chemicis tantummodo vel physicis aut litterariis, dant operam; alicubi sufficiens dispensandi causa habetur, si quis in ordinariis Collegiorum officiis vel laboribus Operariorum propriis occupetur; quasi scilicet haec examina ii soli subire debeant, qui fere nihil aliud habeant agendum.

Quae quidem interpretatio quam longe a mente Ecclesiae absit vel ex eo apparet, quod praescriptum Codicis Iuris Canonici (can. 590) tam gravibus verbis expressum Sacra Congrega-

tio de Religiosis etiam nuper urgendum duxit, imposito praeterea, ut alias animadverti [1], supremis Ordinum Moderatoribus officio singulis quinquenniis hac de re accurate referendi, et nominatim « de causa motiva exemptionum, si quas [Superiores] dare censuerint » [2].

Vehementer igitur commendo ut Provinciales, praeter casus a iure praevisos [3], a lege tanti momenti non dispensent nisi « gravem ob causam », ut in ipso canone 590 dicitur, atque adeo gravem, ut deinde cum mihi tum per me Sacrae Congregationi de ea serio rationem reddere possint. Iamvero casus exemptionis a iure praevisi diserte indicantur in allegato canone 590, id est: « Religiosi sacerdotes... qui vel sacram theologiam vel ius canonicum vel philosophiam scholasticam doceant » [4]; quae verba, cum finis legis sit ut « variae *doctrinae sacrae* disciplinae » etiam post absoluta studia recolantur [5], non eo usque extendenda sunt, ut ii quoque eximantur qui, in cursu sive theologico sive philosophico docent quidem, sed scientias tantum naturales, mathematicas, physicas etc. aut litteras tradunt.

Abunde contra legi satisfaciunt eiusque finem plene assequuntur cum Patres tertiae probationis, qui sub exitu illius anni examen de iure Religiosorum tam communi quam Societatis proprio, ut alias edixi [6], rite peragant, tum ii qui peculiaribus studiis sacris post theologiam dant operam, ut sunt Biennistae qui cursus Magisterii in disciplinis ecclesiasticis sive Romae sive alibi frequentant, praesertim si, ut plerumque fit, de iisdem disciplinis etiam pericula quaedam subeant aut specimen aliquod exhibeant. Eximendi vero non sunt ii, qui in alia studia specialia non sacra incumbunt, ut aperte declaravit Sacra Congregatio Consistorialis die 30 aprilis 1918 de iis qui laicas Universitates frequentant, « quin potius [hi] eadem [examina quinquennalia] subire vel strictius iubeantur, ne profanarum scientiarum studiis abrepti, ecclesiastica studia praetereant contra praescriptum can.

---

(1) *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pag. 145.

(2) *Instruct. S. C. de Relig.* « *de formatione clericali, etc.* » d. 1 dec. 1931, n. 10: v. *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 9-10.

(3) Cfr. *Cod. Iur. Can.*, can. 590 (Epit. n. 371 § 1).

(4) *Ibid.*

(5) Cfr. *Cod. Iur. Can.*, can. 129, 590, 592 (Epit. nn. 370-371).

(6) *Acta Rom.*, vol. III, 1919, pp. 58-59.

129 » ([7]), seu, in casu nostro, contra praescriptum can. 590, qui eandem legem non modo applicat Religiosis, sed immo magis urget.

Ad causas autem graves quod attinet, quibus innixus Provincialis aliquem ab his examinibus dispensare possit, a peritis Canonistis sufficientes habentur (ut has exempli gratia afferam) munus Superioris cuiusdam domus maioris, gravis morbus chronicus, vel etiam gravis morbus temporaneus (sed in hoc casu examinis obligatio suspenditur tantum, et post recuperatam valetudinem reviviscit saltem pro reliquo quinquennii tempore), et alia huiusmodi impedimenta, quae Provincialis pro legis gravitate serio perpendat oportet, nec facile ea autumet insuperabilia.

Itaque, qui secundum has normas quinquennalia examina subire debent, tempestive moneantur id est ineunte anno scholastico ([8]), iisque commodum tempus singulis annis concedatur ad examen parandum. Quod quidem haud difficile iis erit, si iam ab initio theologiae, ut valde commendo, prae manibus habuerint horum examinum theses seu potius quaestiones, ad quas illustrandas quaedam sibi iam tunc notare poterunt. Accurate ergo parentur in singulis Provinciis haec puncta et mature tradantur Scholasticis, ut sciant de quibus deinde interrogandi sint.

Quo facilior haec punctorum selectio et designatio vobis evadat, cum hac epistola R.ae V.ae mitto breve quoddam schema, quod idem fere est (perpaucis additis aut mutatis) quod in Provincia Romana adhibetur, quodque sive ut est a vobis assumi poterit, sive saltem ad aliquod simile conficiendum fortasse vos iuvabit.

In ipsis autem examinibus instituendis ante oculos habeantur normae, quas in mea de hac re Instructione anno 1919 data tradidi ([9]), quam quidem Instructionem tam R. V. quam Examinatores attente relegant velim. Meminerint Examinatores non agi de examinibus rigore scholastico exigendis, sed solum de praecipuis disciplinarum ecclesiasticarum capitibus recolendis; ideoque, subtilitatibus sepositis, res maioris momenti petantur, et pro forma stricte scholastica adhibeatur forma expositiva.

([7]) *Act. Ap. Sed.*, vol. X, 1918, pag. 237.

([8]) Cfr. *Elenchus eorum quae a Provincialibus praestanda sunt*, n. 17.

([9]) *Act. Rom.*, vol. III, 1919, pp. 57-61.

Haec si bene serventur, non modo Ecclesiae legi fideliter obtemperabimus, sed veram utilitatem iuniores nostri Sacerdotes ex his examinibus capient etiam pro suis apostolicis laboribus, quibus solidiorem afferent praeparationem.

Curet R. V. ut omnes Nostri, ad quos pertinet, de his monitis certiores fiant, et haec mea epistola saltem in Domibus tertiae probationis et in Collegiis Nostrorum ubi theologia traditur ad mensam legatur.

Commendo me ss. SS.

Romae, in Sollemnitate S. Ioseph, 18 aprilis 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

PROGRAMMA

EXAMINUM NEO-SACERDOTUM.

ANNUS PRIMUS
(*in tertia probatione*).

EX IURE RELIGIOSORUM SIVE COMMUNI SIVE SOCIETATIS PROPRIO.

N. B. — Cum programma examinis in fine anni tertiae probationis instituendi peculiare sit oporteat, hic non proponuntur puncta pro illo examine, sed tota res secundum normas a Praeposito Generali datas disponenda relinquitur ipsi Instructori, cum approbatione Provincialis.

ANNUS SECUNDUS (1).

EX THEOLOGIA FUNDAMENTALI:

Quid revelatio — quid mysterium — revelationis possibilitas,

(1) In hoc et sequentibus annis divisio programmatis in duas partes « *ex Theologia fundamentali vel dogmatica* » et « *ex Theologia morali* »

convenientia, necessitas. — Iesu Christi divina legatio — quomodo probetur miraculis, prophetiis.

Quid Ecclesia; eius proprietates et notae — de Ecclesiae capite — eius iurisdictio — et infallibilitas — infallibilitatis duplex obiectum — de Conciliis — de membris Ecclesiae. — Principia de subordinatione indirecta Status ad Ecclesiam.

Quinam revelationis fontes — quid traditio — de Patribus, de theologis — de consensu fidelium — quid Scriptura — de canone librorum sacrorum — quid inspiratio — de extensione inspirationis — de variis Scripturae sensibus. — An sola Scriptura sine Traditione sufficiat et cur non.

Ex theologia morali:

De actibus humanis — De conscientia — De legibus — De rescriptis (Can. 36-62) — De peccatis — De praeceptis virtutum theologicarum — De virtutibus cardinalibus in genere.

ANNUS TERTIUS.

Ex theologia dogmatica:

De cognoscibilitate exsistentiae Dei — de scientia Dei — de voluntate Dei — de praedestinatione et reprobatione.

Quid mysterium Trinitatis. — An necessario credendum. — De processionibus, relationibus, personis in Deo — de generatione Verbi — de processione Spiritus Sancti a Patre et Filio. — Mysterium Trinitatis impervium rationi — de praecipuis contra Trinitatem haeresibus.

De mundi creatione — in tempore — libera — de creationis fine — de protoparentum creatione, formatione, et elevatione ad ordinem supernaturalem — de peccati originalis exsistentia, natura et propagatione — de Immaculata Conceptione.

De morte, fine vitae — de iudicio — de purgatorio — de aeternitate poenarum inferni — de poena damni et sensus — de visione beatifica.

---

ita est accipienda (ut apparet ex ipsis punctis), ut sub prima veniant etiam quaedam quaestiones praecipuae sive *de Sacra Scriptura* sive *de Historia ecclesiastica*, sub altera vero etiam selectae quaestiones *de Iure Canonico* et *de Liturgia*, habita quoque ratione recentiorum documentorum Sanctae Sedis.

Ex theologia morali:

De praeceptis decalogi, septimo excepto. De praeceptis Ecclesiae, praesertim de diebus festis (Can. 1247-49) et de abstinentia et ieiunio (Can. 1250-54).

ANNUS QUARTUS.

Ex theologia dogmatica:

Quid incarnatio — Fuitne conveniens? — necessaria? — Praecipuae contra hoc mysterium haereses — Quot voluntates in Christo — quot operationes. — De scientia Christi. — An Christus sit Filius Dei adoptivus. — De adoratione Christi — de divina maternitate B. M. V. — de Christi passione et hominum redemptione.

De necessitate gratiae actualis — de gratia efficaci et sufficienti — de iustificatione et de dispositionibus ad iustificationem — de natura gratiae sanctificantis.

De fidei natura, necessitate, certitudine — de praeparatione ad actum fidei.

Ex theologia morali:

De iustitia et iure. — De statibus particularibus.

De officio divino: obligatio, partes, condiciones externae atque internae. — Negotiatio clericis prohibita (Can. 142 et 2380).

ANNUS QUINTUS.

Ex theologia dogmatica:

Quid Sacramentum — eius elementa. —Sacramentorum N. L. numerus — institutio per Christum — minister eiusque fides, probitas, intentio. — Sacramentorum efficacia — duplex gratia — character.

Quid Baptismus — eius necessitas. — Tria baptismata.

De reali praesentia Christi in Eucharistia — de transubstantiatione — est Sacramentum permanens — est sacrificium — etiam propitiatorium. — In qua actione Missae ratio sacrificii verificetur.

De potestate remittendi peccata a Christo Ecclesiae concessa — de Poenitentiae Sacramento eiusque partibus essentialibus — de contritione et attritione — de confessione — de satisfactione.

An Ordo sit sacramentum — quot Ordines — minister.

Quid Matrimonium — an Sacramentum et contractus distinguantur. — Sacramenti ministri et subiectum · unitas — indissolubilitas; — matrimonium civile. — De forma celebrationis matrimonii (Can. 1094-1103).

Ex theologia morali:

De Sacramentis — de indulgentiis — de censura et prohibitione librorum — de censuris et irregularitatibus.

De celebratione Missae ac praecipuis rubricis.

De Missis votivis ac defunctorum iuxta recentiora Ecclesiae decreta.

69. **27 aprilis 1934.**

De necessitate et ratione fortius obsistendi atheismo moderno.

AD UNIVERSAM SOCIETATEM.

Reverendi Patres Fratresque in Christo carissimi:
P. Xti.

In Constitutione Apostolica « *Quod superiore anno* » die 2 aprilis h. a. data, qua « universale extra ordinem Iubilaeum annis MDCCCCXXXIII-MDCCCCXXXIV Romae celebratum ad totum catholicum orbem extenditur » (1), quaeque vobis, Reverendi Patres ac Fratres carissimi, per publicam ad mensam lectionem (2) iam nota profecto est, Summus Pontifex consuetis intentionibus, quae ad indulgentias lucrandas Deo commendari debent quando (ut dici solet) ad mentem Pontificis orandum est, aliam quoque peculiarem addit, quae atheismi moderni machinationes spectat, quamque Sibi summopere cordi esse affirmat. En Eius gravissima verba, quae sedulo ponderare iuvat: « Quandoquidem in regionibus non paucis teterrimi increscunt *Atheorum Militantium* nisus, qui, in caeleste Numen temerario ausu rebellantes, nefandum illud atque scelestum

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pp. 137-148.

(2) Cfr. Reg. 7 Praef. lect. ad mens.

effatum, suum veluti insigne, iactant: *Absque Deo, contra Deum!*, idcirco valde opportunum putamus ut, per proximam piacularis huius anni ad universum catholicum orbem prorogationem, gravissima eiusmodi iniuria, Divinae Maiestati illata, precando expiandoque pro facultate resarciatur. Id faciant, quaesumus, christifideles omnes: id scilicet a misericordiarum Patre contendant, ut formidolosi horum pravorum hominum conatus, qui non modo religionem quamlibet, sed civilem etiam cultum verique nominis urbanitatem subvertere nituntur, tandem aliquando remittant atque incassum recidant. Id etiam suis precibus suisque piaculis impetrent, ut humani generis Redemptor obcaecatos eorum animos, - infitiatorum dicimus osorumque Dei, — caelestis luminis fulgore percellat, eosdemque suorum scelerum rubore paenitentiaque commotos, ad paternum amplexum misericorditer reducat » (3).

Ad tria igitur Beatissimus Pater invitat: ad satisfactiones offerendas Divinae Maiestati pro horrendis iniuriis ei illatis; ad irritos reddendos atheorum conatus; ad illos ipsos miserrimos homines convertendos.

Quae quidem triplex Christi Vicarii invitatio, si omnium christifidelium corda sine dubio intime concutiet ac movebit, quanto magis incitare debet Societatis filios, quibus Sanctus Parens ac Legislator nobilissimam illam assignavit totius suae operositatis tesseram sublimemque finem: *Ad maiorem Dei gloriam.* Oportet nos omnes et singulos, Reverendi Patres et Fratres carissimi, non modo maestam Christi vocem filiorum instar toto corde excipere Eiusque desiderio, quantum in nobis est, quam plenissime facere satis; sed praeterea, ut decet S. Ignatii filios, in hac contra nefarios ipsius Divinae Maiestatis hostes sanctissima pugna « insignes nos exhibere in omni servitio Regis aeterni ac Domini universalis » (4), « maiora et praeclariora quaedam munera magno animo offerentes » (5).

Et quoniam efficax in primis in hoc spirituali proelio armorum genus est supplex ad Deum precatio, opportunum duco ut per totum hunc annum iubilarem, id est a die quo hae lit-

(3) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934 pag. 139.
(4) Cfr. *Exerc. Spirit.*, Contempl. de Regno Christi, vers. litter.
(5) Cfr. ibid., vers. vulg.

terae ad vos perferentur usque ad Dominicam in Albis anni proximi (28 aprilis 1935), Litaniis communibus, quae quotidie recitantur pro Ecclesiae necessitatibus, brevis addatur oratio ad S. Michaelem Archangelum secundum formulam huic epistolae adiunctam. In Novitiatibus vero et Domibus tertiae probationis, praeter orationis studium ad eundem finem impensius hoc anno fovendum, Novitii et Patres Tertiani peculiarem quotidie SS. Sacramenti visitationem instituant in eaque quasdam preces in communi recitent, quas Superiores praescribent; item ad mortificationes ac paenitentias quasdam extraordinarias offerendas incitentur, quibus tot tantasque iniurias Divinae Maiestati illatas aliqua ratione resarcire curent. Id autem alii quoque Nostri sibi commendatum habeant, pro sua cuique pietate praestandum.

Qui vero propius cum christifidelibus agere debent, et maxime Confessarii et Contionatores, eos hortari ne praetermittant ad preces copiosius in hunc finem Deo fundendas; quod quidem potissimum commendandum est zelatoribus et zelatricibus atque universis sodalibus Apostolatus Orationis, quorum profecto est in hac sancta cruciata primas partes sibi adsciscere.

Siquidem vero in hac re, sicut in aliis omnibus, « suavis dispositio divinae Providentiae suarum creaturarum cooperationem exigit » (6), praeter assiduas preces aptae quoque industriae, Deo afflante, excogitari et constanti fortitudine adhiberi debent ad horum Dei inimicorum machinationes profligandas. Ad hoc, praeter alia, multum conferet, si magis magisque christianis nationibus innotescant horribiles blasphemiae, nefanda sacrilegia, iniquissima facinora, quibus homines illi diabolico odio incensi sacra omnia profanant et Deum ipsum lacessunt: fieri enim nequit, quin cordatus quisque, haec noscens, si modo aliquis religionis sensus in eo permanet, totus perhorrescat. Quod si civiles populi his criminibus commoveri non videntur, id plerumque (pro humani generis honore dico!) explicari nequit, nisi quod aut quae revera fiunt ignorentur aut quae narrantur exaggerata aestimentur. Et sane mirum omnino quam parum scribatur de tot tantisque sceleribus deque tam magno periculo, quod humanae familiae universae impendet; mirum, inquam,

---

(6) *Summ. Constit.*, reg. 1.

nobis videretur, nisi sciremus diabolum, qui, ut dicit S. Pater Ignatius, « vult esse secretus et non detegi » ([7]), insidias suas occulte tendere solere et laqueos suos callide obtegere, ut homines, nihil suspicantes nihilque sibi caventes, in eos incidant necopinantes.

Prima igitur cura sit oportet has diabolicas fraudes detegere et palam denuntiare: sciant omnes sibique persuadeant agi de maxima, quae unquam audita sit, et latissima coniuratione in « omne quod dicitur Deus aut quod colitur » ([8]), ut « nomen eius non memoretur amplius » ([9]); agi de criminibus, ut alias animadverti, « contra divinam Maiestatem et quidquid religionem sapit, non modo impune, sed etiam secundum diabolicum quendam praestitutum ordinem, qualem vix alias in historia inveneris, perpetratis » ([10]); agi de odio illo formali Dei, quod infelix esse privilegium solius barathri infernalis et vix in humano corde hic in terris locum habere posse putavissemus. Atque ita videmus hos nefarios Satanae ministros insidias vel tenellis pueris moliri, eosque non modo quovis religionis sensu spoliare, sed etiam pessimos mores inde a prima aetate aperte docere et diabolico odio imbuere. Huc profecto vergit v. gr. tyrannica illa praxis, nuper in Mexico a Gubernio imposita, qua singuli magistri adiguntur atheismum palam profiteri ut magisterium inire possint; quod si facere detrectent, aut ipsi cathedra removentur aut eorum scholae supprimuntur.

Haec si in vulgus apta ratione (id est contionibus, conferentiis, libellis, foliolis, ephemeridibus, etc.) spargentur, si certis documentis, ut facile fieri poterit, illustrabuntur, non dubito fore ut plurimorum oculi aperiantur et honestorum animi tantam nequitiam vehementer horreant atque detestentur, quippe quae non religionem modo sed ipsam humanitatem offendat atque impugnet, ita ut sine dubio antiqui Romani « hostes generis humani » illos declarassent.

Verum, quamquam summi momenti est, ut dixi, diabolicas has machinationes tempestive detegere, id tamen haud facili negotio praestari potest, cum perversi illi homines insidias suas

---

([7]) *Exerc. Spirit.*, Reg. 13 ex prioribus ad spiritus dignoscendos.
([8]) *II Thessal.*, II, 4.
([9]) Ierem., XI, 19.
([10]) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VI, 1930, pag. 583.

quam occultissime tendant. Mirum profecto simulque terribile est, et tamen certissimum, vaferrimos atheismi emissarios, varia ratione, pro variis regionibus ad quas circumveniendas destinati sunt, Moscoviae astute educatos, in omnes vel remotissimas terras immitti; atque ita non solum in Europa et America, in Indiis et Sinis, ut omnes norunt, sed etiam in Iaponia aliisque extremis Asiae partibus, in Aegypto aliisque excultioribus Africae oris, in abditis quoque et paene ignotis Nigritarum pagis hi « filii tenebrarum » (11) iam inveniuntur, et « filiis lucis prudentiores in generatione sua » (12), ut alias semper, sese praebentes, mira constantia « cellulas » suas quas vocant passim constituunt. Nonne ad litteram verificatur id quod S. Pater Ignatius tam apte describit in prima parte meditationis de duobus Vexillis? nonne revera « Dux impiorum » seu « Caput omnium inimicorum » suos satellites « per totum orbem spargit ad nocendum, nullis civitatibus et locis, nullis personarum generibus immunibus relictis »?

Nostra igitur sedula cura sit oportet, ut hos emissarios cognoscamus, tenebricosas eorum « cellulas » deprehendamus, eorum artes dissipemus aut saltem aptis industriis minus noxias efficiamus. Ad hunc prudentis indagationis laborem instituendum efficaces adiutores inveniri poterunt in sodalibus consociationum nostris curis commissarum, maxime Congregationum Marianarum. Hi sodales, sive viri vel iuvenes et adulescentes, sive feminae vel puellae, plurimum ad id, si bene dirigantur, conferre poterunt, non solum ad hostium insidias detegendas, sed etiam ad eorum tela retundenda, ad christifideles contra ea muniendos, ad ipsos scelestos homines ad resipiscentiam revocandos; atque ita revera evadent apostoli illi laici, quales Summus Pontifex vult esse quotquot Actionem Catholicam profitentur.

Nam id quoque prospici debet omnique ratione curandum, ut illi ipsi Dei hostes, suam impietatem detestari, sicut olim Saulus, ex persecutoribus in vasa electionis convertantur et viventia fiant misericordiae Dei trophaea. Non equidem ignoro Nostros alicubi laudabili admodum studio ad hunc finem iam multum laborare (13); sed cupio, ut huiusmodi contra atheismum pugna

---

(11) Cfr. *I. Thessal.*, V, 5.
(12) Luc., XVI, 8.
(13) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VII, 1933, pp. 507-508.

ubique intentis viribus hoc anno, ad mentem Summi Pontificis, aut magis strenue ineatur, aut robustior fiat; vehementer cupio ut omnes Nostri, pro suo quisque gradu et munere, sentiant se in hoc proelio, ut initio dixi, insignes esse debere, si digni Ignatii Patris filii haberi volunt; cupio ut omnes sentiamus hoc esse nostrum commune et necessarium officium, secundum spiritum vocationis nostrae. Nam, quemadmodum anno superiore coram Procuratoribus Provinciarum declaravi, « mihi persuasum est Societatem Iesu, sacro Patris sui igne inflammatam, ad multo plura contra hoc *mysterium iniquitatis* praestanda vocari » quam quae hactenus praestitit, « cum agatur, si unquam alias, de vindicando honore Dei inauditis ac vere satanicis blasphemiis conculcato, de ipsis morum fundamentis defendendis, de innumerabili animarum multitudine ab extremo ac fere desperato aeternae perditionis periculo salvanda » ([14]).

In huiusmodi rerum condicionibus olim ipsi Anachoritae Aegypti suas solitudines derelinquere non cunctati sunt, ut Ecclesiae Dei opitularentur; quanto magis nos in id toti incumbere debemus! nos, inquam, Reverendi Patres Fratresque carissimi, qui peculiari ratione ad hoc vocati sumus, ut sub vexillo Crucis et Christi Vicario duce in prima acie praelia Domini praeliemur. Minora igitur et faciliora ministeria, ad mentem S. Ignatii, relinquamus, et privatas sollicitudines parvi facientes, nostrique penitus obliti, toti simus in hac pugna pro gloria Dei tutanda et promovenda, quamquam semper ad nutum sanctae oboedientiae.

Neque putetis, Reverendi Patres Fratresque carissimi, me hoc periculum vividioribus potius quam verioribus coloribus exprimere. Periculum profecto gravissimum adest plus minusve ubique, et qui illud non vident, falluntur omnino, et sua hac falsa securitate iniquis inimicorum consiliis favent. Nos ipsi, quo diligentius perversas has machinationes detegere curabimus, eo melius videbimus quot quantaque ignoraverimus, quantumque ipsum malum superet id omne quod putaverimus. Qua quidem maiore rerum notitia, ad hanc pro Deo pugnam magis strenue sustinendam mirum quantum incitabimur.

Ad haec omnia opportune in singulis Provinciis paranda

([14]) *Acta Rom.*, vol. VII, 1933, pp. 507-508.

et ordinanda Praepositus Provincialis cum suis Consultoribus aliisque peritis Patribus, quos ipse in consilium hac in re adsciscendos duxerit, attente consideret et discutiat quid pro rerum locorumque rationibus in sua Provincia fieri possit ac debeat, et secundum ea quae deliberata fuerint, totum hoc negotium ut rem summi momenti disponat; aptum praeterea Patrem designet, qui totam hanc sanctam pugnam in Provincia dirigat. Spero equidem me quoque hanc actuosam Nostrorum operam efficaciter hinc adiuvare posse.

Verum firmiorem habemus spem in dulcissima illa SS. Cordis Iesu promissione sacerdotibus sibi peculiari modo addictis per Sanctam Margaritam Mariam promulgata, qua spopondit se copiosam iis gratiam esse daturum ad peccatorum corda quantumvis obdurata feliciter mulcienda atque convertenda. Huic ergo Sacratissimo Cordi eiusque omnipotenti gratiae confisi, sacrum divini amoris ignem nobis primum inde hauriamus assidui, ac dein ad alios eodem igne inflammandos in aciem prosiliamus impavidi: non enim est abbreviata manus Domini.

Vestris sanctis Sacrificiis et orationibus me enixe commendo.

Romae, die festo S. Petri Canisii,
27 aprilis 1934.

Vestrum omnium servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

ORATIO CONTRA ATHEISMUM MODERNUM.

Sancte Michael Archangele, qui zelo divinae gloriae incensus rebelles spiritus in infernum detrusisti, hanc nobis impetra gratiam, ut eodem zelo inflammati horrendam nostrorum temporum in Deum proterviam debellemus et ad Dei gloriam propagandam omnes vires unice intendamus.

℟. Amen.

NB. — *Haec oratio addatur Litaniis communibus, ad normam epistolae A. R. P. N. Generalis d. d. 27 apr. 1934, post expletas cum sua conclusione omnes orationes consuetas, tamquam additamentum separatum.*

70. **4 maii 1934.**

De Scholasticatu Theologiae in Sinis amplificando.

AD SUPERIORES REGULARES
NOSTRARUM MISSIONUM SINENSIUM.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Auditis omnibus Missionum nostrarum Sinensium Superioribus, et omnibus rationibus pro et contra bene perpensis, putavi, quamquam ne haec quidem solutio omni difficultate caret, Scholasticatum Theologiae in domo Zi-ka-wei Missionis Nankinensis (Prov. Franc.) servandum esse.

Igitur iam rogavi ut ad me mittantur delineationes ad domum amplificandam, ita ut maior Scholasticorum numerus in ea recipi possit; petii quoque ut in regione apta sub caelo magis moderato villa quaeratur, ubi per vacationes aestivas Nostri vires reficere possint.

Aliae expensae non paucae faciendae erunt, v. g. ad bibliothecam augendam, quod necessarium sane erit, ut Collegium omnes gradus academicos conferre possit, quod vehementer opto. Quarum expensarum suam quaeque Missio Sinensis partem sustinere debebit, quemadmodum pressius postea aequa proportione pro singulis Missionibus decernam.

Sub ordinaria Superioris Nankinensis auctoritate Collegium remanebit; aliarum autem Missionum Superiores ius habebunt invisendi subditos suos in hoc degentes; Superiores vero et Professores curabimus ut ex omnibus Missionibus eligantur.

Valde cupio ut istud Collegium insigne exemplar fiat huius collaborationis omnium Societatis virium pro Sinarum conversione, quae iam in antiquam Societate tam feliciter vigebat; R.^{m} V.^{m} rogo ut, quantum in se est, huius consilii exsecutionem toto corde totisque viribus adiuvare velit.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 4 maii 1934. R^{ae}. V^{ae}.

Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

71. 7 maii 1934.

Pater Noster Pontificio Instituto Biblico vicesimum quintum annum explenti gratulatur (1).

AD R. P. AUGUSTINUM BEA
Rectorem Pontificii Instituti Biblici.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Abstinere nequeo, dum XXV anniversarius dies natalis carissimi istius Instituti recurrit, quin praesens et particeps esse velim vestrorum horum gaudiorum, et aliquot saltem verba paternae gratulationis vobis, hic simul collectis, simplici ratione, et more domestico dirigam.

Siquidem, quod alias raro evenire solet, mihi feliciter contigit ut Pontificium hoc Institutum a primissimo eius exordio spectarem eiusque incrementa dein coram et assidue cernerem et pro posse foverem ad hunc usque diem, quo parvum illud granum sinapis ita excrevit ut, humiliter quidem sed etiam vere, dicere possimus, verba Sacrae Scripturae nobis accommodando, arborem illud factum esse « ita ut volucres caeli veniant, et habitent in ramis eius ».

Gratulor ergo vobis, carissimi Patres, ex toto corde de pulcherrimo incremento quod Institutum vestrum quinque hisce lustris, Sacratissimo Corde Iesu benedicente, concepit. Dixi « Sacratissimo Corde Iesu benedicente », nam peculiari ratione huic Cordi divino tantum incrementum debemus, sub Cuius protectione, ut omnibus notum est, piae memoriae Pater Leopoldus Fonck, quem SS. Pontifex Pius X sui consilii exsecutorem elegerat, Institutum Biblicum positum esse voluit (2). Quod Cor divinum et vos, ut cuilibet invisenti aedes vestras patet, magna et assidua veneratione colere pergitis. Sint ergo huic Sacratissi-

(1) V. supra, pagg. 637-651; item, cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, 1934, pagg. 39-41.

(2) P. Leopoldus Fonck (Prov. Austr.), primus Rector Pont. Instituti Biblici, pie obiit Vindobonae die 19 oct. 1930: cf. *Memorab. S. I.*, vol. IV, 1932, pagg. 415-417.

mo Cordi Iesu, primo loco grates nostrae et laus nostra sicut fuit fiducia nostra.

At praeterea debita laude carere non patior Rectores et Professores omnes nec non carissimos Fratres Coadiutores quotquot huic Instituto ab eius exordio usque ad praesentem diem curas et labores impenderunt. Horum scilicet indefesso labori cum admirabili abnegationis spiritu, assidue, in adiunctis aliquando difficillimis incepto et provecto, incrementum praefatum etiam debetur. Sed praesertim, credo, debetur mutuae ei unioni et fraternae caritati quae, veluti nota vestri Instituti, Socios diversissimarum nationum ita coniungit ut cor unum et anima una esse videantur. Grates ergo meae sint, carissimi Patres, vobis hic adstantibus, et grates meae et vestrae iis qui in muneribus cum regendi tum docendi et scribendi vos praecesserunt.

Restat ut in futurum prospiciens vota mea, omina mea vobis exprimam, carissimi Patres; siquidem ego confido, eodem Sacratissimo Corde benedicente eodemque nisu eademque mutua unione Sociis laborantibus, Institutum hoc Biblicum non solum suum cursum tam splendide hucusque confectum tenere posse, sed insuper altiora et copiosiora opera in dies perfecturum esse in bonum Ecclesiae, sive in provehendis scientiis biblicis, sive in erroribus circa Sacram Scripturam refellendis, sive in diffundenda late apud fideles cognitione et amore Verbi divini scripti.

Ad divinae Maiestati gratias agendas utque haec quae dixi incrementa quam felicissime Institutum vestrum posthac assequatur, 300 Missas celebrare faciam, meque sanctis Vestris Sacrificiis et orationibus enixe commendo.

Romae, die 7 maii 1934.

R^{ae}. V^{ae}.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

72. **13 maii 1934.**

« Statuta » pro Collegiis Nostrorum nuper approbata promulgantur, et ad eorum exsecutionem promovendam quaedam declarantur vel statuuntur.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

R.ae V.ae mitto « Statuta Facultatum Theologiae et Philosophiae in Collegiis Societatis Iesu erectarum » (1), quae die 2 februarii h. a. a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus definitive approbata sunt (2); et per hanc communicationem haec Statuta in universa Societate iure promulgata censeri debent. Attamen ea, ex aperta Sacrae Congregationis voluntate, « ad usum Nostrorum tantum » edita sunt, ideoque publici iuris ne fiant, ea ferme ratione qua « libros ac scripta de rebus nostris quae aliis non destinantur » cum externis communicare vetamur (3); Superiores autem ab hac prudentissima lege, praesertim primis hisce temporibus, neminem dispensent, et casus in quibus exceptio videretur necessaria, ad me deferantur.

1. — Quantum vero sit hoc *novum beneficium* a paterna benevolentia Summi Pontificis Pii XI Societati collatum, vel inde apparet, quod nos omnium primi huiusmodi Statutorum approbationem adepti sumus eamque tam amplam et Instituto nostro tam apte accommodatam, quantum vix sperare potuissemus. Gratias igitur quam maximas, post Deum, Beatissimo Patri agamus oportet, necnon Eminentissimo Sacrae Congregationis de Seminariis Studiorumque Universitatibus Praefecto Cardinali Caietano Bisleti, qui tam secundae erga nos Pontificiae voluntatis benevolentissimum interpretem ac ministrum in toto hoc negotio, ut alias semper, sese praebuit.

2. — At nunc sincerissimam *Statutorum exsecutionem* ubi-

---

(1) V. supra, pagg. 608-633.
(2) V. supra, pag. 607.
(3) Reg. Comm. 36.

que curare et urgere debemus: ubique, inquam, id est non solum in illis Collegiis Nostrorum, quibus facultas conferendi gradus academicos concessa est, sed etiam in aliis omnibus. Nam, quamquam Constitutio Apostolica « Deus scientiarum Dominus » proxime respicit « Universitates et Facultates Studiorum ecclesiasticorum » (ut eius titulus prae se fert), nullum tamen dubium quin mens Ecclesiae fuerit et sit multo latior, quodvis sacrum magisterium et sacras disciplinas universas fovere ac promovere contendens, eisque « potiorem locum » rursus vindicare, « cum id ditissimus postulet, quem impertiuntur, veritatis thesaurus, et salutaris ille impulsus, quem in catholica confirmanda fide, in errorum tenebris profligandis, in omnium moribus ad evangelica praecepta conformandis pro natura sua exercent » (1). Quam quidem Ecclesiae mentem Societas profecto fideliter ac totis viribus sequi debet.

Itaque haec Statuta in Collegiis quibus competit facultas conferendi gradus (2), tamquam Sanctae Sedis lex sancte adamussim serventur; alia vero Nostrorum Collegia ad haec eadem Statuta iam nunc se componere incipiant et paullatim ad plenam eorum observationem pervenire conentur: idque, cum ob causas supra allatas, tum etiam ut scientifica Nostrorum formatio in tota Societate eadem sit et eundem gradum attingat. In hunc finem curent Superiores ut singula Statutorum exemplaria singuli habeant Professores Nostrorum, nec desint in blibliothecis tam communibus quam Scholasticorum.

3. — Meminerint vero *Provinciales et Rectores* Collegiorum Nostrorum suum esse urgere plenam horum Statutorum observationem et invigilare ut in singulis Facultatibus omnes requisitae condiciones habeantur et serventur, prouti id postulat nostra erga Sanctam Sedem devotio et fidelitas. Qua in re Provincialis semper ob oculos habeat se plerumque Praepositi Generalis qua Magni Cancellarii vices gerere (Stat. n. 5), cui rationem reddere debet; ideoque sibi peculiari modo commendata existimet fere omnia quae sive in Statutis sive in Constitutione Apostolica et Sacrae Congregationis Ordinationibus Magno Cancellario

---

(1) Const. Apost. *Deus scientiarum Dominus*, prooem.

(2) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pag. 64.

committuntur. Rector vero, qui totam Facultatum curam et gubernationem etiam ex lege Ecclesiae proxime gerit (Stat. n. 6), sciat exsecutionem Statutorum primo et per se sibi potissimum esse demandatam; in qua quidem cura maximo ipsi auxilio erit Praefectus studiorum, ut mox dicam.

Pro certo autem mihi constat Sanctam Sedem esse invigilaturam, ut omnes Facultates canonice erectae hoc nomine vere dignae sint et omnibus requisitis a Constitutione Apostolica « Deus scientiarum Dominus » et Ordinationibus ei additis plene satisfaciant, secus Collegia ius gradus academicos conferendi amittent cum magno nostro damno et dedecore.

Neque dubitare possumus fore ut post hanc magnam et singularem gratiam a Sancta Sede nobis concessam multi oculos suos ad nos convertant, ut videant quid apud nos fiat; quibus velim ut nostrae Facultates appareant tamquam omni ex parte perfectae.

4. — Quod ut fieri possit, oportet ut auctoritas *Praefecti studiorum* denuo plene, sicubi diminuta fuerit, restituatur eiusque munus, secundum nostras Constitutiones et nunc etiam secundum Statuta a Sancta Sede approbata (num. 8), praecipuum habeatur post Rectorem officium in ordine ad studia; et ipse aliique omnes sciant Praefecti studiorum esse studiis proxime invigilare, Professores et auditores dirigere, totius denique rei scholasticae rationem Superioribus reddere.

Ipsius primo loco erit invigilare ut doctrina a Professoribus tradita talis sit qualis a Societate exigitur, secundum praescripta Epit. nn. 314-323. Ad hoc, ut patet, necesse est ut sciat quid Professores doceant; nisi igitur liber textus habeatur a Provinciali cum approbatione Generalis designatus (Epit. n. 304 § 1), curet ut folia litographica aut ad modum manuscripti quomodolibet multiplicata accurate revideantur, quae folia etiam ad P. Generalem mittere oportet. Praeterea Praefectus studiorum videre debet utrum singuli Professores totam suae disciplinae materiam singulis curriculi annis assignatam explicent in scholis, an potius in una, eaque forte minoris momenti, quaestione discutienda toti sint, cum non parvo alumnorum damno. Invigilet etiam ut quae de adhibenda methodo scholastica et forma syllo-

gistica et de usu linguae latinae in Statutis praescribuntur, ea sedulo serventur.

Ad haec omnia praestanda visitet scholas, et si quid animadvertendum habeat, id cum caritate quidem at aperte et sine timore unicuique indicare ne vereatur; praesertim iuniores Professores moneat, si forte modum docendi parum didacticum habeant, si scholas haud satis paraverint et similia. Si enim id inter Professores laicos ab Universitatum moderatoribus magna cum libertate et quandoque severissime fieri solet, Nostri profecto moleste ferre non debent quod Praefectus studiorum pro munere suo idem praestet ad commune Societatis bonum. Rationem quoque sibi reddat, num exercitationes scholasticae, quae sub Professorum ductu institui debent secundum praescripta Const. Apost. art. 30 et Ordinat. art. 22 et 23 (cf. Statuta nn. 43 et 48) serio et constanter fiant tam ex parte Professorum quam ex parte auditorum.

Tales etiam sint praelectiones, circuli, exercitationes ut discipuli sentiant necessitates nostrorum temporum et addiscant modernos homines attingere, ut fidem non utcumque sed contra modernas impugnationes defendere sciant et ad gloriam Dei promovendam etiam adversariorum armis, si tamen apta sint, bene uti assuescant.

Quaenam autem sit relatio Praefecti studiorum ad Facultatum Decanos in ipsa Ratione Studiorum accuratius definietur.

5. — *Professores* vero sentiant se vocatos esse ad nobilissimum illum apostolatum scientiae, de quo Summus Pontifex nuper in allocutione ad Universitatem Gregorianam et Instituta ei consociata die 12 maii h. a. tam pulchre disseruit [1]. Totos igitur se dedant suo muneri in eoque toti semper sint. Quod quidem tria potissimum a Professoribus exigit, quae simul erunt tres felicissimi effectus totalis huius deditionis:

a) Ut scholas bene parent tam quod ad rem quam quod ad modum, ita ut discipuli et rem bene percipiant et tamen non nimis defatigentur, immo vero illi disciplinae bene afficiantur; meminerint autem Professores se non proprio sed Societatis nomine docere, ideoque se obligatos esse ad servanda fideliter

[1] V. *L'Osservatore Romano*, d. 14-15 maii 1934; item hic supra, pagg. 643-651.

omnia quae de doctrina et studiis in Instituto praescripta sunt. In hunc finem Statuta et quae de studiis habentur in Epitome sibi familiaria faciant.

b) Ut singulos discipulos attingere curent eosque singillatim, quantum fieri potest, in studiis regant, ita ut secundum cuiusque ingenii indolem singuli tractentur et iuventur et Professores de singulorum profectu sibi et Superioribus rationem reddere possint. Id nimirum ipse S. Pater Ignatius inculcat, cum aperte dicat unumquemque secundum sua talenta esse dirigendum.

c) Ut in laborem scientificum impense incumbant, quemadmodum nunc etiam ipsa Ecclesiae lege omnino iubentur; qui labor vicissim eos aptiores in dies reddet ad sacram doctrinam tradendam et tuendam.

Haec autem si Professores nostri accurate, ut debent, praestare velint, facile intelligent quam necessarium sit ut a quibusvis aliis rebus sese expediant; et persuasum habeant se nullo alio labore Deo melius servire posse, quam illo quem ipse Deus per obedientiam ipsis imposuit.

6 — Neque inutile erit iterum iterumque inculcare ne *Scholastici* quidem aliis quamvis in se optimis laboribus distineantur, neve nimiis Academiis quas dicunt onerentur, ut alias nec semel data opera commendavi. Nam studia, ut S. Pater Ignatius dicit, totum hominem requirunt; et quidquid aliud fit, non est nisi in detrimentum studiorum.

Cum vero studia sacrae theologiae, ad quae philosophia scholastica rite praeparat, iuxta Constitutiones nostras primum locum apud nos obtinere oporteat, liquet quanti ea Scholastici facere debeant et sibi persuadeant haec studia, nunc non solum ad Societatis sed ipsius Ecclesiae leges instituta, optimam fore praeparationem pro futuris (qualiacumque ea fuerint) ministeriis.

Huc etiam facit, ne Scholastici ab uno ad aliud Collegium transeant durante eodem studiorum curriculo; sed potius omnino curandum, ut integrum philosophiae aut theologiae curriculum ibidem finiatur ubi coeptum est; ne deinceps fiat, quod haud raro accidit, ut iuvenes ceteroquin boni ingenii examen ad gradum non superent hac potissimum de causa, quod theo-

logiae curriculum in variis, quandoque in quattuor omnino diversis Collegiis peregerint magna cum studiorum perturbatione. Accedit quod nunc, si (ut facile evenit in his mutationibus) scholarum ordo non sit idem in utroque Collegio ideoque Scholastici cogantur quosdam tractatus privatim percurrere, adest periculum (ne plus dicam) invaliditatis graduum academicorum.

7. — Ut vero haec quae exposuimus rite fieri et Scholastici vere proficere in studiis possint, ante omnia, qui est cardo totius rei, ante omnia, inquam, apti *Professores parari debent.* Meminerimus oportet numerum Professorum, in Statutis pro singulis Facultatibus assignatum, esse omnino attingendum, eosque debitis dotibus instructos esse debere ut in ipsis Statutis (n. 18) et in « Annotationibus ad Statuta » (n. 5) pressius explicatur [1]. Finis ergo feliciter impositus est ab ipsa Sancta Sede falsae illi libertati, qua utebamur interdum, unum quemcumque Professorem illico nominando, nulla fere praemissa praeparatione; quod quidem saepe bonum Societatis nomen in discrimen vocavit.

Quare iterum iterumque commendo, ut complures iuniores Patres ad biennium praesertim in scientiis sacris peragendum destinentur; idque non modo pro Collegiis singularum Provinciarum, verum etiam pro operibus communibus Societati commissis (*Acta Rom.*, vol. VII, 1933, p. 476), quae non soli Praeposito Generali sed Praepositis quoque Provincialibus cordi esse debent. Magna enim in aliquibus Provinciis penuria Professorum premimur, ita ut, si quis Professor muneri suo quacumque de causa necopinato impar evadit, difficulter inveniatur qui eius vices rite gerere possit. Id quotannis experimur v. gr. si novae cathedrae, ut nunc necesse est ad novas ecclesiasticas leges adimplendas, in praecipuis saltem Nostrorum Collegiis et in Institutis Pontificiis constituendae sint novique Professores senescentibus substituendi.

Quo facilius et citius copiam vere aptorum et etiam eminentium Professorum acquiramus, cum P. Aquaviva denuo commendo, ut selecti quidam iuvenes statim post philosophiam, omisso magisterio, theologiae applicentur, quo fructuosius dein

(1) V. supra, pag. 613; item, infra, pagg. 785-786.

ulterioribus studiis sacris operam dare possint. Cumque id proximo biennio in multis Provinciis neglectum sit, rogo ut hoc anno aliquid in hunc sensum ubique fiat.

8. — Et quoniam meum est approbare Professores *ordinarios* et « Nihil obstat » Sanctae Sedis pro omnibus Professoribus impetrare, quamprimum *elenchus* ad me mittatur *omnium Professorum* pro singulis Facultatibus, additis unicuique nomini brevibus sed sufficientibus indicationibus, e quibus appareat quosnam titulos academicos vel aequipollentes habeat unusquisque in ordine ad munus docendi, quamdiu iam docuerit, quanam satisfactione et num peritiam suam editis libris aliisque scientificis laboribus probaverit. Secus « Nihil obstat » a Sancta Sede non accipient.

9. — Professoribus autem vere aptis hac ratione paratis et constitutis, *nullum damnum philosophiae vel theologiae scholasticae* timendum est ex hoc, quod in Statutis, secundum normas Constitutionis Apostolicae et Ordinationum Sacrae Congregationis, sat multum forte loci tribui videatur rebus positivis; nam e contra aperta Ecclesiae mens est, denuo inculcata, ut clerici in philosophia et theologia scholastica ad mentem Sancti Thomae solide omnino instituantur, ut apparet v. gr. ex art. 29 Constitutionis Apostolicae et art. 18 Ordinationum; ideoque in nostris Statutis (nn. 29-30) nihil prorsus mitigandum habuimus ex sapientissimis hac de re praescriptis Instituti, imo vero ea etiam ex lege ecclesiastica urgere iure possumus ac debemus.

Quod peculiare studium potius exiget, id erit, aequam mensuram invenire et inventam servare in rebus positivis tradendis, ita ut neque per excessum neque per defectum peccetur. Sed id ipsum haud nimis difficile evadet, si optimi ad has res positivas docendas Professores assignabuntur; qui quidem, secundum normas in epistola « de ministeriorum atque operum delectu Nostrorumque ad ea institutione » anno superiore a me traditas [1], tempestive parari debent. Professores enim vere eminentes compendiosam sed plenam ac nervosam suae disciplinae notitiam in alumnorum mentes vel perpaucis praelectionibus infundere so-

(1) *Acta Rom.*, vol. VII, 1933, pp. 470-480.

lent: huiusmodi autem debent esse nostri Professores, earum praesertim disciplinarum, quibus minus temporis in Statutis assignatur, tunc discipuli parvo labore addiscent quae sibi necessaria sunt nec ullum praecipuae scholae detrimentum capient, quod profecto sedulo cavendum est.

10. — Attenta autem nostri Instituti indole, qua rem potius quam rei speciem quaerere docemur, in Collegiis Nostrorum (nam de his loquor, non de Universitatibus vel Seminariis pro externis, ubi etiam externi decoris maior ratio habenda est), in Collegiis Nostrorum, inquam, omnia, quae ad gradus acquirendos praescripta sunt, solide quidem praestari debent, sed *nullo externo apparatu* indigent: atque ita, ut unum alterumve nominatim commemorem, in mentem redigo iterumque commendo, quod iam ante duos annos monueram [1]: « ne Rectores titulo *Rectoris magnifici* utantur » neve tali titulo a Nostris vocentur. Itemque in Collegiis Nostrorum propria graduum academicorum collatio pro Nostris nulla celebretur neque diploma iis tradatur, quamquam de gradu quem adepti sunt certiores fiant oportet et nihil impedit quominus etiam qualitatem approbationis sciant. Exitus vero examinum in peculiari regesto tam apud Provincialem quam apud Rectorem servando accuratissime notetur; et quandocumque opus fuerit, v. gr. si auctoritatibus civilibus proferri debeat, diploma inde confici poterit eique tradi qui eo indigeat, prout Provinciali videbitur.

Simul cum hac epistola et cum Statutis accipiet R. V. « Annotationes ad Statuta » [2], in quibus ad modum Instructionis omnia colligenda curavi, quae ad bonam Statutorum exsecutionem necessaria vel saltem utilia putavi, sive quae iam alias inde a promulgata Constitutione Apostolica commendavi, sive quae nunc addenda visa sunt, ita ut per has « Annotationes » iam obsoleta evadant cum documenta temporaria de his rebus hinc missa annis 1931-1932 [3], tum potissimum Instructio de Examinibus die 8 decembris 1932 data [4]: nam deinceps novis Statutis

---

(1) *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pag. 169.

(2) V. infra, pagg. 784-796.

(3) *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pp. 845-847; vol. VII, 1932, pp. 137-140, 168-170.

(4) *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 197-212.

additisque « Annotationibus » quae nunc mittuntur omnino standum erit, donec plenior habeatur norma in recognita Ratione Studiorum, cuius primum schema R. V. mox accipiet, a quibusdam peritis Patribus examinandum, ut postea in Collegiis Nostrorum per triennium, experimenti causa, in usum deducatur [1].

Interea totum hoc de studiis rite ordinandis et promovendis gravissimum sane negotium assiduis precibus Deo ab omnibus commendetur velim.

Commendo me ss. SS.

Romae, in festo S. Roberti Bellarmino,
die 13 maii 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

ANNOTATIONES QUAEDAM

AD STATUTA FACULTATUM TEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE IN COLLEGIIS SOCIETATIS IESU ERECTARUM [2].

AD TITULUM I.

De fine et natura Facultatum universim.

1. — *Ad n. 1 § 2: Quinam e Scholasticis ad gradus academicos contendere debeant.*

Omnino optandum est ut Scholastici nostri omnes qui ad gradum Societatis perventuri sperantur, Licentiati quoque gra-

(1) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VII, 1933, pp. 509-510.

(2) Hae *Annotationes ad Statuta* complectuntur ea omnia quae ad bonam Statutorum exsecutionem necessaria vel utilia putantur, sive quae iam alias a promulgata Constitutione Apostolica commendata sunt, sive quae nunc addenda videntur, ita ut per has *Annotationes* iam obsoleta evadant cum documenta temporaria de his rebus data annis 1931-1932 (cfr. *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 137-140, 168-170), tum etiam Instructio de Examinibus (8 dec. 1932; *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 197-212): nam deinceps novis Statutis, additisque Annotationibus, omnino standum erit, donec plenior habeatur norma in recognita Ratione Studiorum.

dum tam in Philosophia quam in Theologia consequantur. Si vero aliqui peculiari de causa, ut aetatis, valetudinis, aliorum studiorum iam peractorum vel postea peragendorum, a gradibus academicis a Provinciali dispensentur, harum dispensationum singulis annis ratio reddenda erit P. Generali (Videantur etiam ea quae dicuntur infra n. 10 ad n. 44, *a* Statutorum).

2. — *Ad n. 4: De conferenda Laurea in Philosophia vel Theologia.*

Facultates Philosophiae et Theologiae quibus id concessum est, poterunt ad Lauream promovere eos quos Provincialis designaverit. Futuri tamen Professores nostrorum Philosophorum et Theologorum et omnium Facultatum canonice erectarum Romam mittendi sunt (nisi aliud peculiari de causa a P. Generali permittatur), ibique biennium in paranda Laurea impendent; quod menti Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus omnino congruit.

Ad Titulum II.

De personis et regimine.

3. — *Ad n. 5: De officio Generalis et Provincialis.*

Iura omnia et officia quae in Statutis Provinciali tribuuntur, ab eo exercentur tanquam a Delegato Magni Cancellarii, qui est Praepositus Generalis. Negotia autem omnia, ad studia pertinentia, quae a Rectoribus Collegiorum cum Praeposito Generali tractanda sunt, hi regulariter mediante Provinciali tractabunt.

4. — *Ad n. 7: De Praefecto studiorum et Decano.*

Notandum est in omnibus Collegiis in quibus plures sunt Facultates, singulis Facultatibus assignari debere Decanum, ex Professoribus ordinariis propriae Facultatis eligendum. Sed nihil impedit, ubi id expedire videbitur, quominus munus Praefecti studiorum et Decani eidem personae committatur.

5. — *Ad n. 18 § 2: De Laurea congruenti qua Professores Facultatum praediti esse debent.*

Laurea congruenti praediti, ad normam art. 21, 2° Constitutionis Apostolicae, censendi sunt pro Facultate Philosophica ii omnes qui ante annum academicum 1932-1933 examen de uni-

versa Philosophia cum felici successu subierunt; pro Facultate vero tam Philosophica quam Theologica qui examen ad gradum ante eundem annum eodem modo subierunt.

Quod autem ad futurum attinet, cum nulla adhuc prodierit authentica interpretatio, haec norma a nobis servetur:

a) Professores Facultatis Philosophicae sint Laureati in Philosophia;

b) Professores Facultatis Theologicae sint Laureati in sacra Theologia. Qui vero docebunt Scripturam Sacram, Ius canonicum, Historiam ecclesiasticam, sint aut Laureati in sacra Theologia et Licentiati in propria disciplina, aut (quod melius videtur) Laureati in propria disciplina.

c) In dubiis, ad Patrem Generalem recurratur.

6. — *Ad n. 21 § 2: De numero Professorum ordinariorum.*

Numerus minimus Professorum ordinariorum in Facultate Theologica est quinque; in Facultate vero Philosophica quattuor.

7. — *Ad n. 27: De supplendis, secundum normas a Praeposito Generali determinandas, disciplinis quae forte in scholis mediis non aut non satis traditae sint.*

Mens manifesta Constitutionis Apostolicae art. 25 et Ordinationum art. 13 et 14 est ut illae disciplinae tradantur ante admissionem in Facultatem. Qua autem ratione in singulis Collegiis huic praescripto satisfiat, P. Generali exponendum erit. Ut vero permittatur ut quaedam post admissionem in Facultatem tradantur, requiritur ut agatur de supplendo aliquo defectu particulari tantum et nullum inde Philosophiae scholasticae detrimentum oriatur.

Ad Titulum III.

De ratione studiorum.

8. — *Ad n. 38: De omittendis scholis in Facultate Theologica ultimis mensibus ante examen de universa Theologia.*

Notandum est scholas penitus omitti posse solum duobus ultimis mensibus, non antea.

9. — *Ad n. 41 § 1 et 46 § 1: De disciplinis specialibus vel cursibus peculiaribus.*

Notandum est ante Licentiam in Theologia et in Philosophia praescribi unam saltem disciplinam specialem (vel aliquot cursus peculiares per tantumdem temporis).

10. — *Ad n. 44, a: De partitione materiae Philosophiae inter tres annos cursus philosophici.*

Ut a nonnullis Provinciis petitum est, utque iam ex parte a P. Wernz b. m. pro quibusdam Provinciis statutum erat, materia Philosophiae ita distribui potest ut ad tertium annum reiiciantur quaestiones difficiliores de Critica et de Ontologia, vel etiam de aliis tractatibus; quae materiarum partitio P. Generalis approbationi proponenda erit.

Quod ita intelligendum est ut nemo ad cursum maiorem Theologiae admitti possit nisi examen de universa Philosophia et proinde etiam de disciplinis philosophicis anni tertii cum successu instituerit. Si quis ergo, peculiari de causa, dispensetur a gradu academico assequendo, ut dictum est ad n. 1 § 2, et insuper permittatur Philosophiam intra biennium absolvere in ordine ad cursum maiorem Theologiae, scholas omnes Philosophiae trium annorum audire debet et examen de materia trium annorum instituere.

Ut vero quis ad cursum minorem Theologiae admittatur, satis ei erit biennium praedicto modo instituisse, dummodo universam Philosophiam ita absolverit ut cursum minorem cum fructu audire possit (Col. decr. d. 87 § 3; Epit. n. 298 § 3). Ut tamen aliquis Philosophiam ita intra biennium absolvat, nemini praecipiendum est; neque etiam petenti iam ab initio studiorum permittendum, sed exspectandum est donec aptitudo ipso experimento constiterit.

11. — *Ad Art. IV: De examinibus.*

Quoniam in Statutis nihil habetur de tempore quo materia examinum assignanda est, hae normae videntur statuendae:

Quod ad examina:	*Materia assignanda est:*
a) De universa Theologia et Philosophia ad gradum Societatis et de universa Theologia ad gradum Licentiati:	Quattuor mensibus ante diem examinis.

b) De universa Philosophia:	Duobus circiter mensibus ante initium examinum.
c) De reliquis disciplinis principalibus:	Sex circiter hebdomadis ante initium examinum.
d) De disciplinis specialibus (vel cursibus peculiaribus) et de disciplinis auxiliaribus.	Quattuor saltem hebdomadis ante initium examinum.

12. — *Ad nn. 52-54: De modo instituendi examina.*

Haec tria potissimum notentur:

a) Norma omnino clara, n. 52 § 4 tradita, de modo examina instituendi: utrum oralia an scripta esse debeant. Ergo, exceptis examinibus de Philosophia scholastica, de Theologia fundamentali, dogmatica, morali, reliqua omnia examina possunt esse scripta tantum, si ita videatur.

b) Tempus impendendum examinibus oralibus de disciplinis auxiliaribus (n. 53 § 1, c).

c) Cautelae adhibendae si in examinibus oralibus unus tantum sit Examinator (n. 54, c).

13. — *Ad nn. 55-59: De suffragiis ferendis, colligendis, computandis.*

Iuvat hic afferre, paucis mutatis, quaedam iam antea commendata:

1° In omnibus examinibus, quae tam Instituto quam Statutis praescribuntur, suffragium duplici modo ferendum est: altero ad normam Instituti: num examinatus mediocritatem attigerit vel superaverit (in examinibus de Philosophia et de Theologia fundamentali et dogmatica); aut num examinatus satisfecerit (in examinibus de Theologia morali); altero autem ad normam Statutorum: quot puncta examinatus tulerit.

2° Merito ad mentem Statutorum 6 puncta tulisse et proinde « probatus » censendus est ille qui secundum leges Instituti nostri:

a) In examinibus de Theologia fundamentali et dogmatica vel de universa Philosophia scholastica mediocritatem superavit.

b) In examinibus de Philosophia, annis I et II, mediocritatem attigit.

c) In examinibus de Theologia morali, annis I et II, satisfecit.

3° In examine in fine anni quarti Theologiae, duplex ferendum est suffragium: alterum, vi Instituti, in ordine ad gradum Societatis, et quidem de toto examine complexive sumpto, tam de Philosophia quam de Theologia: num examinatus mediocritatem bene superaverit, ad mentem Coll. decr. dd. 118 et 119 (Epit. nn. 349 et 350), ut explicatur in epistola 7 martii 1933 (AR., vol. VII, p. 397); alterum, vi Statutorum, in ordine ad Licentiam, et quidem de sola parte theologica, i. e. de 80 primis temporis punctis seu minutis: quot puncta examinatus tulerit.

4° Ut semper in Societate intellectum est, si plures sunt Examinatores, iudicium ferre debent de toto examine, non vero de sola parte de qua examinarunt.

5° De suffragiis, etiam in ordine ad gradus academicos latis, serventur ea quae de suffragiis Instituto praescriptis statuta sunt in Epitome n. 346 § 2: « De suffragiis ferendis ne habeatur consultatio, sed sua singuli Examinatores scripto tradent, eaque erga omnes, etiam erga alios Examinatores, secreta servent; eademque lege Rectores quoque suffragia colligentes tenentur »; salva tamen commendatione infra sub n. 7° facta.

6° Suffragia de ultimo examine Theologiae dogmaticae in ordine ad Licentiam mittantur directe, in Provinciis ad Praepositum Provinciae, in Viceprovinciis ad Praepositum Viceprovinciae, in Missionibus ad Superiorem Missionis, intelligendo tam eam Provinciam, Viceprovinciam, Missionem in qua examen factum est, quam eam ad quam examinatus pertinet.

7° Ut plurimum curandum est ut omnes computationes a duobus fiant; modus a Praeposito Provinciae vel Viceprovinciae aut Superiore Missionis definietur. Quod vero ad ultimum examen de universa sacra Theologia attinet, Provincialis, Viceprovincialis, Superior Missionis puncta ab Examinatoribus data cum Socio aliove communicare poterit et Rectori solum exitum examinis significabit.

14. — *Ad n. 60: De examinibus repetendis.*

In Statutis agitur solum de examine de universa Philosophia vel de universa sacra Theologia. Ut habeatur norma completa de examinibus repetendis in ordine ad gradus academicos, haec addenda sunt:

Quod ad reliqua examina attinet:

1° Examen annuum de Philosophia scholastica vel de Theologia fundamentali vel dogmatica repeti nequit sine facultate Provincialis, qui eam non concedet sine consensu P. Generalis, nisi quando examinato ex suffragiis requisitis unum tantum suffragium defuerit, et auditis Consultoribus, Professoribus aliisque gravibus viris. Talem vero facultatem ne concedat nisi raro et gravi de causa, nec bis eidem (cfr. similis norma: Epit. n. 357, 2°).

2° Reliqua examina (examine scripto, de quo n. 64, 3°, minime excepto) repeti debent, salvo n. 61. Si quis tamen eodem anno bis in eodem examine ceciderit, Rector consulat prius Provincialem, cuius erit decernere utrum talis novum examen instituere debeat, an potius privandus sit iure progrediendi in ordine ad gradus academicos.

Ad Titulum IV.

De collatione graduum academicorum.

15. — *Ad n. 64, 3°: De examine scripto ante licentiam.*

Duo themata de singulis disciplinis principalibus ultimi anni proponantur examinando, qui ex eis unum eliget; talia autem esse debent ut ex bene intellecta materia examinis solvi possint. Expositio vero thematis selecti ea sit quae non merum memoriae nisum sed aliquem laborem personalem ostendat.

Ad examen scriptum Theologiae licebit iis uti libris, qui etiam in examinibus oralibus permittuntur; cuiusmodi sunt Biblia Sacra (sine ullo commentario), Enchiridion Symbolorum et Definitionum et Enchiridion Patristicum. Sed in examine scripto Philosophiae nullis libris uti licebit.

Quae lingua in hoc examine adhiberi possit, Rectoris erit determinare.

Ad Appendicem I.

16. — Normae in hac Appendice traditae ita complendae et explicandae sunt:

I. *Computatio singulorum annorum ante Licentiam.*

1° Iudicium de qualitate approbationis quam candidatus singulis annis consecutus est, ita definitur: in summam redigun-

tur omnia suffragia (i. e. puncta quibus exprimitur qualitas approbationis ad normam n. 58) quae de singulis disciplinis pro eo anno assignatis rettulerit, et singulis attribuitur certus valor seu « coefficiens » pro cuiusque disciplinae momento.

2° Haec autem sunt coefficientia diversis disciplinis assignata:

a) Singulis disciplinis principalibus (excepta disciplina praecipua, i. e. Philosophia scholastica vel Theologia fundamentali et dogmatica); itemque singulis disciplinis specialibus vel cursibus peculiaribus: valor seu coefficiens *duplex*.

b) Singulis disciplinis auxiliaribus: coefficiens *simplex*.

In Philosophia tamen Quaestionibus scientificis cum Philosophia coniunctis attribuitur coefficiens *duplex*.

c) Disciplinae praecipuae (i. e. Philosophiae scholasticae vel Theologiae fundamentali et dogmaticae): valor seu coefficiens aequans summam coefficientium quae reliquis disciplinis tributa sunt.

3° Suffragia singulorum examinum, multiplicata per coefficientia, in unam summam coniunguntur; summa autem totalis sic obtenta dividitur per summam coefficientium; et « quotiens » seu numerus qui efficitur (servata regula n. 58 de fractionibus) exprimit qualitatem approbationis communis omnium examinum illius anni (1).

II. *Computatio ad Licentiam.*

Ad determinandam qualitatem approbationis, suffragia quae candidatus in diversis experimentis praecedentibus tulerit, hoc modo in summam coniunguntur:

1° Suffragium de exercitationibus de quibus n. 64, 2°, cum valore seu coefficiente *triplici* pro omnibus exercitationibus coniunctim sumptis.

2° Suffragia de disciplinis principalibus *ultimi* anni (excepta tamen disciplina praecipua, i. e. Philosophia scholastica et Theologia fundamentali et dogmatica), cum coefficiente *duplici* pro singulis (2).

---

(1) Exemplum quoddam huius computationis videri potest in Instructione de examinibus n. 23 (Textus correctus habetur in *Act. Rom.*, vol. VII, 1932, pag. 207).

(2) Anno tertio Philosophiae et anno quarto Theologiae nullum prae-

3° Suffragia de disciplinis specialibus vel cursibus peculiaribus *ultimi* anni, cum coefficiente *duplici* pro singulis.

4° Suffragia de disciplinis auxiliaribus ultimi anni, cum coefficiente *simplici* pro singulis.

5° Suffragium de examine scripto de quo n. 64, 3°, cum coefficiente *duplici*.

6° Suffragia examinum *singulorum annorum praecedentium* coniunctim sumptorum, ad normam hic supra n. I, 3° traditam, cum coefficiente *simplici* pro singulis annis.

7° Suffragium de examine orali de universa Philosophia vel de universa Theologia, cui assignatur coefficiens aequans summam coefficientium quae reliquis disciplinis, exercitationibus et annis tributa sunt.

Summa autem totalis sic obtenta dividitur per summam coefficientium; et « quotiens » seu numerus qui efficitur (servata regula n. 58 de fractionibus), exprimit qualitatem approbationis ad Licentiam [1].

III. *Computatio ad Lauream.*

Ad determinandam qualitatem approbationis, suffragia quae candidatus in diversis experimentis et examinibus praecedentibus tulerit, hoc modo in summam coniunguntur:

1° Suffragia de disciplinis et exercitationibus, de quibus n. 50, coniunctim computata cum coefficiente *simplici*.

2° Suffragium de experimento orali, de quo n. 69, cum coefficiente *duplici*.

3° Suffragium de dissertationis defensione, de qua n. 70, cum coefficiente *duplici*.

4° Suffragium de ipsa dissertatione scripta, de qua nn. 67 et 68, cui assignatur coefficiens aequans summam coefficientium quae reliquis examinibus et experimentis tributa sunt.

Summa autem totalis sic obtenta dividitur per summam

---

scribitur examen annuum de Philosophia scholastica vel de Theologia dogmatica, sed sufficit examen de universa illa disciplina.

(1) Exemplum quoddam huius computationis videri potest in Instructione de examinibus n. 29 (Textus correctus habetur in *Act., Rom.*, vol. VII, 1932, pag. 209).

coefficientium, et « quotiens » seu numerus qui efficitur (servata regula n. 58 de fractionibus) exprimit qualitatem approbationis ad Lauream.

APPENDIX:

I.

Formulae suffragiorum de examinibus et experimentis in ordine ad gradus academicos.

I. *Formula ad ferendum iudicium de examinibus oralibus in ordine ad Licentiam vel ad Lauream.*

Examinavi N. . . . . de. . . . . in ordine ad Licentiam (ad Lauream) in Theologia (Philosophia) eumque censeo dignum punctis. . (die. . mensis. . . . . .).

II. *Formula ad ferendum iudicium de examinibus scriptis in ordine ad Licentiam vel ad Lauream.*

Legi scriptionem confectam a N. . . . . de. . . . . in ordine ad Licentiam (ad Lauream) in Theologia (Philosophia) eumque censeo dignum punctis. . (die. . mensis. . . . .).

III. *Formula ad ferendum iudicium de exercitationibus in ordine ad Licentiam vel ad Lauream.*

Testor N. . . . statuto tempore exercitationes practicas quas moderor rite frequentasse, operam in iis cum sodalibus contulisse, atque aptitudinem ad laborem scientificum experimento scripto demonstrasse, eumque dignum censeo punctis. . (die. . mensis. . . . .).

IV. *Formula ad ferendum iudicium de experimento orali ad Lauream.*

Affui experimento orali dato a N. . . . . de. . . . . in ordine ad Lauream in Theologia (Philosophia) illudque censeo dignum punctis. . (die. . mensis. . . . .).

V. *Formula ad ferendum iudicium de dissertatione ad Lauream.*

Legi dissertationem cui titulus . . . . quam ad Lauream in Theologia (Philosophia) assequendam exhibuit N. . . . . . et quae secundum meas animadversiones emendata est; eamque censeo dignam punctis . . . . . .

Censeo posse typis edi dissertationem integram (vel) dissertationis partem a pag. . . ad pag. . . ., emendandam tamen secundum animadversiones annexas (1).

VI. *Formula ad ferendum iudicium de defensione dissertationis ad Lauream.*

Interfui defensioni dissertationis N. . . . . eamque censeo dignam punctis. . (die. . mensis. . . . .).

II.

Elenchus quarumdam rerum quae a Provincialibus praestanda sunt.

N. B. - Quae in hoc Elencho de Praepositis Provinciarum dicuntur, intelligenda sunt de Praepositis quoque Viceprovinciarum et de Superioribus Missionum quod attinet ad Collegia Viceprovinciae vel Missionis.

Sigla adhibita:

C. = Constitutio Apostolica.
O. = Ordinationes S. Congregationis.
S. = Statuta Facultatum in Collegiis S. I. erectarum.
A. = Annotationes ad Statuta.
AR. = Acta Romana S. I.

1° Nominare Praefectum studiorum (S. 8), — Decanos Facultatum (S. 9), — Consultores Collegii et Facultatum (S. 11), — Officiales reliquos praecipuos (S. 10), — Professores omnes, post impetratum, mediante Praeposito Generali, *Nihil obstat* Sanctae Sedis (ordinarii tamen approbandi sunt a Praeposito Generali) (C. 21, 5°; S. 19).

---

(1) Deleantur ea quae ad rem non faciunt.

2° Dispensare in casibus particularibus Philosophos et Theologos cursus maioris ab assequendis gradibus academicis (A. 1).

3° Proponere approbationi Praepositi Generali ordinem lectionum de disciplinis quibus Statuta nullum annum assignant, vel eas in plures semestres distribuere casve contrahere, salvo tempore quod iis impendendum praescribitur in Statutis (S. 49); item Elenchum disciplinarum specialium vel cursuum peculiarium (S. 41, 46).

4° Tempestive communicare cum P. Generali theses ad ultimum examen de Theologia dogmatica, si sint diversae a thesibus ad Provincias missis (Epist. 5 mart. 1933, AR., vol. VII, p. 392).

5° Colligere suffragia de examine ultimo Theologiae dogmaticae in ordine ad Licentiam (A. 14, 6°).

6° Permittere, certis in casibus, ut repetantur examina annua de Theologia fundamentali et dogmatica vel de Philosophia scholastica (A. 15, 1°).

7° Decernere num repetenda sint examina alia, si quis eodem anno bis in eodem examine ceciderit (A. 15, 2°).

8° Subscribere, qua delegatus Magni Concellarii, diplomatis ad Licentiam conferendam (S. 74).

9° In fine anni ad Praepositum Generalem mittere, adhibito paradigmate cum Provinciis communicando:

a) Elenchum Nostrorum qui vertente anno ad gradus academicos promoti sunt (« Elechus eorum quae a Provincialibus praestanda sunt » n. 26, d).

b) Elenchum Philosophorum et Theologorum cursus maioris qui dispensati fuerint a gradibus academicis assequendis (ut dictum est supra n. 2°) (A. 1).

Uterque Elenchus conficiendus est de iis omnibus et solis qui ad Provinciam, Viceprovinciam, Missionem pertinent, ubicumque studiis vacaverint.

10° In fine anni, mediante Praeposito Generali, mittere ad Sacram Congregationem summaria ad rem statisticam pertinentia, confecta a Rectore secundum schemata ab eadem Sacra Congregatione redigenda (O. 6, 9°) (1).

11° In fine singulorum trienniorum mittere ad Praepositum Generalem relationem de statu tam academico quam oecono-

(1) Haec schemata nondum edita sunt.

mico Facultatum, Sacrae Congregationi exhibendam, confectam secundum normas traditas in Appendice III ad Ordinationes eiusdem Sacrae Congregationis (O. 4 et 5, 8°).

Romae, die 13 maii 1934.

Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

73. **20 maii 1934.**

De incremento Societatis fovendo et praeparatione Nostrorum impensius curanda in Indiis et Ceylan.

AD OMNES SUPERIORES REGULARES MISSIONUM SOCIETATI IESU COMMISSARUM IN INDIIS ET CEYLAN.

Reverendi in Xto. Patres:
P. Xti.

Postquam Romae, exeunte mense maio anni praeteriti, convocatis fere omnibus Indiae et Ceylan Superioribus regularibus, de progressu Missionum multa disseruimus, in animo habebam Visitatorem mittere, qui negotia universalioris utilitatis componenda susciperet. Cum tamen hucusque ab hoc consilio exsequendo prohibitus sim, id saltem diutius differre nolo quod iam nunc perfici potest, praecipuas et maioris momenti conclusiones, ad quas mutua consideratione deveneramus, communibus his litteris breviter complectendo. Quae si fideliter ubique exsecutioni mandabuntur, mox sane apparebit permagna illius nostri conventus efficacitas.

Et primo quidem *de ipso incremento Societatis* agam, *deinde de praeparatione Nostrorum,* tertio *de Collegiis et Seminariis,* denique ad modum conclusionis *de conventibus* quos ad promovendam omnium Missionum maiorem unionem Superiores regulares in posterum habere debebunt.

I. — De incremento Societatis.

Cum Sancta Sedes omnino clare ostenderit se velle ut Ordines religiosi, qui auxiliares magni momenti sunt pro clero saeculari, in Missionibus indigenas quoque socios admittant ac domos religiosas indigenas constituant, viribus unitis ad hoc tendere debemus ut solida ponantur fundamenta domorum eo etiam fine ut paulatim Provinciae indigenae creari possint, atque adeo sternatur via ad illam Assistentiam Indicam praeparandam, quam ipse S. Pater Ignatius praesaga mente adumbravit.

Sane, non exiguae nobis consolationi est videre, praeter florentem domum Shembaganurensem in Viceprovincia Madurensi, inde ab anno 1895 ad Novicios recipiendos destinatam, nunc recenter in Missionibus Ranchensi et Calicutensi novas domos noviciatus conditas fuisse. Id tamen ad hoc simul nos impellit, ut non sine aliqua tristitia cogitemus quam floridae in illis regionibus iam exsisterent Provinciae si ante quinquaginta annos optimae Domus probationis ibi constitui potuissent. Itaque experientia edocti et exemplo quoque recentiorum Congregationum excitati, quae vixdum in Missiones adveniunt, quamprimum domos aperiunt, in quas Novicii indigenae recipiantur, omnibus difficultatibus superatis, curemus ut etiam alibi fiat quod in tribus illis Missionibus tam feliciter factum est.

Noviciatus igitur, cui ex probato more Societatis addendus est iunioratus, sit nobis sicut pupilla oculi et cura de educandis iuvenibus nostris tanta esse debet, ut peritissimos Patres ad hoc munus deputare ne dubitemus etiamsi interea reliqua opera Missionis ex hoc retardari videantur [1].

In admittendis autem candidatis imprimis necessarium est, praesertim in Missionibus, ut non numerum quidem et turbam quaeramus sed optimos quosque seligamus qui bonam spem praebeant veros fore missionarios. Quamquam in delectu habendo magna cum prudentia et perspicacia procedendum est,

---

(1) Cfr. Epist. d. d. 13 maii 1932: « De exsequenda Instructione S. C. de Religiosis » (*Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 141-148, praesertim pp. 142-143; — item Epist. d. d. 29 iun. 1933 (*Acta Rom.*, vol. VII, 1933, pp. 456-493): « De ministeriorum operumque delectu etc. », praesertim pag. 458 et pag. 463.

vitari tamen debet ea severitas, qua a vocatione nostra tamquam ineptos arceamus eos quibus deest illa quasi europaea indoles quam forte ex erroneo conceptu in candidato Societatis requiramus. Quare, ratione habita indolis istorum populorum ac regionum, eos eligamus candidatos qui ad strenue in Indiis laborandum omnino apti sint.

Ut autem Societas in nostris Missionibus magnum incrementum sumere possit, imprimis ita fovenda est inter Nostros unio animorum ut omnes, sive in India nati sive ex longinquis regionibus advecti, oculis externorum appareant tamquam filii unius familiae, quae est Societas Iesu. Ad fovendam igitur mutuam caritatem magnopere confert ut Nostri ex Europaeis regionibus oriundi, propriae patriae pro Christo obliti, atque Indiani cum Indianis effecti, usus Indianorum, quamvis a suis nativis diversos, magni faciant et ante omnia linguam illius regionis optime addiscant in quam mittuntur. Etenim etiam in regionibus Europae accidit ut incolae alicuius nationis statim bene afficiantur erga advenas qui studio eorum linguae serio operam impendunt; quanto magis hoc de India affirmare licebit.

Carissimi vero Socii Indici grato semper animo memores sint tot tantorumque sacrificiorum quae Missionarii ex aliis regionibus advecti sustinuerunt atque sustinent ad Evangelium Christi in Indiis praedicandum et ad Societatem nostram istic stabiliendam; haec beneficia ab illis accepta pro merito se aestimare ostendant, eorumque semper rationem habeant, seque magno S. Patris Ignatii spiritu alte imbuere curent, qui omnes gentes toto corde amplectebatur ut omnes Christo lucrifaceret. Et quod aliis Missionariis tantopere commendatur, sibi quoque dictum existiment, ut nempe a falso illo patriae amore sese expediant, qui ad exaggeratum nationalismum facile degenerat, quique fraternae caritati maxime noceret ipsumque missionale opus plurimum impediret.

Praeterea, ut unio inter diversas nostras Missiones etiam oculis externorum manifestetur, magnopere iuvat eo tendere ut, quantum fieri possit, in ipsa veste similitudo ubique servetur (2). Ceterum modestia religiosa requirit ut semper et ubique etiam externe appareamus religiosi, religiosa veste induti.

---

(2) Cfr. Constit. P. VIII, c. 1 n. 8; Epit. n. 212 § 1, 2°.

Quo denique magis in dies inter varias Missiones promoveatur unio atque concordia et quo magis Nostri ad exempla aliarum Missionum imitanda moveantur, magnopere confert ut folia periodica quae iam in variis Missionibus evulgantur (ut sunt *Caritas, Our Field, Gleanings from Mangalore, Flores de la India,* et similia) ad praecipuas domos variarum Missionum mittantur atque procuretur ut moderatores idonei iis foliis edendis praeficiantur, qui quidem non ea evulgent quae casu ipsis ad manus veniunt, sed relationes colligant in quibus cum gravitate de difficultatibus, de adiumentis, de progressu operum ita agatur ut, ex factis particularibus, totius Missionis imago praebeatur. Insuper quamvis haec folia « ad Nostros tantum » destinanda sint, sicut singulae familiae propria sua habent, tamen ita prudenter conscribantur ut sine offensione legi possint a sacerdotibus saecularibus qui domos nostras frequentant, nobiscum laborant et quibus haec folia casu in manum incidere possunt.

Quo magis autem apparebunt inter Nostros ille animorum consensus, mutua caritas et in operando alacritas, eo facilius ad nostrum vitae genus amplectendum boni candidati adducentur. Cum vero media ad vocationes directe fovendas omnibus nota sint, superfluum videtur fusius enumerare quantopere conferre possunt boni Patres spirituales, Exercitia spiritualia ad eligendum vitae statum et Congregationes B. M. Virginis, quae non tantum sint schola pietatis, sed quasi centrum ex quo in iuvenibus genuinus zelus animarum foveatur.

Duo praeterea indicanda mihi videntur media, quae fortasse hucusque non satis fuerunt adhibita. Et primum quidem est ut viribus unitis in omnibus Missionibus Indiae et Ceylan ad hoc adlaboremus ut Societatis opera magis ubique cognoscantur. Quare imprimis curandum esse videtur ut in ecclesiis et scholis devotiones erga Sanctos nostros magis promoveamus, secundum litteras quas anno superiore hac de re dedi (3). Quo facilius autem et efficacius hae devotiones diffundantur magnopere conferent imagines et libelli, quibus vitae Sanctorum et res mirabiles quas perfecerunt, diversis Indiarum gentibus innotescant. Insuper curare debemus ut Nostrorum opera in toto orbe terrarum cum divina gratia suscepta apte illustrentur; atque ita etiam

(3) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VII, 1933, pp. 410-442.

Indorum oculis appareat cum Societatis nostrae catholicitas, tum potissimum mira Sanctae Matris Ecclesiae Catholicae fecunditas eiusque benefica quovis loco ac tempore operositas.

Alterum medium est ut promoveatur illa consociatio alumnorum quae in domo Kurseong sub titulo *Students' Missionary League* orta est et cuius constitutionem ipse approbavi.

Etenim nostris temporibus, afflante profecto Spiritu Sancto et sub impulsu Summorum Pontificum, qui notissimas illas Litteras Encyclicas de Missionibus conscripserunt, ubique iuvenes ad vocationem sequendam rebus missionariis potissimum attrahi cernimus. Quae non solum de regionibus nostris sed etiam de India, ut experientia comprobatum est, affirmare possum. Haec igitur est opportunitas temporum qua nos quoque etiam in India uti debemus.

Nunc autem finis huius consociationis est ut alumni scholarum ac collegiorum ad cognoscendas Missiones catholicas, ideoque etiam nostras, inducantur atque in hoc studio pro sua aetate et ingenio adiuventur ac dirigantur atque ita spiritum sacrificii acquirant, qui eos ad vocationem nostram amplectendam melius disponat.

Itaque etiam in India adhibendae sunt industriae quibus illae consociationes in scholis diffundantur. Sicubi forte non exsistant Congregationes B. M. Virginis, institui possunt huiusmodi consociationes autonomae; ubi vero florentes exsistunt Congregationes, sicut ubique, quantum in nobis est, sedulo curare debemus, consociatio pro Missionibus optime potest esse Congregationis sectio. Haec tamen sectio Congregationis non ita intelligenda est ut activitas missionaria ad parvum tantum numerum sodalium intra fines Congregationis contrahatur, sed potius ita ut optimi quidam iuvenes ex sodalibus consociationem missionariam fundent ac promoveant, in quam etiam admittantur iuvenes qui ad Congregationem non pertinent; eo fere modo quo in aliis regionibus socii Congregationum variis operibus, ut v. g. conferentiis S. Vincentii a Paulo, nomen dederunt eo fine ut in illas novam vitam infunderent; quo factum est ut in illis consociationibus magnum influxum exercere potuerint. Contraria opinio eorum qui totam sodalium activitatem intra Congregationis fines includere volunt, a vero Congregationum spiritu deflectit earumque nomini nocere potest.

Et quoniam de incremento Societatis in India nunc loquor, iuvabit quaedam addere de tempore magis opportuno, quo futuri missionarii e longinquis regionibus in Indiam mittendi sunt. Qua in re experientia nos docuit generatim non expedire ut Novicius alterum noviciatus annum in diversa regione sub novo Magistro absolvat, exceptis quidem casibus omnino peculiaribus, cum exempli gratia ad fundandum novum noviciatum quidam Novicii secundi anni ad traditiones ferendas et continuandas in novas regiones mitterentur. Itaque Novicii generatim per duos annos in eadem Domo probationis manere debebunt; sed omnino curandum est ut, absoluto tirocinii biennio, iuvenes apti quamprimum in Indiam mittantur.

Verum si, ut omnes speramus, iuniorum tam Indianorum quam exterorum numerus singulis annis augebitur, omnino necesse erit ut novus Scholasticatus pro Philosophis et Theologis aperiatur, cum domus Shembaganur et Kurseong tantam Scholasticorum copiam iam nunc capere non valeant. Quamquam igitur permagna est hominum penuria et temporalium rerum angustia, viribus tamen unitis ad hoc tendere omnino debemus, ut mox novum Collegium pro Philosophis et Theologis condatur. Etenim de Scholasticis in Europam mittendis (exceptis forte perpaucis ad studia superiora destinatis) ne cogitari quidem potest, cum Provinciae Indicae, ut dixi, paulatim praeparandae sint, ubi iuvenes nostri totam formationem religiosam accipere et omnia studia absolvere possint. Quae quidem studia ita erunt ordinanda ut educatio Nostrorum in India, sin superet, tamen saltem aequalis sit ei formationi quae datur Nostris in Europa et America aliisque mundi partibus. Itaque, cum de necessitate quamprimum condendi novum Scholasticatum non possit esse dubium, Superiores de mediis ad id adhibendis atque de loco apto eligendo inter se conferant.

II. — De praeparatione Nostrorum.

Ad alteram partem nunc devenio: quomodo nimirum praeparatio Nostrorum ad futura ministeria sit ordinanda. Non equidem hic repetam ea quae de gravissimo hoc argumento pro tota Societate late disserui litteris ad omnes Superiores die 29 iunii

1933 datis (4), ubi multa habentur quae etiam ad Missiones optime applicari possunt ac debent; ideoque illas litteras ut attente perpendatis vobis quoque, Reverendi Patres, iterum iterumque commendo. Hic tamen quaedam peculiaria tangam, quae propius ad vestras Missiones pertinent.

Qui Societati nomen dare cupiunt, saltem scholam praeparatoriam (High School) absolverint oportet, sed valde optandum est ut etiam ulterius in studiis progressi sint antequam Societatem ingrediantur. In candidatis omnino requiritur ea saltem cognitio linguae latinae, quae sufficiat ut tempore Noviciatus documenta latina circa Institutum nostrum sine difficultate intelligere possint. Cum vero, saltem in Missione Mangalorensi et Viceprovincia Madurensi, lingua latina nunc in scholis non iam doceatur, quaerenda est via qua studium linguae latinae, omnibus perutile, denuo in scholis promoveatur. Quod si nullo pacto fieri potest, forsitan in ipsa Domo probationis candidati, per modum cuiusdam postulatus, scholam frequentare poterunt in qua linguam latinam addiscant.

Missionarii autem, qui in Indiam advehuntur, omnino procurare debent, ut linguam eius regionis ad quam mittuntur optime intelligant eiusque usum sibi prorsus reddant familiarem. Etenim si penitus fidelium et infidelium inter quos versantur mentem intelligere atque cum fructu uberrimo sacrum ministerium inter homines lingua et usibus tantopere diversos exercere omnibusque tam sapientibus quam insipientibus omnia cum Apostolo fieri volunt, non sufficit ut aliquomodo doctrinam christianam explicare confessionesque audire possint.

Proh dolor! antiquas nostras traditiones circa solidum studium linguarum ex parte reliquimus. Etenim aliqui falso opinantur aliquando ministeria Nostrorum retardari Missionibusque damnum afferri eo quod Scholastici, qui iam tot annos in studio variarum disciplinarum perdurare debent, tempus haud exiguum in serio studio linguarum consumere (ut ipsi dicunt) coguntur. At, cum instructio de studio linguarum indicarum mox paranda sit, sufficit nunc ut, omissis rebus particularibus, haec duo tamquam principia firmiter statuamus: primo quidem missionarii ad unum omnes bene cognoscant linguam eorum inter

(4) *Acta Rom.*, vol. VII, 1933, pp. 456-493.

quos operam suam impendant, ita ut etiam professores, qui in Collegiis docent, saltem unam linguam vernaculam sciant; praeterea unusquisque Superior curare debet ut in sua Missione habeantur aliqui viri in cognitione linguarum, etiam antiquarum, omnino eminentes. Utique in applicatione horum principiorum ob diversitatem linguarum non parvae orientur difficultates; memores tamen esse debemus ob difficultates particulares non esse relinquenda principia generalia; videant igitur Superiores quomodo difficultates solvere possint. Circa cognitionem linguarum in memoriam revocare iuvat in Missionibus insignem peritiam in difficili aliqua lingua indigena non nativa aliquando compensare posse aliquem defectum doctrinae in ordine ad professionem quattuor votorum [5]. Et si tales habeantur, mihi proponantur, atque tunc quid in Domino decernendum sit libenter considerabo.

Praeter cognitionem linguarum indicarum, vario quidem gradu, sed omnibus prorsus, utpote commune laboris instrumentum, necessariam, in iis qui ad docendum in Collegiis destinantur, ea requiritur sive scientifica sive paedagogica formatio, quae sit nostrorum temporum necessitatibus vere congrua et ad munus quo fungi debent proxime accommodata. Etenim si Collegia nostra hodiernis condicionibus satisfacere, si cum institutis laicorum competere debent, magis ac magis in dies crescit necessitas ut maxima cum cura Nostri ad munus professorum obeundum praeparentur; quare omnino suadendum est ut ii ex Nostris, sive Indianis sive alienigenis, qui ad docendum destinantur, in Universitatibus Europae vel Americae, aut saltem ipsius Indiae, disciplinis suis studeant. Ad Angliam quod attinet, indefessa cura Praepositi illius Provinciae [6] factum est ut in illo regno nunc duas habeamus domos, Oxonii alteram, alteram Londini, quibus Nostri ex variis Provinciis fraterne recipiuntur.

Quae de praeparatione Nostrorum hucusque dixi eo tendit ut omnes vel proxime vel remote ad salutem animarum in Indiis adlaborare possint. Nunc autem in Missionibus Indiae iam advenisse tempus videtur ut ad convertendos primores inter Hinduistas, Buddhistas et Mahometanos vias magis directas adhi-

---

(5) Cfr. Epit. n. 445, 5°.

(6) Is erat R. P. Henricus Keane.

beamus. Eo magis dolendum est paucos inveniri qui regiones, linguas, mores, philosophiam, religiones Indiae penitus cognoscant. Iam Excell.mus ac RR. DD. Eduardus Mooney, olim Delegatus Apostolicus in India (7), apud me querebatur se nullam in India domum invenisse quo mittere posset Indianos magis cultos qui cum rectitudine veritatem inquirere cuperent. Causa cur tam pauci ex Nostris ad haec studia applicarentur, in hoc erat, quod non satis memores huius veritatis fuimus: « opus eo esse divinius quo universalius »; Superiores tam in Europa quam in India falso opinabantur opera particularia et praesentis necessitatis damnum passura esse, si viri eminentes ad opera universalioris utilitatis applicarentur (8).

Ad convertendos paganos procul dubio summi momenti est exemplum vitae religiosae. Nec unquam quis dubitavit veram sanctitatem et, praesertim in India, vitae austeritatem in missionariis imprimis esse necessariam. Omnibusque notum est mediis humanis non nimium esse fidendum. Attamen scientia et sanctitas non debent sibi invicem opponi, cum ex divinae Providentiae dispositione ambae sint necessariae. Quae doctrina pulcherrime a Sancto Patre Ignatio in Constitutionibus (P. X, nn. 1, 2, 3.) declaratur, cum dicit ante omnia requiri solidam virtutem unde efficacia ad exteriora permanare oportet, Deum tamen cooperationem creaturarum exigere. Ideoque in Ecclesia Catholica sacerdotes ubique et semper inter primos fuerunt, qui scientias excolerent; atque ita sanctus ille Summus Pontifex, Pius X, ut unum alterumve exemplum inter sat recentiora afferam, Institutum Biblicum condere voluit, cum investigatio scientifica ad veritatem religionis vindicandam omnino sit necessaria; et nuper Beatissimus Pater Pius XI id ipsum sollemniore forma asseruit et ampliore efficacia praestitit per Constitutionem Apostolicam « Deus scientiarum Dominus ».

Itaque curandum nobis est ut Indianorum litteras profunde cognoscamus et ex ipsis libris Indiae argumenta desumamus quibus Indiani, qui animam habent naturaliter christianam, ad veritatem adducantur. Quamvis igitur in mediis humanis spes

---

(7) Nunc est Archiepiscopus-Episcopus Roffensis in America.

(8) Cfr. Epist. d. d. 20 iunii 1933: « De ministeriorum atque operum delectu Nostrorumque ad ea institutione », n. 12; in *Act. Rom.*, vol. VII, 1933, pp. 481-484.

nostra minime sit reponenda, omnino procurandum est ut omnes intelligant hanc esse mentem Ecclesiae ut, ad maiorem Dei gloriam procurandam, in studium rerum indicarum incumbant.

Quomodo autem omnes nostri Scholastici studio scientiarum indicarum ad futura ministeria practice praeparandi sint, iam videamus. Praeter academias indicas, quae in domibus Kurseong et Shembaganur optimo consilio fuerunt institutae, in ipsis scholis philosophiae et theologiae agendum erit de doctrinis, quibus in India populi nobis commissi adhaerent. Etenim methodus, qua ipse S. Thomas impugnabat errores *sui temporis*, a nobis quoque ita applicanda est ut Nostri philosophiae et theologiae non in abstracto sed *in India* et *pro India* studeant.

Praeterea valde urget ut in singulis Missionibus aliqui iuvenes magni ingenii tam intimam de rebus indicis cognitionem sibi comparent ut ad scribendum de his rebus destinari possint. Quo melius ac citius hi praeparentur, mittendi erunt in Universitates ubi, sicut Oxonii aut forte alibi, disciplinae indicae et linguae optime traduntur. Ne tamen, ut frequenter accidit, iuvenes nostri tempus perdant ubi sibimetipsis relinquantur, Superiores interrogent peritos ut programma quoddam studiorum clare stabilire atque a iuvenibus, dum his studiis operam dant, rationem exigere possint.

Non ignoro equidem pro studio hinduismi quaedam optime iam esse facta, et Superiores etiam cogitare de destinandis iuvenibus, qui islamismo studeant; ad conversionem vero buddhistarum promovendam Nostros in Missione Gallensi varias vias quaerere paratosque esse ad tentandam methodum qua aliqui ex protestantibus ac ipsi buddhistae iam utuntur, id est ut in plateis populum alloquantur. Attamen rogo ut Superiores omnium Missionum, praesertim maiorum, ubi tot sunt iuvenes magnae spei, aliquos ad studium religionum Indiae, quae res est universalioris utilitatis, deputare ne cunctentur.

Si tali modo pauci sed vere eminentes viri bene praeparentur, brevi fieri poterit, quod magna cum mea consolatione anno praeterito ipsi Superiores in nostro conventu Romano proposuerunt, ut in aliquo loco centrali domus Societatis habeatur, in qua pauci selecti homines ad *apologeticam indicam* operam dent. Ad huius rei initium faciendum sufficient quattuor Patres bene praeparati atque optima bibliotheca instructi.

Haec domus, quae sedem in aliquo Collegio Societatis habere poterit, centrum erit informationis pro tota India, et Patres ibi degentes Nostros iuniores in studiis suis dirigere valebunt. Quam gloriosum esset pro Ecclesia, si talem domum condere possemus! Atqui possumus profecto.

Si ex Nostris vel pauci (iterum dicam) ita bene praeparentur, magnum quoque impulsum dare poterimus novo illi periodico quod pro coetu magis culto ex universa India et Ceylan creare statuimus. Etenim tam pro laicis quam pro clero, nec tantum pro catholicis sed etiam pro illis qui a vera religione sunt alieni, sine mora evulgandum est in India periodicum iis simile quae iam in aliis Provinciis evulgantur, ut sunt: *Civiltà Cattolica, Etudes, Razón y Fe, The Month, Stimmen der Zeit, America,* etc. Sedem habebit in Collegio Calcuttensi ubi servatur celebris bibliotheca « Goethals », et prope nostram domum etiam publica « Bibliotheca Asiatica » scriptoribus ad manum erit. Spem magnam fovemus fore ut hoc periodicum ad regnum Christi in Indiis propagandum cum divina gratia plurimum sit collaturum; ideoque vehementer optamus, ut ab omnibus Missionibus nostris totius Indiae et Ceylan collatis viribus adiuvetur.

III. — De Collegiis et Seminariis.

Cum iam de incremento Societatis et de formatione Nostrorum egerim, reliquum est ut, iuxta propositum huius epistolae, de duobus operibus summi momenti, scilicet de Collegiis et de Seminariis pauca addam.

Collegia primo ac per se ad educationem christianam ipsis iuvenibus catholicis procurandam sunt instituta; nihilominus, debitis cautelis adhibitis, alumnos quoque paganos simul cum catholicis in scholis admittimus, ut et ipsi, Dei gratia aspirante, ad Eius agnitionem et amorem perveniant, qui est solus pro omnibus hominibus via, veritas et vita.

Quare maxime curandum est ut tota atmosphaera Collegii, ut ita dicam, sit penitus christiana. Et primo quidem ipsi iuvenes catholici ita principiis christianis imbuantur et tam intime in frequentatione sacramentorum ac generatim in exercitio operum catholicorum inter se associentur ut, quamvis forte numero pauciores, aliis exemplo sint. Deinde omnibus professoribus paganis substitui debent paulatim magistri catholici. Velim igitur

ut, superatis omnibus impedimentis, in omnibus Collegis conentur Nostri Catholicos invenire professores ac etiam iuvenes magnae spei ad hoc ministerium impellere etiamsi oporteat illos adiuvare ut in Universitatibus sive Indiae sive Europae formari possint. Interim professores pagani a docendis iis disciplinis removeantur, in quibus ideas verae religioni contrarias spargere possint. Denique etiam ipsa externa species totius Collegii ita ordinetur ut indoles catholica statim appareat. Qui finis facillime obtinebitur, si, praeter alias industrias, pulchra ecclesia vel sacellum, in loco conspicuo aedificatum, oculos omnium illico trahat.

Cum vero nunc de fundanda Universitate Catholica in India in diversas partes haud parum disputetur, quamvis permagnae adsint difficultates ad hanc rem inchoandam, tamen puto nos pro debilibus viribus nostris ad Universitatem condendam paulatim viam sternere debere. Mirum in modum interdum res, quae primo aspectu omnino immaturae videntur, omnibus difficultatibus necopinato superatis, exsecutioni mandari possunt atque, ut factum est pro nostra Universitate in Sinis, brevi tempore bene crescunt. Interea iuvabit in India loco aliquo centrali (de quo eligendo Superiores Missionum Bombayensis, Calcuttensis, Madurensis et Mangalorensis inter se conveniant) instituere, approbante Ordinario loci, scholas aestivas (*Summer schools*), in quibus non solum viris scientia praestantibus, sed etiam auditoribus ex populo at satis cultis, ab optimis professoribus praelectiones habeantur.

Remanet nunc ut de Seminariis et de praeparatione cleri indigenae pauca dicam, quae res, cum sit summi momenti, omnem nostram sollicitudinem requirit. Quare ante omnia in scholis nostris optima habeatur cura spiritualis alumnorum; deinde curandum est ut inter alumnos, etiam iuniores, nobis commissos, ac potissimum inter eos qui altari inserviunt, illos magis adiuvemus, qui maiore pietate commendentur et initium vocationis ac dotes futuro sacerdoti necessarias manifestent.

Utrum autem candidati ad Seminarium in scholis simul cum reliquis alumnis an potius in Schola Apostolica praeparandi sint, id a rerum adiunctis pendet idque decernere pertinet ad Episcopum, cui tamen sententiam nostram atque argumenta quibus movemur reverenter proponere possumus.

De praeparatione immediata, vel ante ingressum vel in ipso Seminario, futuris sacerdotibus danda, Superiores valde clare et, si opus est, etiam scripto omnia cum Excellentissimis Episcopis statuant, cum culpa nobis imputetur si ex Seminariis nostrae directioni commissis exeant sacerdotes non bene formati. Ex parte igitur nostra curandum est ut Seminarium sub omni respectu sit optime ordinatum, nec tolerandum ut formatio cleri indigenae minus accurata videatur. Qua in re si qua dubia exsurgant, Superiores libere ad me scribant, ut eos equidem in re tanti momenti adiuvare et, quantum res ad Societatem pertinet, apte dirigere possim.

Inter omnia Seminaria Indiae, Seminarium Pontificium Kandyense, ad quod ex universa India confluunt alumni selecti, ob magnitudinem rei nobis a Santa Sede commissae, Superioribus maxime cordi esse debet. Summi momenti est ut Seminarium, unde iam tot exierunt Episcopi, omnibus mediis sit penitus instructum ad formationem vere scientificam clero procurandam necessariis. Cum autem copia professorum a sola Provincia Belgica nequaquam suppeditari possit, singuli Superiores aliquot homines, licet magno cum sacrificio, huic Seminario destinare ne dubitent. Patres autem qui ad docendum praeparandi sunt, plerumque Romae biennium peragere debent.

De variis autem ministeriis, quorum dispositio ad Episcopos pertinet, mens non est his litteris disserere: hoc unum dixisse sufficiat ut in omnibus nostris ministeriis magna submissione erga Episcopos, quibus regimen Missionum commissum est, et fraterna unione cum clero saeculari, cuius cooperatores sumus, collaborare nitamur.

IV. — De conventibus Superiorum identidem habendis.

Iam ad conclusionem devenio. Quo facilius nempe omnia quae agenda esse perspeximus exsecutioni mandentur, et quo citius paulatim Provinciae indigenae atque adeo Assistentia Indica praeparentur, necesse est ut Superiores de rebus ad incrementum Missionum Indicarum spectantibus inter se conferant. Superiores enim, de unione Missionum Indicarum solliciti, ab hoc abstrahant oportet quod nunc Missiones Indiae et Ceylan

ad tot diversas Provincias et Assistentias pertineant; sed potius prae oculis habeant se esse Superiores unius regionis.

Itaque tertio quoque anno, occasione Congregationis Procuratorum, Superiores regulares a P. Generali convocabuntur ut Romam conveniant. Cum autem minime sufficiat ut tertio quoque anno hi conventus habeantur, etiam in India Superiores crebrius convenire debebunt. Ideoque ipse indicabo tempus et locum quo proximus conventus in India agendus erit et in hoc congressu ipsi Superiores statuent ubinam et quo tempore iterum conveniendum erit, et praesidem eligant qui omnes statuto tempore convocabit.

Praeterea ad unionem Missionum Indicarum valde conferre poterit si occasione data aliqui periti convenire possint. Quamvis non mihi valde probetur ut nimia frequentia huiusmodi conventus habeantur, tamen si identidem fiant et bene praeparentur, maximam utilitatem Missionibus afferre possunt. Itaque ipsi Superiores in proprio congressu statuere poterunt quando et ubi convenire debeant vel Rectores, vel Studiorum Praefecti vel etiam selecti quidam ex missionariis ut de missionibus ad paganos vel de aliis operibus maioris momenti agant. Quo denique eorum conventuum maior sit efficacia, rogo ut programmata et conclusiones approbationi meae proponantur.

Itaque ad maiorem Dei gloriam procurandam unice intenti ac divino auxilio audaces facti, Reverendi Patres, viribus unitis conemur ad Ecclesiam in India dilatandam semper maiora aggredi. Non parum nos incitare debet exemplum protestantium et atheistarum qui, divisionum obliti, ad magna opera promovenda inter se uniuntur. Sed imprimis nos movet desiderium Excellentissimi Delegati Apostolici (9), qui non semel rogavit ut omnes Missiones Societatis in India et Ceylan ad opera universalioris utilitatis suscipienda magis inter se unirentur.

Cum denique Missiones Societatis, et numero missionariorum et operum momento, magnum influxum in India exercere

---

(9) Is est Ex.mus ac RR. DD. Leo Petrus Kierkels, C. Pass., Archiep. tit. Salaminensis.

possint, non dubito quin exemplum unionis a Nostris datum in bonum totius Ecclesiae in Indiis cessurum sit.

Vestris sanctis Sacrificiis me enixe commendo.

Romae, in festo Pentecostes,
die 20 maii 1934.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu,

74. **21 maii 1934.**

Dies assignantur, quibus festa liturgica novorum nostrorum Beatorum quotannis peragenda sunt.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum ob causas, quas alias dixi (*Acta Rom.,* vol. VII, 1933, pag. 453) quaeque etiam nunc perdurant, vix sperari possit fore ut Missae et Officia nostrorum novensilium Beatorum brevi approbentur, P. Postulator generalis petiit et obtinuit a Sacra Rituum Congregatione ut saltem festorum dies iam nunc definirentur. Sunt autem: dies *17 novembris* pro festo BB. Rochi González et Sociorum Martyrum Rioplatensium; dies *28 novembris* pro festo B. Iosephi Pignatelli Confessoris.

Nam, cum dies 15 novembris, quo die tam Beatus Pignatelli quam primi duo e Beatis Martyribus mortui sunt, nuper assignatus sit festo S. Alberti Magni, quamquam legibus liturgicis non vetamur quominus peculiare nostrum festum illo die celebremus, minus tamen opportunum visum est festum praeclari illius Ecclesiae Doctoris nuper ad universam Ecclesiam extensum deinceps in tota Societate ad ritum simplicem perpetuo redigere. Et quoniam tertius e Beatis Martyribus, id est B. Ioannes del Castillo, martyrium consummavit die 17 novembris, hunc diem Beatorum Martyrum festo assignandum curavimus, cum com-

memoratione festi semiduplicis simplificati S. Gregorii Thaumaturgi; atque ita Beatus Pignatelli in proximum diem liberum, id est in diem 28 novembris, remitti debuit.

Velit R. V. haec cum Redactore Kalendarii Provinciae tempestive communicare, ut, si fieri possit, iam hoc anno statutis diebus haec duo nova festa liturgica a Nostris celebrentur; quodsi tunc partes liturgicae propriae nondum approbatae fuerint, omnia sive in Officio sive in Missa ex respectivo Communi sumenda erunt, secundum indicationes (quod ad Missam pertinet) pro triduanis post beatificationem festivitatibus datas, scil. Missa « *Sapientiam* » pro BB. Martyribus (1), Missa « *Os iusti* » pro B. Pignatelli.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 21 maii 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS MARTÍ
Secr. Soc. Iesu.

75. **31 maii 1934.**

Mittitur textus approbatus et versio italica item approbata Orationis ad S. Michaelem Archangelum contra atheismum modernum.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum ex variis locis petitum sit a Patre Nostro, ut « oratio ad S. Michaelem Archangelum contra atheismum modernum », non ita pridem ad Provincias missa et per totum hunc annum iubilarem usque ad diem 28 aprilis 1935 Litaniis communibus addenda (2), a tergo imaginis eiusdem Sancti Archangeli latine aut

(1) V. supra, pagg. 685-686.
(2) V. supra, pagg. 768 et 772.

vernacule imprimi possit et in vulgus spargi, curavit Pater Noster ut et ipse textus latinus et versio italica a Vicariatu Urbis approbaretur. Quae quidem approbatio, secundum sacros Canones interpretanda (can. 1385 et 1392), faciliorem forte reddet fidelium in alias linguas versionum approbationem a locorum Ordinariis obtinendam; ideoque utrumque textum approbatum hic subiungo.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 31 maii 1934,
in festo Corporis Christi.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS MARTÍ
Secr. Soc. Iesu.

ORATIO AD S. MICHAELEM ARCHANGELUM

CONTRA ATHEISMUM MODERNUM.

Sancte Michael Archangele, qui zelo divinae gloriae incensus rebelles spiritus in infernum detrusisti, hanc nobis impetra gratiam, ut eodem zelo inflammati horrendam nostrorum temporum in Deum proterviam debellemus et ad Dei gloriam propagandam omnes vires unice intendamus. Amen.

Traduzione italiana.

O San Michele Arcangelo, che infiammato di zelo per la divina gloria, cacciaste nell'inferno gli spiriti ribelli, impetrateci la grazia che anche noi, ardenti dello stesso zelo, combattiamo l'orrenda protervia dei nostri tempi contro Dio, e dirigiamo tutte le nostre forze unicamente a propagare la gloria divina. Così sia.

Con approvazione ecclesiastica.
Roma, 22 Maggio 1934.

L. ✠ S. VICARIATUS URBIS: OFFICIUM II.

76. **8 iunii 1934.**

De vocationibus ad Societatem in America Latina impensius fovendis et iuvandis.

AD OMNES PRAEPOSITOS PROVINCIARUM, VICEPROVINCIARUM ATQUE MISSIONUM AMERICAE LATINAE.

Reverendi in Xto. Patres:
P. Xti.

Neminem vestrum latet quanta cum instantia et fiducia plurimi istarum vestrarum regionum tam fideles quam vel maxime Episcopi, ad nos frequenter recurrant ut pulcherrima nobis opera offerant, quae summopere ad divinam gloriam conferrent, quaeque tamen saepe, proh dolor, acceptare nequimus « quia homines non habemus ».

Omnes sane, sed istae peculiariter Americae nationes ingenti apostolorum necessitate premuntur; in iis enim fides illa christiana tanto cum labore et zelo seminata a Missionariis, — quos inter praeclarissimi Societatis filii numerantur, — et sanguine multorum confirmata, novis et maximis nunc periculis exponitur, sive ex parte Protestantium qui omni conatu intendunt a vera Ecclesia fideles abducere, sive ex parte Communistarum aliorumque Christianismi osorum, qui in America Latina minores fortasse difficultates quam alibi ad suas doctrinas propagandas inveniunt.

Cum magno solatio fatendum est hanc catholicam fidem firmiter adhuc in Americanis nationibus conservari, etiam in regionibus illis ubi inimicorum impetus fortius sentiuntur; attamen simul infitiandum non est hanc populi fidem in magno discrimine hodie esse positam, quandoquidem ob deplorandam Sacerdotum inopiam amplissimus iste campus zizaniis misere cooperitur. Nullibi sicut apud vos, — si aliquas infidelium regiones excipiamus, — tanta veritate illud triste Iesu Christi effatum impletur: « Messis quidem multa, operarii autem pauci ».

Vestrum itaque zelum excitare velim pro iuvandis magis ac

magis vocationibus religiosis, quibus ad tot animarum necessitates possitis deinde occurrere. Licet Deus ipse sit primus et principalis vocationum inspirator, Eius tamen causa secunda atque instrumentum nos sumus; quod si Patres, qui in ministeriis et in Collegiis versantur, divinae gratiae impensius cooperarentur in vocationibus pro Novitiatu excolendis, numerus aptorum operariorum procul dubio valde augeretur.

Ad promovendas autem vocationes iuvat imprimis multum ac indesinenter Dominum exorare « ut mittat operarios in hanc amplissimam messem suam »; deinde iuvenes, omnes quidem qui aptitudinem habeant, sed eos praesertim qui generosiorem animum gerant erga Deum, movere non solummodo ad exercitium virtutum, verum etiam, — prudenter sane, — « ad eligendam continentiam, virginitatem, religionem et omnem modum perfectionis evangelicae » (Exerc. Sti. Ignatii, Ann. 15). Iuvat etiam alumnos nostros qui curriculum in Collegiis sunt absoluturi, separatim a ceteris excolere Spiritualibus Exercitiis, quibus dirigantur ad statum vitae cum christiana sinceritate eligendum.

Quod si ex istis Collegiis nostris raro prodeant candidati Societatis, Superiores non omittant in causas huius singularis facti inquirere, inter quas facile, praeter alias, etiam hanc reperient: quod vitae supernaturalis, pietatis, bonorum morum non sufficiens habita fuerit cura; atque ita, sive quod non cum omni diligentia attendatur ad vere solidam alumnorum christianam institutionem et instructionem, sive quod exemplum a Professoribus et Praefectis datum non tale sit quale requireretur ad animos erga sanctitatem vitae religiosae attrahendos, sive ob defectum unionis inter Nostros, omnis efficax labor pro vocationibus in Collegio fovendis impeditur. Mariana Congregatio nostrorum alumnorum et externorum, si pie, solerter, constanterque dirigitur iuxta eius Regulas et genuinum spiritum, plurimas etiam vocationes Societati comparabit, ut experientia ubique comprobatur.

Alia quoque est ratio suscitandi vocationes ad Societatem, eaque valde opportuna et efficacissima: videlicet, efficere ut praesertim inter adolescentes nostra Societas in dies magis cognoscatur. Ad id confert ut pervulgetis notitiam nostrorum Sanctorum eorumque cultum promoveatis, atque procuretis ut nostrae apud infideles Missiones iuvenibus patefiant, — valde enim do-

lendum est quod saepe etiam alumni nostri fere ignorent Societatem Ordinem Missionarium apprime esse. Procul dubio, si ministeria, si opera quae ubique terrarum Societas ad Maiorem Dei Gloriam sustinet cognita fuerint, plurimi adolescentes ad nostram vitam generose amplectandam allicientur. Aliquae sunt Provinciae ubi, cum felici vocationum successu, fovetur nostrae Societatis cognitio sive foliis sive etiam periodicis scriptis, quae praesertim ad amicos aut ad Nostrorum propinquos solent dirigi; quae quidem iuvenes cum legant, Societatem nostram clarius agnoscunt, perfectius aestimant, indeque facilius gratiae religiosae vocationis respondent.

Cum vero in vestris regionibus Parva Seminaria omnino necessaria videantur ad vocationes vere aptas fovendas et augendas, ea vobis singulari ratione commendare velim, ne propter defectum aptae institutionis vel propter difficultates quae exsurgant, hic fons vocationum exsiccetur.

Ante omnia oportet ut pro talibus Seminariis, inter pueros in quibus aliqua divinae vocationis indicia deprehendantur, accuratissima selectio admittendorum fiat; quod si pueri bonis qualitatibus praediti recipi possint undecumque veniunt, praeferendi sunt, ut per se patet, illi qui sive in Collegiis sive in Marianis Congregationibus iam fuerint. Semper vero curandum est ut ex familiis vere christianis ortum ducant, ideoque in his potissimum regionibus quaerendi sunt, ubi mores christiani melius conserventur, ubi populus in fide sit firmior, christianae pietati magis addictus et in publicis moribus purior.

Qua in re velut prudentes mercatores procedatis oportet, qui omnem primo circumspicientes regionem sedulo investigant ubinam abundantiores sibi divitias possint obtinere; dein vero, nullum omittunt accommodatum medium ut quod conceperint propositum assequantur. Sic et vos: integram Provinciam vel Viceprovinciam aut Missionem vobis ante oculos tamquam in geographica tabula proponentes, bene cognitas habeatis eius omnes diversas regiones, in eisque vobis perspectum sit undenam plures vocationes pro Societate oriantur, cur autem hinc aut illinc vix unus veniat, dum tamen alibi copiosa vocationum seges nobis sese offerat, quid fieri possit ad eas etiam ibi fovendas, aliaque similia.

Cum magno fructu, — sicut in aliquibus Provinciis iam

fit, — quasdam excursiones per pagos possunt aliquando instituere sive ipse Rector Seminarii sive alius bene peritus Pater ut, auxilio atque consilio praesertim Parochorum aut Magistrorum, idoneos pueros inveniant. Praeterea, non solum durantibus his « piscatorum » excursionibus, sed reliquo etiam tempore, valde iuvaret Parochos aliquos reperire, qui in detegendis et conservandis istis vocationibus pro Societate vobis adiumento sint. Plurimum hac in re boni Missionarii facere possunt. Cum gratia divina cooperantibus benedictio divina non deerit.

His vero Parvis Seminariis, — quae velut pupillam oculorum Superiores habere debent, — non nisi optimi Professores et Patres assignentur; alumni autem, — secundum quod latius exposui in Instructione pro Seminariis Minoribus in Italia (cf. *Act. Rom.*, vol. VI, 1930, pg. 638-658; 1931, pg. 888-891), — solida ac virili pietate instituantur, minime tamen exaggerata, nec tali qualis potius Novitiorum esset; sicque inter hos alumnos neque examinis particularis neque multo minus rationis conscientiae usus inducatur. Studia autem sint vere proportionata ipsorum aetati, sed ea quae simul ipsos iam praeparent ad studia quae deinde in Societate facient; at illud est adhuc magis necessarium: ut apta sint ad eorum talenta tam cognoscenda quam evolvenda. Denique, libri aliaque subsidia pro studiis eis abunde suppeditentur.

Praeterea, iam inde ab initio aptis *experimentis* probentur ut in firmitate suae vocationis intime cognoscantur; ad quod multum confert ut, quantum fieri possit, tempore aestivo ad familias mittantur. Melius enim est ut tempestive ad sua redeant, quam ut plurimi inepti Novitiatum inchoent; quo etiam fiet ut pecuniae magis parcatur.

In universum maxime cavendum est ne desiderium augendi copiam operariorum in vestris Americae regionibus vos impellat ad *numerum* praeprimis vobis procurandum; multos siquidem sed non bene selectos habere, valde nocivum esset. Experientia enim nos docet sufficere quandoque ut 2 vel 3 inepti remaneant, ad hoc ut bonus spiritus Novitiatus vel Seminarii in integra Communitate deprimatur. At omnibus cordi esse debet ut *numerus* vere *selectorum* sociorum apud vos augeatur; nam sicut S. Pater Ignatius in Constitutionibus pulcherrime dicit: « Iuverit magnam turbam hominum ad Professionem non admitti; nec quos-

cumque, sed selectos homines, etiam inter Coadiutores formatos aut Scholasticos retineri. Multitudo magna eorum qui vitia sua non bene domuerunt, ut ordinem non fert, ita nec unionem quae in Christo Domino nostro tam necessaria est, ut bonus status ac procedendi modus huius Societatis conservetur. Hoc autem non excludit numerum, licet magnum, eorum, qui erunt idonei, ut in Professos vel Coadiutores formatos vel Scholasticos approbatos admittantur. Qui enim huiusmodi essent, turba existimari non deberent, sed potius gens electa, tametsi magna esset » (Const. P. 8 c. 1 n. 2 B.).

Omnes igitur et singuli Nostri, a minimo Novitio usque ad Patres aetate provectiores, hoc negotium tanti momenti ut sibi singillatim commendatum prae oculis continuo habeant atque ad illud, secundum suam quisque condicionem, cooperari studeant; sive precibus ardenter ad Deum effusis ut tot animarum necessitati prospiciat; sive optimo vitae exemplo quo, factis ipsis, religiosam vitam proximis suadeant, sive variarum ope industriarum, quas his meis litteris indicavi. Atque ita, si omnes ad unum cooperationem vestram operi divinae vocationis coniungetis, sperare fas est fore ut selecti, nec numero pauci, iuvenes sub Iesu Nominis vexillo apud vos velint militare.

Quo in assiduo labore impetrandi strenuos et plurimos operarios pro vinea Domini in istis tam amplis regionibus, excitet vos zelus erga animas in vestris nationibus summopere apostolorum iuvamine egentes; et excitet etiam vos amor erga Sanctam Romanam Ecclesiam, quae omnino oportet ut in America Latina, — cuius nationes omnes se catholicas esse profitentur —, magnifice splendeat; etenim cum in istis regionibus fides catholica ad hunc usque diem feliciter semper perstiterit incorrupta, si in iis haec catholica fides ubique reapse colluceat, mirum praebebit hominibus spectaculum, cuius influxum beneficum integer mundus accipiet.

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo SS. Cordis Iesu,
8 iunii 1934.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

77. **11 iunii 1934.**

Quaedam ad uniformitatem definiuntur de titulis Collegiorum NN. et modo designandi officia Professorum in Catalogis.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Expleto tandem feliciter negotio de approbatione et editione libelli « Statuta Facultatum Theologiae et Philosophiae in Collegiis Soc. Iesu erectarum » (1), dum eorunden Statutorum exempla cum « Annotationibus » ad Provincias mittuntur (2), mandante Padre Nostro, quaedam cum illis documentis connexa cum R. V. communico, quorum deinceps in annuis Provinciarum Catalogis conficiendis ratio habenda erit.

1) Si quod Collegium Nostrorum Philosophicum vel Theologicum in *Facultatem* erectum sit (3), id addatur in Catalogo post titulum Collegii. — V. gr.:

N. Collegium (Maximum) Nostrorum et Facultas Theologica ac Philosophica
vel: *et Facultas Theologica*
vel: *et Facultas Philosophica.*

2) Indicetur in Catalogis quinam sint *Decani* Facultatum (ubi sunt plures Facultates) et quinam sint *Consultores Facultatum,* addendo simul cum aliis officiis hos titulos Patribus ad quos spectant, omisso tamen quoto anno tali officio fungantur. — V. gr.:

P. N. N., *Decan. Fac. Theol.* (*Philos.*).
P. N. N., ..., *Cons. Fac. Theol.* (*Philos.*).

---

(1) V. supra, pagg. 607-633.
(2) V. supra, pagg. 776-796.
(3) Cf. *Acta Rom.,* vol. VII, 1932, pag. 64.

3) Deinceps ubique, etiam ubi Facultates proprie dictae erectae non sunt, potius quam nomen *Lectorum* adhibeatur nomen *Professorum*, quo facilius consulatur uniformitati: nam in Constitutione Apostolica et Ordinationibus Sacrae Congregationis semper agitur de « Professoribus », et idem nomen plerumque adhibetur cum in Ratione Studiorum, tum in Epitome Instituti.

4) Nulla in Catalogis fiat distinctio inter Professores *ordinarios* et *extraordinarios* neque indicetur talis titulus; id vero notari poterit in Kalendariis Collegiorum propriis.

5) *Professores Theologiae* ita designentur:

Prof. theol. fundam. in curs. mai. (vel *in curs. min.*).
Prof. theol. dogm. in curs. mai. (vel *in curs. min.*).
Prof. theol. mor.

Omittatur discrimen inter cursum matutinum et vespertinum, quod non ubique viget neque magni momenti est.

6) *Professores Philosophiae* designentur iis nominibus, quae leguntur in Ordinationibus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus (art. 27, III).

Cum vero per novam Statutorum editionem et promulgationem iam abrogata sit prima et privata editio Statutorum, quorum exemplaria nonnulla ad Provincias mense septembri 1932 ad temporarium usum missa sunt, curet R. V. ut ea exemplaria quam primum Romam remittantur, meo nomine inscripta.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 11 iunii 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS MARTÍ
Secr. Soc. Iesu.

78. **2 iulii 1934.**

Epistola ad universam Societatem de cotidianis pietatis exercitiis rite peragendis.

AD UNIVERSAM SOCIETATEM.

REVERENDI PATRES FRATRESQUE IN XTO. CARISSIMI:

P. XTI.

Neminem nostrum latet proximo die festo Assumptionis Beatae Mariae Virginis quattuor completum iri saecula a die illo sane memorando, 15 augusti 1534, quo S. Pater Ignatius eiusque primi Socii prima nuncupaverunt vota Parisiis in Monte Martyrum. Et quamquam, ut ante duos annos praecavendo monui (1), ab externis huius commemorationis festivitatibus nobis plerumque abstinendum est, iis ad annum 1940, si Deus concedet, remissis; nihil tamen prohibet, immo vero apprime decet, ut intra domorum septa et in sanctuario cordis nostri per spiritualem quandam animi renovationem tantum eventum celebremus, in quo futurae Societatis Iesu germen iactum est.

Ad hanc interiorem Societatis renovationem ut aliquid equidem pro meo munere conferrem, cogitanti mihi in mentem venit communes dare litteras, quibus de cotidianis pietatis exercitiis pauca quaedam vobiscum, Reverendi Patres Fratresque in Christo carissimi, dissererem ea fere simplici ratione, qua coram libentisime facerem in domestica quadam exhortatione, si vos omnes simul praesentes habere possem.

Et opportuna admodum huic tractationi videtur occasio; nam, sicut tota subsequens Societatis operositas et ingentes fructus ex illo primo fervore, quo exiguus ille hominum manipulus se totum Deo devovit, ortum habuit, ita vera Societatis prosperitas a rerum spiritualium studio pendet et ex eo me-

---

(1) Epist. d. d. 30 mart. 1932: *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pp. 130-131.

tienda est: « interiora enim sunt ex quibus efficaciam ad exteriora permanare ad finem nobis propositum oportet » (2).

Sed, praeter occasionis opportunitatem, ad id praestandum me movet summa rei necessitas; nam, pro Societatis cognitione quam habeo, intime sentio hoc potissimum Societatem periclitari, ne Nostri, externis laboribus plus aequo onerati et praesentibus animarum necessitatibus bono quidem zelo at forte non semper secundum scientiam occurrere volentes, consuetas religiosae vitae obligationes impedimenta existiment et ab iis facili negotio sese dispensent, magno cum ipsorum spirituali detrimento et totius Societatis discrimine.

Percurramus ergo simul, Reverendi Patres Fratresque carissimi, haec cotidiana pietatis exercitia, quibus totam nostram vitam interiorem inniti necesse est; perpendamus coram Deo eorum momentum, videamus quaenam fuerit nostra de illis cura, quaenam esse debeat, quid confirmandum, quid emendandum nobis sit, ut eo perveniamus quo Patres nostri pervenerunt, atque ulterius etiam in Domino progrediamur, secundum mentem S. Patris Ignatii (3), cuius haec verba, quamquam paupertatem proxime respiciunt, ad totam vitae nostrae rationem optimo iure applicari possunt.

I. - De sanctissimo Missae Sacrificio.

Et primo quidem, ut a summo incipiamus, res infinitae dignitatis nobis cotidie perficienda committitur, aut saltem ei cotidie assistimus: sacrosanctum dico Missae Sacrificium, in quo, ut verbis utar sanctae Tridentinae Synodi, « idem ille Christus continetur et incruente immolatur, qui in ara crucis semel se ipsum cruente obtulit... Una enim eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa » (4).

---

(2) *Constit.*, P. X n. 2; *Summar. Constit.*, reg. 16.

(3) Cfr. *Examen. gen.*, c. 4 n. 26.

(4) *Conc. Trid.*, sess. XXII, c. 2: Denzinger, *Enchiridion Symbolorum* etc., n. 940. Cfr. etiam ibid. c. 1 (Denzinger n. 938): « [Christus] Deus et « Dominus noster... ut dilectae sponsae suae Ecclesiae visibile... relinque- « ret sacrificium, quo cruentum illud semel in cruce peragendum reprae-

Ineffabilia sacerrimae huius rei mysteria brevioribus verbis enuntiari simulque eloquentius extolli profecto non poterant. Et sane Missa est perfectissima nostrae Deo subiectionis exhibitio, plenissima pro omnibus mundi peccatis satisfactio, summa Dei glorificatio, gratiarum actio amplissima, efficacissima beneficiorum impetratio: non enim nostra vox ad caelum ascendit, sed vox sanguinis ipsius Filii Dei, longe « melius loquentis quam Abel » (5); per hoc tandem sacrificium intime Deo coniungimur et eius divinitatis participes fimus, « qui humanitatis nostrae fieri dignatus est particeps » (6); atque ita quam perfectissime finem nostrum assequimur, ad quem creati sumus. Merito igitur S. Franciscus Salesius Missam nuncupat « exercitiorum spiritualium solem, centrum christianae religionis, cor devotionis, pietatis animam, denique ineffabile mysterium, quod ipsam divinae caritatis abyssum continet » (7).

Haec quidem omnia nemo nostrum ignorat; sed omnibus utile est, atque etiam necessarium, sublimia haec vera, quae fide docemur ac tenemus, attenta meditatione et piorum librorum lectione identidem in mentem redigere, ut pro nostris imbecillibus viribus sancta semper sancte tractemus, neve cotidiana vilescant. Nam ad hoc sacrosanctum sacrificium tamquam ad vitae nostrae centrum mentis et cordis oculos semper intentos habere debemus, in eoque totam spem nostram ponere idque thesaurum nostrum inexhaustum aestimare, quemadmodum sibi proposuerat B. Claudius de la Colombière (8).

« sentaretur eiusque memoria in finem usque saeculi permaneret, atque « illius salutaris virtus in remissionem eorum, quae a nobis quotidie com- « mittuntur, peccatorum applicaretur,... corpus et sanguinem suum sub « speciebus panis et vini Deo Patri obtulit ac... Apostolis... ut offerrent « praecepit... ».

(5) Cfr. *Hebr.*, XII, 24.

(6) *Missale Romanum*: oratio dicenda dum sacerdos aquam benedicit.

(7) St. François de Sales, *Oeuvres*, Annecy, 1893; tom. III, *Introduction à la Vie dévote*, part. II c. 14.

(8) Collection « *Maîtres Spirituels* »: Le Bx Claude de la Colombière d. l. C. d. J., *Notes spirituelles et pages choisies*, Paris, « Spes », 1929, pag. 47. En eius verba humilitate et fiducia plena: « Je dirai la « Messe tous les jours: voilà mon espérance, voilà mon unique ressour- « ce; Jésus-Christ pourra bien peu, s'il ne peut me soutenir d'un jour à

Ceterum ipse S. Pater Noster Ignatius et praeceptis et exemplis nos docuit quanti faciendum sit hoc infinitae efficacitatis subsidium a divina Bonitate nobis praestitum. Vult ut omnes sacerdotes Societatis tanti sacrificii acquirant « intelligentiam et devotionem internam » (9); vult ut in ratione Missae dicendae « decentem etiam habeant exteriorem modum ad audientium aedificationem » (10); vult ut Praepositus Generalis, « ex iis quae praestare ipse potest » ad conservationem et augmentum Societatis, maximi faciat oblationem Missarum, et in hoc medio « plurimum in Domino confidat: est enim in primis efficax ad gratiam a divina Maiestate impetrandam » (11). Notissima autem sunt quae de eodem S. Patre Nostro hac in re narrantur: scimus eum per annum eoque amplius primam celebrare Missam distulisse, quo melius ad eam sese praepararet; scimus illius in Sacro faciendo insignem pietatem ac devotionem; scimus lacrimas et ferventia suspiria, quibus se supra se elevabat et in dulcissimas exstases rapiebatur; scimus ipsum in dubiis et difficultatibus ad Missam confugere solitum esse tamquam ad oraculum et refugium universale. Et benignissimus Deus, ad nostram consolationem simul et eruditionem, effecit ut eximium tantae Sancti Patris Nostri pietatis monumentum nobis servaretur: brevem illam dico *Ephemeridem*, in qua haud multae quidem (cum ad unum tantum annum et paucos dies extendatur), at sublimissimae notantur divinae illustrationes, quibus beatissima illa anima, maxime dum Sacrum faceret, perfundebatur (12).

Neque a Patre dissimiles fuere quotquot exstiterunt dignissimi Societatis filii, quos singillatim commemorare longum est; ii praesertim qui, ad altarium honores evecti, nostra exemplaria

---

« l'autre. Il ne manquera pas de me reprocher mon relâchement dès que « je commencerai à m'y abandonner, il me donnera tous les jours de « nouveaux conseils, de nouvelles forces, il m'instruira, il me consolera, « il m'encouragera, et m'accordera ou m'obtiendra par son sacrifice tou- « tes les grâces que je lui demanderai ».

(9) *Constit.*, P. IV c. 8 n. 2.

(10) *Ibid.*

(11) *Constit.*, P. IX c. 6 A.

(12) Cfr. *Monum. Hist. S. I.*, *Mon. Ignat.*, ser. III tom. I, Romae, 1934, pp. XCV-CXX (*prolegomena*) et 86-158 (textus ipse *Ephemeridis* nunc primum plene editus).

absolutissima iure dici possunt. Si, v. gr., *Memoriale* Beati Petri Fabri, primi illius Societatis sacerdotis, vel cursim volvimus, nonne eadem omnino invenimus, quae in *Ephemeride* S. Patris Ignatii admiramur? ([13]). Idem dicendum de *Diario* S. Francisci Borgia ([14]), cuius miram erga SS. Eucharistiam pietatem omnes novimus; de eo autem inter alia hoc quoque memoriae traditum est, quod tunc potissimum dum sacram offerebat Hostiam « prodebat sese divinus quo aestuabat ardor, eius vultu... interdum radiante » ([15]). Atque tam constans semper fuit in Societate tamque christiano populo etiam nunc nota est consueta Nostrorum gravitas et devotio in celebranda Missa, ut haec ubique passim tamquam aliquid nobis proprium aestimetur in tantum ut laudi vertatur aliis sacerdotibus si quis dicat eos Missam celebrare sicut Iesuitas.

Pretiosissimam hanc hereditatem studiose nitamur, Reverendi Patres, incolumem custodire et tam gloriosis domesticis traditionibus inhaerentes, fidelissimi simus in antiqua illa et Societati semper carissima regula omnino servanda, quae nunc quintum inter Regulas Sacerdotum obtinet locum, quamque hic exscribere iuvat: « In ipsa celebratione Missae caeremonias praescriptas unusquisque accurate observet; pronuntiationem et

---

([13]) Cfr. v. gr. (in edit. a P. MARCELLO BOUIX curata, Parisiis, 1873) pp. 96-97: « In festo divi Bernardi (anno 1542) ego habui infinitam de- « votionem in Missa, cum multis lacrimis, considerans diminutionem « honoris sancti Sacramenti, quae provenit ex tepiditate vitae christia- « nae... In festo Sancti Ludovici, episcopi et confessoris (eodem anno « 1542), habui ingentem devotionem, cogitans inter alia applicare Sa- « crum pro omnibus negligentiis a me commissis, in ponderando et no- « tando, oculis apertis et attentis, bona quae mihi offeruntur quotidie per « medium operum divinorum et per medium verborum interiorum et « exteriorum Domini, et praeterea per viam sui proprii corporis et per- « sonae, quod quotidie prae meis manibus et ante oculos meos habeo... ». — Item anno 1543 mense februario: « In die quo celebravi officium trans- « latum de sancto Gilberto confessore, in Missa inveni maximam devo- « tionem circa animas defunctorum et magnos sensus compassionis pro « ipsis: ita ut, durante Missa, semper adfuerint lacrimae » (*ibid.*, pag. 247). Et ita passim.

([14]) *Monum. Hist. S. I.: S. Franc. Borgia*, vol. V, Matriti, 1911, pp. 729-887.

([15]) *Breviar. Rom.*, die 10 oct., lect. VI. — Cfr. etiam D. BARTOLI S. I., *Vita di S. Francesco Borgia*, l. IV, cap. 11.

quamcumque aliam externam actionem ita moderetur ut non minus aliorum aedificationi quam propriae devotioni serviat; et ideo semihoram in faciendo Sacro nec multum excedat, neque ita brevis sit ut illam non expleat ». Notetis velim, Reverendi Patres, illud *ideo*: « breviore quippe tempore, — inquit P. Claudius Aquaviva, qui hanc regulam iam tum vehementer urgebat, — breviore quippe tempore, neque decentiae neque caeremoniarum distinctioni locus esse potest, qui debet » ([16]).

Hoc igitur primum sit nostrae huius spiritualis renovationis caput: scrutetur unusquisque nostrum cor suum et videat num quid habeat hac in re emendandum. Et sane, dissimulari nequit hic illic, ut variis ex locis ad me refertur, periculum adesse ne quidam, maxime e iunioribus Patribus, laborum copia incitati, altare adeant vix non imparati, rem sacram festinantes conficiant, gratiarum actionem aut perbrevem aut quandoque nullam peragant, non sine quodam christifidelium scandalo et Societatis dedecore: quasi scilicet maiora premant, cum tamen, non modo ob rei dignitatem, sed etiam ad finem laborum nostrorum, nullibi tot tantaque operari possimus quam ad altare.

Anno 1925, in parvo nostro conventu Redactorum Nuntiorum SS. Cordis Iesu et Apostolatus Orationis, P. Iosephus Mac Donnell, Redactor Nuntii Hibernici (quem eo liberius commemorare possum, quod iam pie in Domino obiit), cum modeste quidem at sincere rettulisset ea quae tam egregie ipse praestaret ad cultum SS. Cordis Iesu longe lateque diffundendum cumque industrias descripsisset quas ad hunc finem magis efficaces invenisset, ita conclusit: « At efficacissime laboro initio diei per dimidiam partem horae qua Missae sacrificium Deo offero per Cor Iesu Sacratissimum et cum Ipso » ([17]). Quam bene, quam vere dictum! Nam « nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam ».

Ne sinamus, Reverendi Patres, nos ab inimico gloriae Dei et acerrimo animarum hoste misere decipi; ne putemus nos

---

([16]) R. P. Claudius Aquaviva, Epist. d. d. 24 nov. 1612, « de Officio divino et Missa »: *Epistolae Praep. Generalium S. I.*, Rollarii in Belgio 1909, tom. I, pag. 335.

([17]) *Conventus quem Directores Nuntiorum a d. 15 ad 20 sept. 1925 Romae celebrarunt*, Toulouse, 1925, pag. 104. — P. Iosephus Mac Donnell obiit Dublini die 28 dec. 1928.

tempus in alios labores melius insumere posse, quam in hoc opus quod Christi nomine ac loco ad altare conficimus quodque inter omnia, quae unquam in mundo perfecta aut perficienda sint opera, maximum, sanctissimum, fructuosissimum est. Inde enim recedemus sacro illo igne inflammati, « quem Dominus noster Iesus Christus e penetralibus Cordis sui misit in terram et voluit vehementer accendi » [18], et omnia circa nos eodem illo igne facile inflammabimus; inde recedemus spe ferventes et in fide inconcussa confirmati, cum Deus, stupentibus choris caelestibus, per nos miraculum miraculorum patrare dignatus sit, efficiens ut oblatio nostra « nobis Corpus et Sanguis fieret dilectissimi Filii sui Domini nostri Iesu Christi » [19]; inde recedemus Christum nobiscum ferentes, qui per totum diem erit lux nostra, nostrum robur, dux et rector operationum nostrarum, quae proinde non nostram sed Christi virtutem induent et facient fructum centuplum [20]. Nec mirum, nam si Deus in hoc sacrosancto Sacrificio ineffabile illud renovat mysterium, quo « etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum », nonne etiam cum illo omnia nobis donabit? [21]. Haec profecto fide credimus; cur ergo non ea fide haec mysteria ita tractamus, ut uberrimos eorum fructus feliciter percipere possimus, sicut tot Maiores nostri perceperunt?

Sed ut holocaustum nostrum tam pingue fiat in conspectu Domini [22], necesse est ut ad illud parati accedamus. Atque hic praeclara omnino verba exscribenda forent, quibus P. Claudius Aquaviva in epistola iam allata « de Officii divini recitatione ac celebratione Missae » breviter at nervose describit cum remotam tum proximam praeparationem Missae praemittendam: remotam quidem, quae « in puritate et totius hominis sanctimonia » consistit; proximam vero, « quae negotiorum colloquiorumve distractiones submoveat » et, praemissa mentis in Deum elevatione, considerare faciat « quid agendum quove eun-

---

[18] Secreta in Missa *Egredimini* de SS. Corde Iesu, in antiquis Missal., pro aliq. loc.

[19] Cfr. *Missal. Rom.*, in Canone Missae.

[20] Cfr. Luc., VIII, 8.

[21] Cfr. *Rom.*, VIII, 32.

[22] Cfr. *Ps.* XIX, 4.

dum sit » (23). Id autem praesertim praestandum erit, ad normam regulae quartae Sacerdotum, ab iis, qui « praescriptam orationem mentalem praemittere non potuerint »: haec enim ipsa sine dubio optima est ad Missam pie celebrandam praeparatio. Quamquam semper nobis pro dolor! confundendum erit, ut ait P. Aquaviva, quoties veniunt in mentem illa S. Bonaventurae verba: « Cum fuerit [sacerdos] totus alteratus et divinus effectus, ita ut nihil videat nisi Deum, tunc accedat » (24).

« Peracta denique celebratione ac ministerio tam sublimi, — ut denuo verbis Patris Aquaviva utar, — durante adhuc corporali Christi Domini praesentia, debitae agendae sunt gratiae; ideo siquidem ab Ecclesia proponitur hymnus trium Puerorum... Nos igitur veluti in dulce iubilum prorumpentes, tot eiusmodi creaturarum linguis, tam immensam Dei nostri suavitatem celebremus; neque nos foras effundamus, sed operam demus ut divinum illum ardorem conservemus, familiari illa Domini communicatione perfruamur, nostrasque necessitates eidem humiliter insinuemus; tum ad praeparationem consequentis sacrificii maiorem deinceps perfectionem consectandam proponamus, ne divina gratia, et quidem tam eximia, vel quia non tanti fiat, vel quia negligentius tractetur, vel alia quavis culpa nostra, penitus in nobis exarescat » (25).

Quae adhuc de celebratione Missae disserui, ea, congrua congruis referendo et proportione servata, sibi dicta quoque existiment carissimi nostri Scholastici et Fratres Coadiutores de Missa audienda, ad quam ex regula cotidie tenentur, eo magis si non a longe sed altari inservientes assistant, si (ut feliciter ipsis cotidie concessum est) sacrum Christi corpus cum sacerdote de altari libant. Recolant sensus et exempla SS. Aloisii, Ioannis et Stanislai et S. Alfonsi Rodríguez, qui altari inservire numquam fatigabantur, qui ad sacram Communionem seraphico ardore anhelabant, qui ad eam tam diligenter se parabant, tam modeste et pie accedebant, eamque tam fervidis gratiarum actionibus prosequebantur.

Et ut Missae auditioni pressius insistam, eam adeant ut su-

---

(23) P. CLAUD. AQUAVIVA, l. c., pp. 334-335.
(24) *Ibid.*, pag. 334.
(25) *Ibid.*, pp. 335-336.

blimissimam omnium virtutum scholam, eam secundum sanum sacrae Liturgiae spiritum attente sequantur, et sentient profecto quam vere de ea dicat S. Petrus Canisius: « Vis habere spiritualem scholam, in qua Christum et eius vitam et passionem omnem agnoscas? vis discere confessionem peccatorum? vis praedicationem audire verbi Dei et totius Scripturae medullam? vis habere librum vitae, in quo discas Iesum et hunc crucifixum et in eo solo gloriari eiusque merita tibi et amicis vivis et mortuis applicare? Quis tam rudis, qui nōn discat hic christianam sapientiam et exercere fidem, spem et caritatem, seque instruat contra omnes tentationes? » ([26]). Quasi dicat Sanctus Doctor: « Haec omnia invenies, si pie ac devote huic sacrosancto Sacrificio intersis ».

II. - De recitatione Officii divini.

Alterum ex muneribus sacerdotum propriis est divinas laudes statis horis et praescripta ratione celebrare, quod vulgato nomine Officium divinum dicimus.

Atque hoc est illud « sacrificium laudis » ad quod offerendum toties tamque vehementer incitamur a Psalmista; tantique momenti est ut ad hoc Deo exhibendum omnes sacerdotes (ut de his solis nunc loquar) graviore lege teneantur quam ad ipsum sacrificium Eucharisticum. Quod quidem, non modo in gloriam Dei et communem Ecclesiae utilitatem (qui est finis praecipuus huius legis), sed etiam in magnum ipsius sacerdotis bonum vergit; nam, ut dicebat Pater Roothaan, « Ecclesia, probe sciens sacerdotem sine oratione non posse consistere, pensum ecclesiasticum instituit *sub gravi*, ut vel sic etiam minus spirituales orare quotidie cogerentur » ([27]).

Notum autem est S. Patrem Ignatium cantu Horarum canonicarum plurimum delectari solitum esse nec nisi intuitu maioris gloriae Dei adductum fuisse ut id a Societate arceret. « Quoniam — inquit — occupationes, quae ad animarum auxi-

---

([26]) B. PETRI CANISII S. I. *Exhortationes domesticae,* Ruraemundae, 1876; *Exhortatio 11: De Missa,* n. 11 (pag. 227).

([27]) Archiv. S. I. Rom.: P. Io. ROOTHAAN, epist. d. d. 21 aug. 1836 ad Rev. D. Ant. Stahl.

lium assumuntur, magni momenti sunt ac nostri Instituti propriae et valde frequentes, cumque alioqui nostra habitatio tam sit in hoc vel in illo loco incerta, non utentur Nostri choro ad horas canonicas vel Missas et alia officia decantanda » ([28]). Deum nempe propter Deum relinquendum esse putavit, et satius duxit Societatem choro privari, quam dispensationes in infinitum multiplicare, cum rationes, ob quas Nostri a choro iure eximendi fuissent sicut eximuntur complures etiam in aliis Ordinibus (ut studentes, professores, contionatores, etc.), non exceptiones sint apud nos, sed totam vitam nostram constituant.

Verum hoc ipsum, quod divinum Officium privatim recitare debemus, dum nos cautos esse obligat ne minoris aestimemus sanctum chori ministerium ab aliis Ordinibus sanctissime celebratum, secundum illud S. Patris Nostri in Regulis ad sentiendum cum Ecclesia: « Laudare... cantus, psalmos et longas orationes in templo et extra illud, item horas ordinatas tempore destinato ad omne officium divinum et ad omnem orationem et omnes Horas canonicas » ([29]); simul maiorem procul dubio a nobis diligentiam requirit « ut reverentia illa, — inquit Pater Aquaviva, — quam ipse chorus, ipsa ecclesia et communis multorum consociatio, ipsae quoque caerimoniae externae conciliant, praesidiis aliis ita compensetur, ut quod hinc deest, aliunde suppleatur; et eo quidem accuratius, quo proclivius nihil est quam ut eas ipsas ob causas debita aliqua reverentia, recollectio et attentio depereat » ([30]).

Et sane id bene senserunt et studiose curarunt optimi quique Societatis filii; et in primis ipse Sanctus Pater Ignatius, qui in Officio recitando tanta lacrimarum copia perfundebatur tantoque ardore accendebatur, ut postremis vitae annis ab illius recitatione eximi debuerit, ne caecus fieret neve divino illo igne penitus consumeretur. Quod quidem aperte ostendit quanta cum mentis attentione et cordis affectu illud recitaret; nam, ut scite notat S. Robertus Bellarmino, « si P. Ignatius recitative tantum

---

([28]) *Constit.*, P. VI c. 3 n. 4.

([29]) *Exercitia Spiritualia*: Regulae ad sent. cum Eccl., reg. 3.

([30]) P. Claudius Aquaviva, Epist. « De Officii divini recitatione ac celebratione Missae » d. d. 24 nov. 1612: in *Epist. Praep. Gen.*, edit. cit., tom. I. pag. 327.

[et non affective] officium persolvisset, non fuisset opus ei prohibere ne illud legeret, ne oculos perderet prae lacrimarum abundantia » ([31]). Et in *Memoriali* B. Petri Fabri, cuius iam memini, pulchrum est et admodum suave candidissimam illam animam sequi in crebris sublimibusque ascensionibus ad caelum dum Horas canonicas recitat. « Cum dicerem officium, — scribit exempli gratia (ut unum locum casu afferam) mense septembri anno 1542 in festo S. Hieronymi, — cum dicerem officium, sensi multam devotionem, considerans qualiter Angeli et Sancti possint accipere occasionem illorum verborum ad laudandum Deum et ad me adiuvandum, et quod petimus obtinendum; et ita sensi rem esse valde utilem rogare illos cum devotione, ut velint assistere ad contemplandum et laudandum Deum, nempe cum videant Ipsum sicuti est; et proficit quod homo habeat desiderium quod ipsi suppleant in omnibus pro nobis, et excusent defectus nostros linguis suis beatificatis » ([32]). His similia de S. Roberto Bellarmino aliisque nostris Sanctis bene multis referri possunt.

Nec putandum hanc devotionis gratiam sanctis his viris gratis omnino datam fuisse, sed potius studiose eam promereri, quantum in ipsis erat, conati sunt, ab externis occupationibus tempestive sese subducendo, aptum tempus et locum et situm prudenter seligendo, et internas quoque mentis vagationes serio cohibendo. Atque hic liceat rursus loquentem inducere B. Petrum Fabrum, qui S. Patris Ignatii non solum tempore sed etiam spiritu primogenitus fuit et peculiarem in hac centenaria commemoratione locum habere meretur, quippe qui, cum unicus esset sacerdos, prima Sociorum vota ipse exceperit. « Eodem die mane, — inquit ille, id est die 22 octobris anno 1542, — dum dicerem horas canonicas et distraherer ad dictum negotium (angebatur enim de sua ad Concilium Tridentinum missione quae tunc mox futura videbatur), ... ego habui clara quaedam documenta, quae dicerent oportere in ipso officio non admittere

---

([31]) Ven. Card. Rob. Bellarmini *Exhortationes domesticae,* Bruxellis, 1899, pag. 21.

([32]) *Memoriale B. Petri Fabri,* edit. cit., pag. 117. — Cfr. etiam pp. 103, 105-106 (de Sanctis Sabina et Serapia), 135-136, 138 (de S. Marco Confessore), 139-140 (de S. Stephano Papa et Martyre), 179-180 (de S. Saturnino) etc. etc.

alios spiritus qui non sunt secundum verba et litteram officii, neque admittendas esse alias rerum aut verborum aut quorumque negotiorum intelligentias tali tempore; sic ut totus homo ibi sit, ubi est lingua dicens divinas preces. Deus quidem permittit nos incidere eo tempore in varios spiritus et in varias intelligentias multarum rerum, et varios quoque habere timores; sed nos debemus quaerere principalem Spiritum, ut in illo quiescamus; nos debemus adhaerere verbis et intelligentiis et voluntatibus ac desideriis, quae magis quam illa alia sunt secundum subiectam materiam immediate » (33).

Ut autem haec praeclara exempla imitari possimus oportet ut hanc quoque sacerdotalis muneris partem pro merito aestimemus et amemus, eamque non servili spiritu ducti, sed fidei lumine illustrati et amoris igne incensi persolvere nitamur « attente, devote, opportuno tempore » (34), habentes eam non ut onus aegre at necessario portandum, sed tamquam dulce animae solatium inter negotia et labores nobis benigne concessum. Ita sentiebat venerandus ille Societatis Praepositus, P. Ioannes Roothaan, de quo legimus post diuturnam divini Officii recitationem vegetiorem plerumque et ad consuetos labores alacriorem videri; et si quem de prolixitate Officii aliquantulum conquerentem audiret, « Pater mi, — aiebat, — curnam id quod nostrum solatium esse debet, grave tibi onus facis aut saltem onus ducis? » (35). Id vero amoris erga divinum Officium ipse iam sibi proposuerat dum sacerdotio initiaretur, et iam tum cotidianum hoc pensum sibi dulce et leve fecerat, ut apparet ex iis quae ad suos scripsit die 28 ianuarii 1812: « Sanctus quidem est status [sacerdotalis], at media quoque quae nobis dantur ad nostram sanctificationem efficacissima sunt. Cotidie hac beatitudine frui ut Servatori nostro divino, Redemptori nostro, totius sanctitatis principio ac fonti, uniamur! cotidie tam diu orationi vacare secundum praescripta Sanctae Ecclesiae Sponsae Christi et cunctarum rerum sanctarum institutricis, id est Breviario recitando operam dare, quod est meum cotidianum opus omnium carissimum; oh! haec duo ad nos sanctificandos et ad virum terrenum ac sensibus liga-

(33) *Memoriale B. Petri Fabri*, edit. cit., pp. 144-145.

(34) Reg. Sacerd. 2.

(35) Cfr. P. Pirri S. I., *P. Giov. Roothaan, XXI Gen. d. C. d. G.*, Isola del Liri, 1931, pag. 489.

tum in rem quamdam caelestem ac spiritualem transmutandum certo certius aptissima sunt » (36).

Cogitemus nos tunc non privato nomine sed nomine Ecclesiae orare, ideoque preces illas nostras peculiarem vim habere apud Deum; quod si duo vel tres congregati in nomine Iesu pro certo sciunt se in medio sui habere ipsum Dominum (37), nonne, dum Horas canonicas dicimus, etsi soli videamur, in medio Ecclesiae sumus? nonne Ecclesia Christi per os nostrum alloquitur Sponsum suum ab Eoque omnia quae petit accipit, quae quaerit invenit, eique pulsanti aperitur (38)? Cogitemus praeterea nos tunc colloqui cum Deo et Angelorum officio fungi, qui divinas laudes continenter canunt. « In officio dicendo, — inquit S. Robertus Bellarmino, — si quis cogitaret cum quo loquatur, vix posset fieri ut indevote diceret » (39). Et alibi idem Sanctus Doctor haec habet: « Si quis sciret horas canonicas legere non recitative sed affective, et in lectionibus attendendo quasi legerem epistolam Dei ad me missam, et epistolam consolatoriam, increpatoriam et instruentem, nec longum videretur officium, et evagationes locum non haberent, et animus mire proficeret. Ad quod faciendum satis esse deberet cogitare, quod summa Dei Maiestas dignatur nos vermiculos respicere, audire, et respondere » (40).

Sed, cum tam fragiles et ad exteriora facile effusi simus, pias industrias comparare debemus, et « alienis [etiamsi non vanis et perversis] cogitationibus » (41) sanctas quasdam mentis imagines opponere, quae ad Officium « digne, attente ac devote » (42) recitandum nos adiuvent. Qua in re exemplum denuo et documentum occurrit B. Petri Fabri: « Die Sanctae Catharinae Alexandrinae, — scribit ille anno 1542, — fuit mihi singularis quaedam notitia quomodo ad melius divinum Officium recitandum admodum iuvaret tibi persuadere, interea dum du-

---

(36) Pirri, op. cit., pp. 86-87.

(37) Cfr. Matth., XVII, 20.

(38) Cfr. Matth., VII, 8.

(39) Ven. Card. Rob. Bellarmini *Exhortationes domesticae*, Bruxellis, 1899, pag. 59.

(40) *Ibid.*, pp. 20-21.

(41) *Brev. Rom.*: orat. « Aperi, Domine, os meum etc. ».

(42) *Ibid.*; cfr. etiam Reg. Sacerd. 2.

rabit attentio bona in verba divina, Dominum sollicitum esse tui circa alia negotia et opera tua; et quod ideo non debeas permittere te tunc distrahi ad quaecumque et quantumcumque bona opera et pia, ne impedias ipsum Deum quominus ipse sit attentus et sollicitus » ([43]). Et addit: « Notavi etiam quantum conveniret ut, dum tu recitas tuum Officium, considerares ex una parte tibi praesentem esse Deum et bonum Angelum eius qui notet et ponderet exactissime omnem profectum tuum et omnem laborem; et ex alia inimicum hominem, id est spiritum malignum, qui notet quaecumque errata committis, ut tandem accusare te valeat » ([44]).

Haec quidem non ideo refero, ut eadem prorsus omnes imitemur; sed ut imitemur spiritum, quo haec fiebant a summis illis viris, qui in Christo nos genuerunt. Nam, cum de gravitate legis nemo dubitet et nemo nostrum profecto ab ea ullo modo se subducere velit ([45]), id quod me hac in re sollicitum tenet hoc est, ne tempus, quod in divinum Officium recitandum cotidie impendimus, ob animi dissipationem et negligentiam vix non deperditum aestimandum sit, cum contra et nostrae sanctificationis et animarum salutis validissimum instrumentum esse possit.

Ceterum etiam hic valet illud Augustini: « Ama et fac quod vis ». Si hoc sacerdotale munus, ut dixi, re vera amabimus, amor ipse suggeret quid faciendum sit ut bene adimpleatur. Verum, ut quaedam generaliora in memoriam redigam, ad tempus quod

---

([43]) *Memoriale B. Petri Fabri,* ed. cit., pag. 178.

([44]) *Ibid.,* pp. 178-179.

([45]) Cfr. *Elenchus Facult.*, n. 6 § 6, *b*, et n. 99: e quibus locis patet neminem *sibi* commutare posse divinum Officium in alias preces, etiamsi hanc facultatem pro aliis habeat; item patet quodlibet impedimentum a divino Officio recitando strictius potius quam latius esse interpretandum. — Utile erit audire quid hac in re sentiret prudentissimus ille Praepositus Generalis, P. Ioannes Roothaan, qui non quidem de Nostris sed de aliis quibusdam ecclesiasticis haec scribebat: « Timendum « sane illis etiam, qui occupationum praetextu dispensationem obtinent, « eaque utuntur. Quidam Episcopus, vir sanctus, amicus quondam Do- « mini de Lamennais, mihi dixit se existimare lapsum horrendum illius « viri (venit enim in profundum) inde originem habuisse, saltem magna « ex parte, quod Breviarium a multis iam annis non recitabat, dispen- « satione accepta, ut tempus sibi suppeteret scribendi. Quid vero si quis « suo marte omittat! » (epist. ad Rev. D. Ant. Stahl, 21 aug. 1836: Arch. S. I. Rom., ms.).

attinet, id cum Patre Aquaviva commendabo: « Non patiamur ita nos obrui negotiis, ut ad horas valde importunas proprium hoc munus reicere cogamur, adeo ut praeveniendi postponendive facultas, indulta necessitati vel tempestivae seriarum rerum tractationi, oscitantes nos reddat minusve sollicitos » ([46]).

Huc facit etiam ne festini simus in ipsa Officii recitatione, sed congruum tempus, quavis alia sollicitudine deposita, sanctissimo huic muneri libenter et animo liberali consecrare ne vereamur.

Ad locum vero quod spectat et situm corporis, multo minus quidpiam communiter indicari potest, cum plurimum pendeat ab uniuscuiusque valetudine, indole, negotiis. Hoc unum item cum Patre Aquaviva monebo: « Officium persolvere quasi pensum aliquod indifferens, aperto loco et salutationibus aliisque distractionibus valde pervio, id prorsus aliter fieri ac deceat, neque ad reverentiam attentionemve conferre quicquam posse manifestum est » ([47]).

Et quoniam principem locum in divino Officio obtinent Psalmi, optima ad illud praeparatio erit diligens illius divini libri studium, quo intimos Psalmorum sensus deprehendamus et nostros faciamus, atque ita possimus « psallere spiritu, psallere et mente » ([48]); nam cum sit « Rex omnis terrae Deus » debemus ei psallere « sapienter » ([49]). Ad id conducet aliquem auctorem perlegere, « qui breviter, dilucide ac spiritualiter litteralem Psalmorum sensum exponat »: quod quidem iam tum Patri Aquaviva videbatur « mira prorsus felicitate Cardinalis Bellarminus assecutus » fuisse ([50]). Si hac praevia vel mediocri animi praeparatione divinum Officium recitare studeamus, « non dubitem, — dicam equidem cum Patre Aquaviva, — quin mirabiles effectus experturi simus eumque spiritualem mentis pa-

---

([46]) P. Claud. Aquaviva, l. c., pag. 327.

([47]) *Ibid.*, pag. 328.

([48]) Cfr. *I Cor.*, XIV, 15.

([49]) *Ps.* XLVI, 7.

([50]) P. Claud. Aquaviva, l. c., pp. 331-332. — Cfr. etiam *Acta Rom.*, vol. VII, 1932, pag. 108, ubi de nova editione libri « Explanatio in Psalmos » S. Roberti Bellarmino, Em. Cardinalis Pacelli haec asserit: « Sanctitas Sua... vehementer cupit ut edita volumina multorum sacerdotum « in manus deveniant, quibus cotidie Domino est sapienter psallendum ».

stum probaturi, ut numquam officii longitudo satietate nos afficiat, semper autem iucunda varietas spirituali dulcedine perfusos dimittat » ([51]).

Neque haec solis sacerdotibus commendata existimentur: nam Scholastici quoque, praesertim dum theologiae dant operam, tempestive hoc « sacrificium laudis » magni facere et amare assuescant oportet, iisque commendo ut ad illud rite sese praeparare studeant cum piis quas dixi Psalmorum lectionibus, tum Breviarii Romani structuram bene discere nitendo. Quem quidem librum ab Ecclesia probatum et praescriptum reverenter de ipsius Ecclesiae manibus suo tempore accipiant ac reverenter tractent, et vel minimas eius leges diligenter dein semper servent; quod sane germano S. Ignatii spiritui Sanctae Sedi obsequentissimo quam maxime consonum est. Valde quoque utile erit peculiares hac de re a viro peritissimo conferentias haberi Scholasticis, qui sacerdotio suscipiendo se praeparant.

Si haec iam inde a scholasticatu praestare curaverint, non est dubium quin bonum habitum tempestive acquisitum per totam vitam sint fideliter servaturi.

III. - De matutina oratione mentali.

Sed iam veniamus, Reverendi Patres Fratresque carissimi, ad ea pietatis exercitia quae ab Instituto nostro nobis peculiari quadam ratione praescripta sunt. Inter haec autem primas sibi vindicat partes rerum divinarum meditatio.

Clarissimus ille Ordinis Praedicatorum sodalis, P. Henricus Deniffle, ut Pater Wernz mihi narravit, fatebatur se post accuratas historicas indagines hanc invenisse causam cur quidam Ordines religiosi ineunte saeculo XVI a pristino fervore defecissent: mentalis nempe orationis neglectum. Nec mirum; nam « desolatione desolata est omnis terra quia nullus est qui recogitet corde » ([52]).

Propterea S. Pater Ignatius praescribit ut primum omnium experimentorum, quibus Novitii probentur, sit « in spiritualibus

([51]) P. Claud. Aquaviva, l. c., pag. 329.
([52]) Cfr. Ierem., XII, 11.

Exercitiis mensem unum plus minusve versari » ([53]); et iterum qui in « schola affectus » seu in tertia probatione inveniuntur debent « in rebus spiritualibus... quae ad maiorem cognitionem et amorem Dei conferunt, insistere » ([54]), ac nominatim « in dictis » experimentis, quorum primum est Exercitia spiritualia peragere, se exercere ([55]). Et sane Exercitia spiritualia sunt « incomparabilis » illa orationis schola, ut eam vocat P. Hieronymus Nadal ([56]), in qua veri Socii Iesu instituuntur ac formantur.

Qua solida institutione praemissa, omnes deinde in assiduum orationis studium, pro peculiari cuiusque sodalium classis indole ac necessitatibus, diligenter incumbere et potius freno quam incitamento indigere Constitutiones nostrae pro certo habent. Hanc autem re vera fuisse S. Patris Ignatii intimam mentem atque ita res se habuisse primis illis Societatis temporibus historia aperte docet, praesertim cum de tempore a Scholasticis aliisque orationi cotidie tribuendo quaestio diuturnis disputationibus hinc inde agitata fuit ([57]), donec Sanctus Legislator eam definivit in textu Constitutionum quem nunc habemus, unam assignans horam pro Scholasticis praeter Missam, computatis duobus examinibus ([58]), « quandoquidem litteris dare operam, quae sincera cum intentione divini servitii addiscuntur et quodammodo totum hominem requirunt, non minus quam in illis [prolixis orationibus ac meditationibus] versari tempore studiorum, immo magis Deo ac Domino nostro gratum erit » ([59]). Eadem mensura praescribitur etiam Coadiutoribus temporalibus ([60]). Professis vero et Coadiutoribus formatis, « quoniam, — inquit S. Pater, — tamquam certum ducitur eos viros spirituales futuros et qui sic in via Christi Domini nostri profecerint, ut per eam currere possint quantum corporis valetudo et externae occupatio-

([53]) *Exam. gen.*, c. 4 n. 10.

([54]) *Constit.*, P. V c. 2 n. 1.

([55]) Cfr. *Exam. gen.*, c. 4 n. 16.

([56]) *Monum. Hist. S. I.: Epist. P. Nadal*, tom. IV, pp. 670 sqq.

([57]) Cfr. P. Leturia, S. I. « La hora matutina de meditación en la Compañía naciente » in *Arch. Hist. S. I.*, vol. III, 1934, pp. 47-86, cum annexis documentis, pp. 87-108; — item A. M. Arregui, S. I. *Annotationes ad Epitomen*, Romae, 1934, pp. 189-193.

([58]) Cfr. *Constit.*, P. IV c. 4 n. 3.

([59]) *Ibid.*, n. 2.

([60]) Cfr. *ibid.*, n. 4.

nes caritatis atque obedientiae permittent, non videtur in iis quae ad orationem, meditationem et studium pertinet... ulla regula praescribenda, nisi quam discreta caritas unicuique dictaverit » (61).

Sed, defervescentibus paulatim his sacri fervoris primitiis, Societas, ipsius Sancti Parentis principiis innixa, qui Scholasticis cavendum edicit « ne fervore studiorum intepescat solidarum virtutum ac religiosae vitae amor » (62) et alios omnes monet ne per orationis studii relaxationem « fervore spiritus refrigescente humani ac inferiores affectus incalescant » (63), quique rem totam demum definiendam reliquerat Superioribus (64); Societas, inquam, per Praepositos Generales primum, ex diserta Congregationis Generalis II facultate, dein paulo post per ipsa Congregationum Generalium decreta, superatis compluribus nec levibus difficultatibus, et re omni ex parte perpensa, omnibus omnino sodalibus, cuiuscumque sunt gradus, unam horam continuam orationi matutinae tribuendam praescripsit (65). Quam quidem legem etiam recens Congregatio Generalis XXVII retinendam duxit eamque confirmavit (66); atque id eo opportunius factum est, quod nunc non solum ipsa Ecclesiae lex omnes Religiosos omnesque clericos ad aliquod tempus orationi mentali tribuendum adigit (67), sed complures, ii quoque qui choro astringuntur, ad tempus meditationis augendum potius quam minuendum sponte inclinantur; quin et ipsi saeculares, non modo sacerdotes, sed etiam pii laici magis magisque orationi se dedere exoptant.

Haec igitur est clara Dei voluntas nobis aperte manifestata, ideoque toto corde eam amplectamur oportet, Reverendi Patres Fratresque in Christo carissimi, egregia Patrum nostrorum exempla intuentes et imitari conantes, quos ab oratione potius avellere quam ad eam incitare debebant Superiores. Nec sane per hanc

---

(61) *Constit.*, P. VI, c. 3 n. 1.
(62) *Constit.*, P. IV, c. 4 n. 2.
(63) *Constit.*, P. VI, c. 3 n. 1.
(64) Cfr. *Constit.*, P. IV c. 4 n. 3 et Decl. A; P. IV c. 3 n. 1.
(65) Cfr. P. Leturia, in *Arch. Hist. S. I.*, l. c., praesertim pp. 81-84.
(66) *Coll. Decret.*, d. 52 § 1, 1° (Epit. n. 182 § 1, 1°).
(67) Cfr. *Cod. Iur. Can.*, 125, 595 § 1, 1367.

definitam legem ullatenus tollitur amplior facultas in illo Constitutionum loco, quem supra rettuli, Professis et Coadiutoribus formatis concessa. « Quam ob rem, — dicam cum Patre Aquaviva, — dum quis probabiliter audeat sibi polliceri fore ut nec immoderato labore valetudinem laedat, nec in officiis proximo praestandis desit aut deficiat, nec in obedientiae mandatis ea qua par est alacritate exsequendis tardiorem se praebeat, integrum ei relinquitur, quidquid temporis ad profectum suum magis facturum videbitur, id omne tempus piae, vel commentationi vel lectioni, non minore laude quam merito assignare » ([68]), « dum tamen semper Confessarius consulatur et, ubi dubium acciderit quid conveniat, res ad Superiorem referatur » ([69]).

At saltem definitum illud integrae horae tempus quod omnibus omnino, sive iam formatis sive nondum, cotidie in orationem impendendum praescribitur, inconcussa fidelitate tamquam Deo debitum persolvendum tribuamus, ita ut, quemadmodum monet P. Vincentius Carafa, « si quo forte casu aliquid illi decesserit, quam primum integre restituendum sit, neque committendum ut a nobis nocturnae quietis tributum natura prius ferat quam Deus precationis matutinae, repetita illa identidem Tertulliani voce: « Horrendum est diem sine oratione transire » ([70]). Omnes siquidem Societatis filii, qui de sua perfectione sint solliciti et vocatione sua digni esse velint, suum faciant celeberrimum illud eximii Doctoris Francisci Suárez: « Mea et ceterorum mortalium scientia carere malim, quam hora unica Societa*tis legibus orando destinata* » ([71]). Alias memini me ab uno e Patribus spiritu antiquorum Patrum Albae Russiae plene imbutis, simile quid audivisse, quod, ingenuo illo modo eorum Patrum proprio, eandem summam orationis aestimationem revelat: « Prandium quidem, — aiebat optimus ille senex, — interdum o-

---

([68]) P. CLAUD. AQUAVIVA, Epist. « de oratione et paenitentia », d. d. 8 maii 1590: in *Epist. PP. Gen.*, Rollarii, 1909, tom. I, pag. 250; — quoad tempus quo data est illa epistola, cf. A. COEMANS in *Arch. Hist. S. I.*, an. IV, 1935, fasc. I, pagg. 125-126.

([69]) *Const.*, P. VI c. 3, n. 1.

([70]) P. VINC. CARAFA, Epist. « de mediis conservandi primaevum spiritum » d. an. 1646; in *Epist. PP. Gen.*, ut supra, tom. I, pp. 437-438.

([71]) P. FRANCISCI SUÁREZ *Tractatus de Relig. Soc. Iesu*, curis P. PAULI GUÉAU DE REVERSEAUX, Bruxellis, 1875: *Vita religiosa Ven. P. Franc. Suárez* (operi praemissa), pag. XVIII, n. 13.

mitti potest, hoc enim non est tam magnum infortunium; at meditatio nunquam, quia id vitae spiritualis damnum esset maximum » ([72]).

Quod si semper verum erat et studiose praestandum, id multo magis necessarium est nunc, dum tota vita hodierna ad magnam animi dissipationem conducit, ex qua deinde neglegentiae et offensiones plurimae in totam vivendi rationem derivantur. Nonne hinc, v. gr., repetendi sunt graves illi defectus quos in Missae celebratione frequentiores in dies fieri etiam apud Nostros in hac ipsa epistola conquestus sum? Atque ita, dum exsiccatur interior pietatis fons, anima religiosa ad gravissima quaeque pericula indefensa exponitur; et longa mei diuturni regiminis experientia vidi quam sapienter et quam vere dixerit S. Ioannes Berchmans: « Si bene facio orationem meam, non erit ullum periculum amittendae vocationis meae; omnis enim apostasia a Societate hinc sumit initium » ([73]).

Contra si fideles erimus in tribuenda orationi integra hora praescripta, vita nostra, ut de iustorum semita dicit Spiritus Sanctus ([74]), quasi lux splendens procedet et crescet usque ad perfectam diem: post paucos annos nos ipsi, cum humili gratiarum actione ad Deum, agnoscemus nos inordinatos affectus aut iam composuisse aut certe multo facilius cohibere, perturbationes animi aut iam non pati aut saltem facile admodum superare, veros denique in via perfectionis progressus fecisse.

Nec solum pro nobis hos fructus orationis colligemus, sed etiam pro ministeriis apostolicis: nam quo magis operarius seu instrumentum coniungitur Deo, cui soli competit incrementum dare ([75]), eo uberiorem segetem metet. Quae quidem cum Deo coniunctio nunc, si alias unquam, necessaria est viro apostolico, qui animas rite dirigere velit, cum nunc, Deo afflante, passim inveniantur animae electissimae, quae ad summam perfectionem etiam in saeculo consequendam anhelant et propterea ad

---

([72]) *Acta Rom.*, vol. III, 1920, in II adhort. ad PP. Procuratores, pp. 255-256.

([73]) T. Severin S. I., *S. Jean Berchmans: ses écrits*, Louvain, 1931, pag. 195. — Ex contextu autem patet agi omnino de cotidiana oratione mentali matutina.

([74]) *Prov.*, IV, 18.

([75]) Cfr. *I Cor.*, III, 6.

nos confidenter recurrunt, nosque vocationi nostrae deessemus si sacram hanc perfectionis sitim caelestis sapientiae aquis e Corde Iesu haustis explere nesciremus: nesciremus autem, si nos ipsi eandem perfectionis sitim, quae in oratione accenditur simul vehementer et feliciter expletur, neque sentiremus neque sentire curaremus; nemo enim dat quod non habet.

Ad hanc vero fidelitatem in omnibus promovendam et ad copiosiorem orationis fructum percipiendum, ne quid dicam de Additionibus aliisque S. Patris Ignatii documentis in libro Exercitiorum contentis, industriae quaedam ab ipsis religiosae vitae initiis nobis commendatae plurimum iuvabunt. Has inter magni momenti est intimam animi recollectionem custodire inde a fine vespertinae recreationis usque ad expleta matutina pietatis exercitia; ad id conducet absolutum seu rigorosum quod vocant silentium et animi recollectionem per totum illud tempus sancte servare, quemadmodum apud omnes fere antiquos Religiosorum Ordines exigi solet et iam tempore Sancti Patris Ignatii in Romana Domo peculiari cura servari coeptum erat ([76]).

Cur autem id tantopere inculcetur et tanti momenti habeatur, bene explicat Pater Roothaan in praeclaro libello *De Ratione meditandi;* « quia scilicet, — inquit, — omnis in hoc genere defectus istis temporibus commissus magnum habet in meditationem influxum et impedire eam plurimum potest, tum ratione dissipationis, in quam se anima conicit per huiusmodi imperfectiones, tum ratione subtractionis divinae gratiae in poenam talium infidelitatum » ([77]).

Ad hanc animi recollectionem et generosam in rebus spiritualibus peragendis fidelitatem plurimum quoque iuvat statuto tempore vespere cubitum ire et statuto tempore mane alacriter surgere ad praescriptae orationi rite vacandum. Qui vero tunc impediti sunt, aliud tempus assignatum habeant, iuxta regulas ([78]).

Praeterea usu constat fructum meditationis multum pendere cum ab accurata praeparatione, pridie vespere praemittenda, tum ab apto mentaliter orandi modo, quem quis seligat. Ad

([76]) Cfr. *Ordinationes S. Patris Ignatii,* § 2, tertia series, n. 3: in Append. I ad *Constit. S. I. lat. et hispan. etc.* a P. Io. Ios. de la Torre edit., Matriti, 1892, n. XIII, pag. 343.

([77]) P. Io. Roothaan, *De Ratione meditandi,* cap. I in fine.

([78]) Cfr. Epit. n. 183 § 1; Reg. 3 Coad. Tempor.

praeparationem quod attinet multum iuvant boni libri, in quorum copia singulis domibus et Nostrorum classibus procuranda Superiores liberales sese praestent, ut cuique illi praesto sint qui sibi aptiores videantur; tales tamen esse debent, qui non modo tuta doctrina et solida pietate commendentur, sed etiam qui spiritui nostro vere congruant et asceticis traditionibus Societatis plene respondeant.

In argumento autem seligendo debita ratio habenda est cum temporis liturgici et festorum occurrentium secundum Ecclesiae spiritum, tum animae necessitatum. Secundum vero Sanctorum exempla et Societatis traditiones, plerumque meditatio nostra in vita Christi versari deberet, quippe qui « via, veritas et vita » nostra sit; ad id vero ipse liber Exercitiorum plurimum nos iuvare poterit. Ad rem Pater Roothaan: « Mysteria vitae D. N. Iesu Christi, prout in libro Exercitiorum a S. Patre Nostro posita sunt, multi queruntur ieiuna nimis esse quam ut sibi usui esse possint; cum tamen constet primis Societatis temporibus non alium fere fuisse plerisque e Nostris librum, ex quo meditationis quotidianae materiam sumerent; et quam fructuose id facerent ex ipsorum vitis rebusque gestis patet. Gaspar quidem Barzaeus, magnus ille magni Xaverii discipulus et socius et aemulus, ex tanti Magistri praescripto in iis Mysteriis, eo ordine quo in libro Sancti Parentis habentur, quotidie meditandis ita versabatur, ut cum ea semel discurrisset, a capite ad calcem usque eodem ex ordine repeteret, non modo sine satietate aut fastidio, sed novo semper gustu et fructu, scilicet copiosissimo, ad animae suae et proximorum salutem ac perfectionem » (79).

Quod quidem, quamquam verissimum est, non vetat quominus materia meditationis, ut dixi, prudenter variari possit: qua in re, iterum in memoriam redigo, quod in proxima Procuratorum Congregatione de Regulis universim commendavi, id est ut « identidem a Nostris legantur, v. gr. in lectione spirituali ante vespertinum examen praescripta, utpote quae... optima matutinae orationis praeparatio esse possint et eidem meditationi quandoque utilissimum praebere argumentum » (80). Idem atque adeo potiore iure dicendum de S. Patris Ignatii Constitutionibus,

---

(79) Ex notis ms. Patris Roothaan, in Archiv. S. I. Rom.
(80) *Acta Rom.*, vol. VII, 1933, pag. 523.

« quae semper manent praecipua pars iuris nostri, exprimens ipsam mentem Sancti Fundatoris » ([81]).

In ipsa vero oratione modus orandi varius esse debet pro uniuscuiusque indole. Qua in re numquam satis commendatur attentum studium aurei et vere « admirabilis » (ut eum appellat Ecclesia) libri Exercitiorum S. Patris nostri Ignatii, ubi sive in Annotationibus sive in ipsis Exercitiis sive in Regulis additis, inexhaustum et semper novum inveniemus caelestis prudentiae thesaurum ad tuto in via Dei ambulandum et ad alios quoque per difficiles perfectionis semitas dirigendos. Haec debet etiam esse una ex praecipuis curis Magistri Noviciorum, ut hi varios orationis modos ex libro Exercitiorum bene addiscant, quibus deinde pro opportunitate uti sciant.

Et sane si methodum S. Ignatii attente perpendimus, nihil rigidi illius « formalismi » inveniemus, quem ei imperiti quidam censores falso attribuunt: nam sapientissimus ille orationis Magister vult quidem ut a solido fundamento incipiatur veritatis cuiusdam aut eventus supernaturalis, quem memoria recolat et mens investiget, ut dein voluntas moveatur ad solidum fructum capiendum; at totus hic spiritualis labor nihil aridi conatus sapere debet, sed potius mira discretione ita temperatur, ut methodus semper accommodetur oranti, non orans methodo cuidam immutabiliter definitae. Quotiescumque vero in nostro Instituto agitur de *meditatione*, intelligi debet quilibet orationis mentalis modus ([82]), qui in libro Exercitiorum traditur, non exceptis illis utilissimis et facillimis tribus modis orandi, quos Sanctus Pater noster in fine eiusdem libri Exercitiorum nos docet. Ex his autem variis orationis modis, ut alias iam monui ([83]), illum seligamus qui nostrae indoli, atque etiam nostrae temporariae illius diei corporis vel animae dispositioni magis convenit. « Haud raro enim, — ut tunc aiebam, — ex oratione et praesertim e meditatione matutina ideo tantum parvos fructus capimus, quia modum congruentem non adhibemus, ac proinde in nobis non experimur quam suavis sit Dominus! » ([84]).

---

(81) *Coll. Decret.*, d. 8 § 4.

(82) Cfr. *Coll. Decret.*, d. 52 § 1, 1°.

(83) In II Adhort. ad PP. Procur., an. 1920: *Acta Rom.*, vol. III, 1920, pag. 255.

(84) *Ibid.*

Quicumque tamen modus eligitur, attendere oportet ne nimium orationis tempus ratiocinando transigatur, et nimis parum actibus voluntatis et affectibus tribuatur. Non enim hi ad sola colloquia, quibus oratio concluditur, reservandi sunt, sed toto meditationis tempore suam pia quoque voluntas partem habere debet, ita ut ipse intellectus labor crebris ad Deum precibus calefiat, eo fere modo, quo *Confessiones* S. Augustini, itemque *Soliloquia* et *Meditationes*, quae sub eiusdem Sancti Doctoris nomine circumferuntur, non ad lectorem neque ad auctorem, sed ad Deum iugi colloquio diriguntur . Nostros autem omnes, praesertim iuniores, attentos praeterea facere velim ad Annotationem 2am libri Exercitiorum, quae amplissimam et continuam applicationem habere potest ac debet etiam extra Exercitia: « Non enim abundantia scientiae satiat animam eique satisfacit, sed sentire ac gustare res interne »; et ad alterum S. Patris monitum, ut quiescamus in puncto ubi fructum pro anima experimur, « sine anxietate progrediendi ulterius » (85). Sinamus tunc Deum ad cor loqui; una enim veritas intime cognita sanctos nos facere potest; et fortasse una ex causis minoris fructus in hoc est quaerenda, quod haec sapientissima S. Patris monita non rite servamus.

Ceterum, « qui se iam saepius, — ut verbis utar Patris Aquaviva, — piis illis commentationibus exercuerunt longoque usu facilitatem in orando sunt assecuti, illis nec certum argumentum nec ratio singularis, videtur esse praescribenda. Spiritus enim Domini, qui laxissimis habenis ferri solet, per innumerabiles animorum illustrandorum et sibi artissime devinciendorum vias, quasi freno, sic finibus denotatis non est coercendus; et nos, ut non minus pie quam prudenter bonae memoriae P. Natalis in hunc sensum aliquando pronuntiavit, divino Doctori par est quidem obsecundare, sed non licet antevertere » (86). Cui consonat notum illud S. Patris Ignatii effatum: « Res plena periculi est uno omnes calle cogere velle ad perfectionem: quam varia quamque multiplicia sint Spiritus Sancti dona, talis non intellegit » (87).

---

(85) Cfr. *Addit.* 4a, in libro Exercit.

(86) Epist. « De Oratione et paenitentia » in *Epist. PP. Gen.*. edit. cit., tom. I, pp. 250-251.

(87) « Quaedam S. P. Ignatii sententiae », n. 5 (alias, n. 8): in *Vitae*

Omnes ergo « praefinitum tempus... orationi et meditationi... impendamus cum omni diligentia in Domino » [88]. Cum enim agatur de re summi momenti, exaggerata profecto videri non debent verba S. Petri Canisii, quibus anno 1584 Augustae Vindelicorum, durante Congregatione Provinciali, communitatem est adhortatus, sicut P. Matthaeus Raderus refert in hunc modum: « Socios gravissima adhortatione domi (quam ego tum tiro Societatis audivi), ut ad studium meditandi excitaret, commonefecit, vehementerque cohortando asseveravit, nos ad ultimum Christi tribunal causam dicturos de hora rebus divinis contemplandis assignata, si illam vel otiose vel segniter transigeremus, vel neglectam omnino praeteriremus » [89].

IV. - De lectione spirituali.

Multa quae de oratione adhuc disseruimus, etiam lectioni spirituali, servata proportione, applicari possunt, quippe quae sit orationis vel praeparatio vel quasi continuatio seu complementum.

Communi quidem praescripto non iubemur nisi ut lectioni spirituali simul et praeparationi ad matutinam orationem mentalem tribuamus quartam horae partem ante examen vespertinum [90], cum putetur hoc tempus, praesertim ab iis qui iam diu in religione vivunt, non totum in solam meditationis praeparationem insumi; sed qui lege divini Offici recitandi non tenentur, iubentur etiam aliud tempus lectioni spirituali tribuere, quamquam ulteriores huius rei definitiones ad cuiusque Provinciae consuetudines reiciuntur [91]. Oportet vero ut libri legendi maxime pro Scholasticis bene seligantur, tales nimirum, qui non solum boni sint et tuti et germano nostri Instituti spiritui conformes; sed praeterea qui sint uniuscuiusque indoli et necessitati-

---

spirit. Documenta ad usum PP. ac FF. S. I., edit.. 5ª, Wetteren in Belgio, 1928, pag. 209.

(88) Reg. Comm. 1.

(89) O. Braunsberger S. I., *B. P. Canisii Epistulae et Acta*, vol. VIII, Friburgi in Brisgovia, 1923, pag. 647.

(90) Epit. n. 182 § 1, 3°.

(91) *Ibid.*

bus magis accommodati, ea fere ratione qua de oratione paulo ante dixi; alioquin enim magis nocebunt quam iuvabunt.

Hos autem inter libros pro lectione spirituali Nostris liberaliter a Superioribus suppeditandos complura semper habeantur ubique exemplaria praeclari illius *Exercitii perfectionis* a P. Alfonso Rodríguez conscripti, quod ipse Summus Pontifex Pius XI in Epistola Apostolica de disciplina religiosa nominatim recenset inter opera Religiosis « ad legendum considerandumque utilissima » simul cum scriptis S. Bernardi et Seraphici Doctoris S. Bonaventurae (92). Et quamquam ibi de Noviciis et iunioribus religiosis pressius agitur, notum tamen est plurimas religiosas Familias etiam ex antiquis Ordinibus iam diu habere Alfonsum Rodríguez ut ordinarium lectionis spiritualis auctorem; nec decet ut nos domesticum hunc thesaurum minoris faciamus.

Ceterum omnibus omnino commendatur ut si quid temporis residui habeant, in piorum librorum lectionem impendant, cum haec tanti momenti sit tam pro propria perfectione quam pro ministeriis. Atque hic quam pulchra afferri possint e Sanctorum Patrum sententiis, e Sanctorum exemplis, e Magistris vitae spiritualis! Hoc unum saltem, nobis semper memorandum, grato animo recolamus, S. Patrem Ignatium a piorum librorum lectione prima magnae sanctitatis incitamenta habuisse, ac propterea Societatem huic exercitio quodammodo totam deberi.

Ii vero qui in vinea Domini proxime operantur, maxime indigent assidua hac lectione et studio, ut hodiernam novarum rerum anxietatem in bonum animarum convertere sciant; atque ita divinas veritates nova semper ratione proponere addiscant, ad mentalitatem (quam dicunt) modernam sese in quantum prava non est aptando et nostrorum temporum ingenio prudenter indulgendo, ut dissipatos animos devincire et Christo lucrifacere possint.

Nec causetur quis ad tot tantaque perficienda tempus non suppetere. S. Robertus Bellarmino, qui certe tempori parcebat avarissime, in quadam exhortatione (93) argumentosam instituit computationem communis nostri ordinis diurni et ostendit, post

---

(92) Epist. Apost. *Unigenitus Dei Filius*, d. d. 19 mart. 1924: *Acta Rom.*, vol. V, 1924, pag. 33.

(93) *Exhort. 3a de perfectione*: in libro cit., pag. 217.

omnia quae a bono religioso praestanda sunt, aliquod tempus facile superesse, quod possit « expendi meditationi vel lectioni piae, ad fructum propriae animae ». « Seneca, — ait ibidem S. Doctor, — in quadam epistola reprehendit eos qui dicunt tempus esse nimis breve; et probat eos iniuste conqueri, quia perdunt multum temporis vane, quo si uterentur, multum temporis haberent... Sed ideo tempus multis deest, quia non contenti recreatione, multum perdunt otiando, deambulando, colloquendo, visitando, legendo vel faciendo inutilia » (94). Ubi potissimum notetis velim illud « legendo inutilia », quod de ephemeridibus praesertim et libris mundanis valet; nam hic fortasse est praecipuus modus, quo tam pretiosum tempus a multis frustra teritur, nec semper impune etiam quod ad puritatem animi. Et si quis sincere velit secum ipse computare quot triverit horas in his vanis lectionibus uno mense vel uno anno, haberet fortasse cur erubesceret et multum quod emendaret.

Atque hic mihi temperare non possum quin apud me dicam: Si domesticae exhortationes etiam nunc tam dilucidae, tam practicae fierent, ut olim fiebant, quemadmodum apparet ex his Exhortationibus S. Roberti Bellarmino, itemque ex similibus S. Petri Canisii, P. Oliverii Manaraei, P. Nicolai Orlandini, P. Ioannis Dirckinck aliorumque antiquorum Patrum, nonne utiliores essent et efficaciores? Sed hoc obiter dictum sit, quamquam non omnino extra locum, cum exhortatio domestica sit quasi communis quaedam lectio spiritualis.

V. - *De precibus communiter recitandis.*

Ut bene nostis, Reverendi Patres Fratresque carissimi, pro peculiari Societatis nostrae indole, cotidiana pietatis exercitia plerumque singulatim peragimus. Sunt tamen quaedam preces, quas cotidie simul recitamus; utque hae bene ubique recitentur, ad eas vos attentos facere velim.

Et primo quidem ad Litanias quod attinet, quae sunt unicum paene dixerim proprium pietatis exercitium quod simul faciamus in nostris communitatibus quasque propterea communes appellamus, meminerimus eas iam a primis Societatis tem-

(94) *Ibid.*

poribus cotidie recitari coeptas esse « pro Ecclesiae necessitatibus » (95), cuius Capiti Societas tam arctis nexibus devincitur; quod quidem ad eas attente ac devote dicendas nos excitare debet, siquidem pro Christi Sponsa et Matre nostra Ecclesia Catholica ad Divinam Maiestatem supplices venimus. Quaenam autem fuerit origo pii huius usus, quomodo ordinationes Praepositorum Generalium hac de re Congregationum Generalium decretis confirmatae fuerint (96), et quomodo Litaniae in praesentem formam cum variis identidem adiectis precibus succreverint, narrant historici et Instituti commentatores (97). Ad huius epistolae finem propius pertinet id quod P. Beckx pulchre animadvertit: « Ecce Societas nostra, licet per orbem dispersa, quotidie in spiritu iungitur et coram caelesti Curia, dum communes quas dicimus Litanias recitat, universa se sistit. Non prolixa quidem precatio illa est, sed quotidiana, sed quae a multis sociorum millibus funditur, sed quae in omnem se versat partem, ut fructuosissima esse possit. Ibi una voce misericordiam et peccatorum veniam semel, iterum, saepius a Domino imploramus; Beatissimam Virginem nobis apud Deum adiutricem plurimis nominibus invocamus; Angelis deinceps ac Sanctis omnibus, ut pro nobis orent, diu ex ordine supplicamus; ac demum tanto freti intercessorum numero, maiora quaeque mala humiliter deprecamur, excellentissima bona nobis aliisque deposcimus; utque exaudiri certius mereamur, per augustiora nostrae redemptionis mysteria obsecrando decurrimus. Quid sanctius quidque ad impetrandum efficacius, dummodo cum vocis sonitu intentio mentis et fervens cordis affectus coniungatur? Scimus autem quantopere Deus communia respiciat, et obsequiis constantibus quantumvis parvis delectetur. Ac Dominus Noster Iesus Christus, qui dixit: Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, aderit profecto tam multis eorum millibus, quos ad maiorem sui Nominis gloriam misericorditer ipse congregavit » (98).

---

(95) Epit., edit. 2a, n. 182 § 2; *Acta Rom.*, vol. VI, 1930, pag. 683.

(96) *Coll. Decret.*, d. 52 § 2.

(97) Cfr. A. Coemans, *De Litaniis Sanctorum... in Societate*, in « Letters and Notices » an. 1933, pag. 124; item A. Arregui, *Annotationes ad Epitomen*, Romae 1934, pp. 194-195.

(98) *Epist. PP. Gen.*, edit. cit., tom. III: P. Petr. Beckx, Epist. « de

At hae communes preces « cum ea qua par est devotione et reverentia » recitari debent, ut S. Pater Ignatius dicit de benedictione et gratiarum actione ante et post mensam (99), quae aliae sunt communes nostrae preces quotidianae; nam utrobique eadem est ratio; atque utrisque his precibus applicari possit gravissima illa monitio, quam idem Sanctus Pater Noster habet, ubi de brevi oratione ante lectiones scholasticas praemittenda: « Oratio vel eo modo dicenda est ut devotionem et aedificationem addat, vel non est dicenda » (100). Et sane aedificationem non parit v. gr. nimia illa festinatio, vere deploranda, qua alicubi recitantur sive Litaniae sive preces ad mensam, sine ordine, sine vocis distinctione neque uniformitate, sed incondito quodam multorum sonu.

Meminerimus etiam oportet has preces et *vocales* esse et *communes*, ideoque moderata quidem et bene composita, at intelligibili voce ab omnibus esse exprimendas, non vero ab uno alterove tantum, aliis mente solum prosequentibus, ut alicubi in parvis praesertim communitatibus quandoque fit.

Et quod ad preces ante vel post mensam attinet, nostrum certe non est has inflexa voce decantare, ut solent alii Religiosi; sed accurate servemus oportet rubricas Breviarii Romani et versiculorum distinctiones ibi indicatas, atque tota oris et corporis compositione ostendere debemus interiorem animi ordinem et reverentiam. Idque nunc eo magis curandum est, quod diligentius vel ipsi laici de accurate servandis praescriptis liturgicis solliciti sunt.

Ceterum etiam hac in re inspiciamus Maiores nostros et ad eorum exempla nos componamus. Scimus v. gr. qua pietate has preces recitaret S. Alfonsus Rodríguez, qui haud raro inter ipsas preces ante vel post mensam caelestes illustrationes habuit; et de S. Patre Nostro Ignatio memoriae traditum est, quod « etsi alias colore subfusco erat, tamen cum mensae benediceret aut gratias ageret, totus vultu succensus vividissimum colorem prae

---

fructu e BB. Petri Canisii et Ioannis Berchmans exemplis colligendo », d. d. 27 dec. 1865, pp. 183-184.

(99) *Constit.*, P. III c. 1 n. 5; Summ. Constit., reg. 30; Epit. n. 223 § 2.

(100) *Constit.*, P. IV c. 16 n. 4, C.

se ferebat » [101]; ita ut, teste P. Ludovico González de Cámara, omnes qui in eum respicerent orantem ad prandium, terrena despicientes, amarent caelestia [102].

VI. - De cotidianis examinibus et de recollectione menstrua.

Multa alia, Reverendi Patres Fratresque carissimi, mihi dicenda occurrunt de amplissimo hoc argumento, quod vobiscum disserendum suscepi. Sed, cum iam haec epistola praeter exspectationem succreverit, mitto visitationes SS. Sacramenti, « saepius in die, secundum pium Societatis usum » faciendas [103]; mitto Mariani Rosarii recitationem, quae tamquam cotidianum filiorum obsequium dulcissimae Matri solvendum omnibus Nostris commendatur [104], quin immo inter ea quae a Superioribus ecclesiasticis curanda sunt ut a subditis praestentur, in Codice Iuris Canonici recensetur [105]; et venio ad examina, ab ipso S. Patre Ignatio bis in die praescripta [106], siquidem haec tanti momenti sunt, ut de iis hoc loco sileri non possit; eo magis quod per haec simul etiam de sacramentali confessione octavo saltem quoque die ex regula ab omnibus Nostris peragenda [107] (quod quidem praescriptum Superiores etiam iure communi urgere tenentur) [108], atque etiam saepius in hebdomada Sacerdotibus commendata [109], me satis disseruisse arbitrabor, cum fieri nequeat ut qui fideliter bis cotidie conscientiam suam rite discusserit, ad Poenitentiae Sacramentum imparatus accedat.

Haec autem bina examina sunt quaedam brevis animi recollectio coram Deo ac Domino nostro bis in die facienda, ut sincere videamus quomodo ei servierimus utque in orationis quiete

---

(101) *Vitae spirit. Documenta etc.*, edit. 5ª, Wetteren, 1928, pag. 110.
(102) Cfr. *Monum. Ignat.*, ser. IV, tom. I, pag. 244.
(103) Epit. n. 189.
(104) *Ibid.*
(105) Cfr. *Cod. Iur. Can.*, can. 125 et 592.
(106) *Constit.*, P. III c. 1 n. 11; P. IV c. 4 n. 3.
(107) *Summ. Constit.*, reg. 6.
(108) Cfr. *Cod. Iur. Can.*, can. 595 § 1, 3º; Epit. n. 186 § 1.
(109) Reg. Sacerd. 3; Epit. n. 186 § 1.

novas vires sumamus ad melius deinceps ei serviendum. Quanti autem in Societate fiat hoc duplex cotidianum examen, vel inde patet quod in locis Instituti ubi de exercitiis pietatis peragendis sermo est, non modo semper etiam examen commemoratur, sed plerumque primo loco ponitur, et visitator etiam pro examinibus sicut pro oratione praescribitur; scimus vero S. Patrem Ignatium, qui aegrotos ab oratione sat facile dispensabat, ab examine vix unquam quempiam dispensasse. Ipse vero, ut inter complures alios testes refert etiam S. Petrus Canisius, « saepissime illo utebatur et dicere solebat indignum esse panis edulio, qui se non examinaret » (110).

Ab infelici quodam a Societate apostata in pessimo libro contra Societatem conscripto devotionem superficialem tantum nos in omnibus habere et quaerere accusamur; atque id ille probare contendit hoc quoque argumento, quod si bina examina generalia et particularia cotidiana sincere perageremus, fieri non posset ut tot tantasque imperfectiones semper haberemus. Haec gravi admodum cum exaggeratione affirmari facile apparet; ipsi enim Sancti, testibus Ambrosio et Augustino, non ideo Sancti erant quia non caderent, sed ideo quia lapsi statim surgerent, et Deus plerumque permittit ut Sancti vel maximi ad tutiorem humilitatis custodiam per longum tempus aliquos defectus habeant, quibus se exuere nequeant nisi cum ad supremam sanctitatis consummationem pervenerint (111); nam, ut docet Tridentinum, inter creaturas sola Virgo Deipara Immaculata a quovis peccato etiam veniali prorsus immunis semper fuit (112).

At, Reverendi Patres Fratresque carissimi, sub hac ipsa exaggerata accusatione nonne aliquid veri subest? Si tot exa-

(110) B. P. Canisii *Exhortationes domesticae*, l. c., pag. 85.

(111) Cfr. v. g. S. Ambrosius, *De sancto Ioseph* (filio Iacob), cap. 1: « Cognoscamus illos [Sanctos] non naturae praestantioris fuisse, sed observantioris; nec vitia nescisse, sed emendasse » (*Brev. Rom.*, dom. III Quadrag., in II Noct., lect. VI). — S. Augustinus, *De peccatorum meritis et remissione*, lib. II c. 19 n. 33: « Idcirco etiam Sanctos et fideles suos in aliquibus vitiis tardius sanat [Deus], ut in his eos minus, quam implendae ex omni parte iustitiae sufficit, delectet bonum, sive cum latet, sive cum etiam manifestum est... » (M. I. Rouet de Journel et I. Dutilleul S. I., *Enchiridion Asceticum*, Friburgi Brisgoviae, 1930, pag. 340, n. 658).

(112) Cfr. Denzinger, *Enchiridion Symbolorum etc.*, num. 833: *Conc. Trid.*, sess. VI, Can. 23 de iustificatione.

mina per tot annos semper « cum omni diligentia in Domino » (ut praescribit regula prima inter Communes) peregissemus, nonne iam multos defectus correxissemus? Nam (ut dicit aureus liber *De Imitatione Christi*) « si omni anno unum vitium exstirparemus, cito viri perfecti efficeremur » ([113]).

Et fortasse etiam de examinibus dicendum est quod de meditatione animadverti: nimium ab aliquibus locum dari intellectui potius quam voluntati; nec satis ad hoc attendi, necessarium quidem esse cognitionem sui et defectuum commissorum (quod ceterum et ipsum est magnum Dei donum cotidie in examine, ut S. Pater docet, humiliter petendum), sed rem praecipuam esse ut intimius abominatio et dolor excitetur de quavis vel minima divinae voluntatis transgressione, et firmum concipiatur propositum. Praecipuae quoque defectuum causae inquirendae sunt, ut anima ibi fortius muniatur, ubi debilior esse videtur; ideoque orationi insistendum ad talem contritionem eliciendam, ad strenuas resolutiones sumendas, ad divinum auxilium implorandum.

Eadem fere dicta intellegantur de examine particulari, quod cum binis examinibus coniungi solet, cuius efficaciam demonstrare supervacaneum profecto est Nostris, cum optime sciant quanti hoc examen, ad mentem S. Patris Ignatii, faciendum sit a quovis qui ad christianam perfectionem serio contendere velit. « Qui non se exercet in hoc examine, — ait S. Petrus Canisius, — ... non est talis bonus filius Patris Ignatii, qui nos docuit verbo et exemplo, ut quisque saepius se colligat examinetque » ([114]).

Haec vero animi collectio et conscientiae examen impensius aliquoties fieri debet: atqui ita omnes quotannis Exercitiorum spiritualium tempore, dum confessionem generalem parant, plenum totius anni examen instituant oportet; id ipsum Scholasticis, aliisque qui ad ultima vota nondum sunt promoti, bis in anno praescribitur, dum vota sunt renovaturi. Omnibus item in Epitome edicitur ut « praxim recollectionis menstruae... sibi commendatam habeant » ([115]); ad quam quidem praxim, quae, inter alia impensioris pietatis exercitia, transacti mensis et praesentis

---

([113]) *De Imit. Christi,* l. I c. 11.
([114]) B. P. Canisii *Exhort. domest.*, l. c., pag. 87.
([115]) Epit. n. 191.

status animae accuratum admodum examen complecti debet, universam Societatem alias equidem, post Patrem Wernz ([116]), vehementer hortatus sum ([117]), eamque universis Ecclesiae filiis commendavit Summus Pontifex Pius XI in Litteris Encyclicis *Mens Nostra,* « veluti Exercitiorum brevem geminationem » eam appellans et aptissimum medium existimans « ad tuendum custodiendumque spiritualium Exercitiorum fructum » ([118]).

Nihil ergo novi equidem me fecisse arbitror, dum ad hanc menstruam recollectionem magis magisque inter Nostros promovendam, nuper in libellum quo exhibetur « Elenchus eorum quae a Ministris praestanda sunt » probavi ut inter « quaedam ad mensam nuntianda » etiam hoc insereretur: « Singulis mensibus: Praxis recollectionis menstruae » ([119]). Quod quidem nuntium pridie super mensam ideo potissimum legendum est, ut tempestive sibi quisque possit peculiare seligere meditationis argumentum ex iis quae ad animum religiosum excitandum aptiora sunt, et alia piae huius recollectionis exercitia praeparare; utque etiam Pater ad id designatus puncta meditationis Fratribus Coadiutoribus tradenda ad recollectionis finem singulari quadam ratione aptare curet.

VII. - De impedimentis et remediis.

Quae omnia pietatis exercitia cum sint in se tam sublimia quia directe ad Deum nos ordinant et conducunt, tam efficacia ad sanctitatem ut experientia Sanctorum et propria nos docet, tam vehementer ab Instituto cui nos per vota devovimus commendata et praescripta ita ut Superiores in conscientia vi legis Ecclesiae obligentur curare ut fideliter peragantur, nemo esse deberet qui non toto corde se illis daret. Et tamen, ut dixi, inve-

---

([116]) In adhort. ad PP. Procur. an. 1910: *Acta Rom.,* vol. I, 1910, pag. 68.

([117]) *Acta Rom.,* vol. III, 1919, pp. 48-49.

([118]) *Acta Rom.,* vol. VI, 1929, pag. 205.

([119]) *Elenchus eorum quae a Ministris praestanda sunt,* Romae, 1934, pag. 6, n. 10. — Cfr. etiam *Elenchus eorum quae a Superioribus localibus praestanda sunt,* Romae 1934, pag. 12, n. 31.

niuntur qui has res negligant, et adest periculum ne eorum numerus crescat. Ideo maxima qua potui diligentia investigavi coram Deo quaenam huius detrimenti sint causae; easque vobiscum, Reverendi Patres Fratresque carissimi, aperiam, ut ipsas mali radices facilius evellere possimus.

Atque in primis, secundum gravissimorum Patrum ex omnibus Assistentiis querelas et relationes quas undique accipio, una ex praecipuis causis videtur in eo esse, quod saepe nimio labore Nostri onerantur. Varios audivi Patres ex diversis Provinciis, praesertim iuniores, eosque optimos sane sodales, qui sincerissime mihi rettulerunt quot labores sibi commissi essent a Superioribus, et facile deprehendi eos revera in his adiunctis coditiana pietatis exercitia vix rite peragere posse.

Ex parte hoc inde pendet quod subditi ad varia ministeria non bene parentur et ministeria ipsa non rite seligantur et dirigantur, immo Superiores quidam censeant omnia ministeria, omnia opera quae offerantur acceptanda esse. Qui quidem error cum singulis tum toti Societatis corpori quam perniciosus sit quamque a mente S. Patris Ignatii alienus, conatus sum equidem opportune importune multis litteris demonstrare atque haud semel Superiores rogavi et obtestatus sum ut huic abusui tandem finem facerent, et labores suis suorumque viribus aptarent, neque onera gravia et importabilia in suos subditorumque humeros imponerent ([120]). Idem omnibus simul Superioribus enixe commendavi litteris anno transacto die 29 iunii datis ([121]); quibus peculiari ratione etiam ostendi oportere omnino ut Superiores ipsos labores apte selectos apte quoque distribuant et sedulo dirigant Operarios ([122]); atque ita videbunt saepe multo plura composite et ordinate fieri posse quam si Operarii singuli vel laboriosissimi sibi relinquerentur.

Haec autem maxime dicta intellegantur de Scholasticis in Collegiis magisterii experimento addictis, qui, me tam saepe tamque fortiter obsistente, etiam nunc non raro disparatis occupationibus supra vires obruuntur, et brevi rerum spiritualium saporem et usum amittunt, quem deinde difficile admodum et for-

---

([120]) Cfr. MATTH., XXIII, 4.
([121]) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VII, 1933, pp. 481-489.
([122]) *Ibid.*, pp. 489-490.

tasse nunquam recuperant ([123]). Adesse difficultates, praesertim in Provinciis quae nimiis Collegiis onerantur, bene perspicio; sed adsit firma voluntas ex amore Dei, de cuius gloria agitur, ex amore proximorum, quorum aeterna salus in causa est, et certo certius media invenientur ad has difficultates vincendas.

Inter ministeria vero, quibus tantopere Nostri fatigantur, nimia sunt, praesertim in quibusdam Provinciis, ministeria cum feminis, quae magnum tempus insumunt quod utilius in alia opera impenderetur. Optimus quidam magnae Provinciae Praepositus, de spiritu suae Provinciae mecum conquestus quod aliquantulum deprimi videretur, huius defectus praecipuam dixit se putare hanc esse causam quod nimii Patres nimiis huiusmodi ministeriis occuparentur; et aestimo ipsum veram tetigisse causam. Ceterum ipsis mulieribus multo plura ac maiora praestare possemus spiritualia auxilia si, minoribus ministeriis relictis, de praecipuis tantum operibus bene gerendis et de generali horum operum directione curam ageremus ([124]).

Altera causa est effusio ad exteriora, quae generatim illo vero quidem sed hic perperam allato principio excusari contenditur, Deum propter Deum esse relinquendum; ac paulatim efficit ut hi operarii exterioribus laboribus toti dediti pietatis exercitia negligant, spiritum interiorem amittant et internam caritatis Dei flammam fere exstingui sinant ita ut periculum adsit, ne, non obstante quodam externo successu, fiant mere velut aes sonans et cymbalum tinniens ([125]).

Iidem religiosi, laboribus inordinate susceptis et humana tantum activitate peractis plurimum defatigati, pro intima animi recollectione qua tantopere indigerent, quietem et solacium quaerunt in mundanis relaxationibus: in lectione ephemeridum, periodicorum, librorum mundanorum, interdum etiam directe periculosorum, in confabulationibus cum « amicis », in visitationibus externorum et externarum, in variis spectaculis cinematographicis, iis etiam fortasse quae Religiosos prorsus dedecent, causantes Religiosos quoque relaxationibus indigere. Indigent sane, at non his profecto, quae animum religiosum magis

([123]) Cfr. *Acta Rom.*, vol. VII, 1933, pp. 465-467.
([124]) Cfr. Reg. Operar. 9.
([125]) Cfr. *I Cor.*, XIII, 1.

magisque retrahunt a castis delectationibus spiritus, quibus tantummodo religiosus vera pace ac felicitate frui poterit. Contra ii, qui mundanas recreationes quaerunt, pietatis exercitia fastidiunt, et quanto citius se ab illis liberare student; atque ita pacem animi non inveniunt et semper maiore aviditate mundana delectamenta persequuntur, viam ingredientes maxime periculosam quae, ut non semel cum dolore vidimus, ad ruinam perducit.

Tertium impedimentum quod aliquos ab exercitiis spiritualibus retrahit sunt falsa quaedam principia sibi omnino opposita et tamen ab eodem spiritu tenebrarum provenientia.

Unum in quadam ignavia spiritus consistit, qua se illudere sibique persuadere sinunt, maiorem perfectionem et sanctitatem paucorum tantum esse, qui ad eam extraordinaria quadam electione vocentur, ideoque nostrum non esse ut ad eam aspiremus, sed sufficere nobis ut mediocritate quadam contenti simus. Qui vero talia principia sequuntur, aeternam animae suae salutem serio periculo exponunt. Omnibus enim discipulis suis Christus Dominus edixit: « Estote perfecti sicut Pater vester caelestis perfectus est » ([126]); status vero religiosus ex natura sua obligat ad tendendum ad altiorem perfectionem; et Institutum Societatis Iesu aperte indicat quam sublimis sit haec perfectio, ad quam omnes Societatis filii tendere debent. Atque hic satis est regulam 15 Summarii Constitutionum commemorare, qua iubemur ut « omnes constanti animo incumbamus ut nihil perfectionis, quod divina gratia consequi possimus... praetermittamus ». Quam quidem omnimodam perfectionem, ut eadem regula aperte dicit, non alibi consequi poterimus quam « in absoluta omnium Constitutionum observatione nostrique Instituti peculiari ratione adimplenda »: haec enim, ab Ecclesia approbata, non solum est « via quaedam ad Deum » ut dicitur in Formula Instituti ([127]), sed pro nobis, qui ad eam sequendam vocati sumus, est unica via ad Deum, ita ut qui ab ea declinaverit, ab ipso Deo necessario recedat.

Institutum nostrum profecto, ut omnes agnoscunt, mira quadam facilitate ad temporum et regionum rationes maxime va-

---

([126]) Cfr. MATTH., V, 48.
([127]) *Form. Inst.* a Iulio III approb., n. 1.

rias accommodari potest; sed praecipua et cardinalia peculiaris nostrae perfectionis nostrique spiritus capita immutabilia sunt et immutata permanere debent, ut nuper quoque Sancta Sedes denuo edixi (128), omnesque regulae semper et ubique ad amussim servandae sunt, et earum custodiam ubique Superiores vigilanter inculcent ac promoveant urgeantque oportet.

Et hoc Ecclesia atque ipsi fideles a nobis exspectant. Non semel ab Episcopis variarum nationum audivi, se velle Iesuitas antiquae virtutis et observantiae. Fideles hodie ad maiorem perfectionem aspirant. Et sane videmus nunc tot iuvenes et homines cuiuscumque condicionis, plures fortasse quam alias unquam, etiam in saeculo, mediis in difficultatibus, ad altissimam perfectionem sedulo contendere, idque tam studiose ut religiosi quilibet iure habeant cur de sua ignavia confundantur; atque hi generosi christiani haud raro et iure quidem conqueruntur se apud Nostros iam non satis aptos invenire directores: non enim has animas per sanctitatis semitas tuto dirigere possunt, qui communi quadam honestate se contentos esse profiteri non verentur.

Et hic praesertim iuvenes, qui magna ad Dei gloriam exanclare moliuntur, paterne monere velim, ut sibi persuadeant se plurimum ad maiorem Dei gloriam et animarum salutem laborare non posse, nisi ad sanctitatem Societatis propriam totis viribus aspirent, eamque non alia ratione se esse consecuturos quam in absoluta omnium regularum observatione. Hac enim sola ratione apta et docilia instrumenta fient, quibus Deus ad mira patranda libenter utatur; alioquin similes erunt « viro stulto qui aedificavit domum suam super arenam »: per aliquod tempus eorum opera videbuntur utilia et fructuosa, at primo tentationum vel persecutionum vento resistere non poterunt et fiet ruina illorum magna (129).

Alterum falsum principium est eorum qui plene admittunt se ad perfectionem tendere debere, immo ad sublimiorem pervenire anhelant, sed falsis modernae cuiusdam asceseos principiis decepti putant ad id necessaria non esse tot exercitia spiritualia, quin potius ea impedimento esse et sine illis suaviore ratione ad

---

(128) Litt. Apost. Pii XI « *Paterna Caritas* », d. d. 12 mart. 1933: *Acta Rom.*, vol. VII, 1933, pp. 273-275.

(129) Cfr. Matth., VII, 26-27.

plenam cum Deo unionem tendendum esse. Certe Deus potest animas immediate ad se attrahere, at generatim id non facit; maximi Sancti etiam mystici per multa et saepe valde arida exercitia transierunt. Ceterum videmus experientia tantum abesse ut qui talia principia sequuntur ad veram unionem cum Deo perveniant, quae in abnegatione sui et conformitate cum Christo Crucifixo fundatur, ut potius semper longius ab ea recedant et in superbiam spiritualem omnium periculosissimam incidant.

Si vero his omnibus pietatis exercitiis sedula cum fidelitate et constantia operam dabimus, non est dubium, Reverendi Patres Fratresque carissimi, quin magis in dies simus progressuri in illa assidua atque adeo continua unione cum Deo, ad quam omnes tendere debemus eamque totis viribus acquirendam curare, secundum sublimem illam atque perfectissimam regulam 17 ex Summario Constitutionum, cuius absolutissimum exemplar nobis in se praebuit ipse S. Pater Ignatius. Et sane beatissimus hic Parens noster ac Legislator amore omnium creaturarum re vera exuerat se, ut affectum universum in ipsarum Creatorem conferret, eum in omnibus creaturis amando et omnes in eo; et quam in Praeposito Generali, « inter dotes varias quibus ornari... optandum est », primam omnium requiri edixerat, « ut cum Deo ac Domino nostro quam maxime coniunctus et familiaris sit tam in oratione quam in omnibus suis actionibus » ([130]), eam ipse tam perfecte adeptus erat ut nullis externis occupationibus a Deo avelli posse videretur; quod est quodammodo inchoare et anticipare in via id quod consummabitur in visione beatifica in patria.

En, Reverendi Patres Fratresque carissimi, quae faustissima hac occasione vobiscum, nullo apparatu, sed simplici sermone, disserere optabam. Multa vobis attente meditanda proposui et spero fore ut paterna haec verba, divino afflante Spiritu, haud inutilia vobis evadant. Dicam vero cum Patre Roothaan: « Feci quod ministri in Cana Galilaeae: implevi hydrias aqua; sed vino opus est: hoc Dominus dare dignetur » ([131]).

([130]) *Constit.* P. IX, c. 2 n. 1.

([131]) Archiv. S. I. Rom.: epist. Patris Roothaan ad P. Petrum Beckx, d. d. 29 mart. 1847. — Cfr. etiam P. Io. ROOTHAAN *Adnotationes et Instru-*

Ut autem quaedam, ad optatam spiritus renovationem plenius obtinendam, definite commendem, velim ut singuli Provinciales suos Consultores et alios quattuor ex iis gravioribus Provinciae Patribus, qui praecipuis Provinciae operibus praesunt, ad peculiarem consultationem convocent, tempestive tamen praemonitos ut orando et considerando ad eam se praeparent; cum his vero convocatis simul sereno animo perpendant coram Domino et cum religiosa libertate discutiant quomodo res se habeant in Provincia quod ad puncta huius epistolae, quaenam sint detrimentorum causae, quaenam adhibenda sint efficacia remedia.

Idem examen unusquisque nostrum apud se serio instituat de iis quae ad animam suam suaque munera pertinent; idque sive in menstrua recollectione proximi mensis augusti, sive in octiduo Exercitiorum spiritualium, quae sane hoc anno ab omnibus singulari quadam recollectione et pietate et impensiore studio peragi debent, ut germanum Patrum nostrorum spiritum in nobis plene resuscitemus, quo ipsi incensi ante quattuor saecula a Monte Martyrum ad totum mundum sanctissime inflammandum processerunt.

Vobis vero, Patres ac Fratres carissimi, quibus hoc anno feliciter contingit ut ultima vota ipso die Assumptionis Beatae Mariae Virginis sitis nuncupaturi, dum tantum beneficium vehementer ex corde gratulor, auctor equidem sum et etiam atque etiam commendo ut primos illos Patres vobis studiosius imitandos proponatis, et holocaustum vestrum « ea alacritate, ea voluntatum abnegatione et spe in divina misericordia posita » offerre nitamini, quibus illi « sese tunc vere et ex toto animo Deo devovebant » (ut refert P. Simon Rodríguez, unus ex illis). Atque ita fiet ut etiam vobis, quemadmodum idem Pater Simon de se fatetur, hunc optatissimum diem postea saepe memoria recolentibus, « ingens animi ardor incidat, novus pietatis accrescat affectus » et in incredibilem adducamini admirationem [132], vos-

---

ctiones spirit., Hagae-Comitis, 1891, pag. 212, et alibi; nam haec sententia ipsi erat admodum familiaris.

[132] Cfr. « *De origine et progressu Soc. Iesu* etc., commentarium P. SIMONIS RODRÍGUEZ, qui fuit e novem Sociis S. Ignatii Patris » (Romae, 1869), pag. 15.

que vivens ac dignum huius quater centenariae commemorationis efficiamini mnemosynon Societati usque carissimum.

Exopto praeterea ut ubique, etiam ubi hoc tempore aestivae vacationes peraguntur, sollemnis novendialis supplicatio, ea ratione quam Praepositi Provinciales pro sua quisque Provincia definient, instituatur ante festum Beatae Virginis Mariae in caelum Assumptae, ut intercedentibus Sancto Patre Nostro Ignatio et omnibus triumphantis Societatis Filiis, a gloriosissima et dulcissima Societatis Matre ac Regina copiosiora usque auxilia impetremus, ut Societas nostra intime renovata Divino Regi fidelius in dies et validius servire queat.

Et cum suavissima divinae Providentiae dispositione factum sit, ut hoc nostrum intimum iubilaeum cum extraordinario Redemptionis iubilaeo concurrat ad universum orbem extenso, nobis sperare licet ut uberrimas a Deo recipiamus gratias ad fructum Redemptionis colligendum, non solum ad propriam sanctificationem, sed etiam ad tot animas ad Christum adducendas, quae quamquam nondum ad eius ovile pertinent, tamen sitiunt veritatem et quaerunt qui eius viam sibi demonstret; itemque ad regnum Christi ubique efficacius propagandum atque ad acerrimos nostrorum temporum divinae gloriae inimicos strenue debellandos.

Harum vero gratiarum auspicem laetus vobiscum communicare possum Apostolicam Benedictionem, quam Summus Pontifex et Societatis Parens amantissimus Pius XI, nuper a me de hac epistola occasione huius nostri centenarii mittenda certior factus, nobis singulis et minimae nostrae Societati universae ex corde impertire dignatus est.

Vestrum omnium sanctis Sacrificiis et precibus me et totam Societatem enixe commendo.

Romae, die festo Visitationis B. M. V.
2 iulii 1934.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

79. **8 iulii 1934.**

Mittitur Epistola Patris Nostri « de cotidianis pietatis exercitiis » et de eius exsecutione quaedam declarantur.

AD OMNES PROVINCIARUM ET VICEPROVINCIARUM PRAEPOSITOS ATQUE MISSIONUM SUPERIORES.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Occasione commemorationis quater centenariae primorum votorum S. Patris Ignatii eiusque Sociorum (15 augusti 1534), Pater Noster epistolam ad universam Societatem dare voluit « de cotidianis pietatis exercitiis rite peragendis », cui in festo Visitationis B. M. V. subscripsit (1). Huius epistolae exemplaria, ob temporis angustias, hac vice satius duximus hinc directe (ut fit pro fasciculis « Memorabilium ») ad domos singulas mittere, ut tempestive ubique legi possint et considerari.

Ad R.am V.am autem, praeter consuetum numerum, aliquot alia exemplaria mittenda curavi, quae utilia erunt v. gr. ad illam consultationem peculiarem et ampliatam habendam, de qua sub finem ipsius epistolae Patris Nostri (pag. 43) sermo est (2).

Sicubi vero, ob locorum distantiam, litterae Patris Nostri serius accipiantur quam ut ante festum Assumptionis B. M. V. institui possint novendiales preces, quae in eadem epistola commendantur (pag. 44) (3) et pro quibus Rae. Vae. erit communem rationem praescribere secundum quam peragi debeant, Pater Noster desiderat ut R. V. aliud tempus ad id assignet, v. gr. ante festum Nativitatis B. M. V. aut Immaculatae ipsius Beatae Virginis Conceptionis.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 8 iulii 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS MARTÍ
Secr. Soc. Iesu.

---

(1) V. supra, pagg. 820-859.
(2) Hic pag. 858.
(3) Hic pag. 859.

80. **15 augusti 1934.**

De revisione in Provinciis facienda primi schematis Rationis Studiorum recognitae.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

Reverende in Xto. Pater:
P. Xti.

Ut promiseram in epistola die 13 maii h. a. data (1), R^ae^. V^ae^. transmitto quaedam exemplaria primi *Schematis Rationis Studiorum* recognitae.

Huic schemati conficiendo Patres Commissionis ad id constitutae diligentissime et magna cum animorum consensione adlaborarunt. Sed cum singulae partes a diversis Patribus primum paratae essent, ac dein in iis a Commissione recognoscendis, ut in his rebus accidere solet, variae essent quod ad quaedam puncta Patrum sententiae, uni ex ipsis Commissionis Patribus commisi, ut ultimam schematis redactionem, ad formam praesertim quod attinet, sedulo curaret; atque hunc laborem nunc Rae. Vae. mitto. Nam quamquam initio cogitaveram schema accurate hic prius cum PP. Assistentibus recognoscere (2), re deinde attente perpensa satius visum est hoc schema sine ulterioribus mutationibus ad Provincias mittendum esse, quo liberius Patres ad id deputandi animadversiones suas facere possint.

Iamvero exemplaria quae R. V. accipiet ita distribuenda sunt:

a) Unum sibi reservet et, quantum fieri potest, ipse R. V. illud perpendat ac suas animadversiones, si occurrant, mecum communicet.

b) Alterum Rectori tradat Collegii Nostrorum philosophici vel theologici, ut idem praestet; quod si in ista Provincia duo exstent huiusmodi Collegia inter se distincta, utrique Rectori suum tradendum erit exemplar.

---

(1) V. supra, pag. 784.

(2) Cf. supra, pag. 510.

c) Reliqua exemplaria R. V. tradenda curet duobus (aut quattuor, si duo Collegia habeantur) peritis Patribus, quos ad id R. V. putet aptissimos, qui ex officio totum schema et singulos eius articulos quam accuratissime examinent, ac deinde suas animadversiones Romam directe mittant. Quos vero censores designaverit, velit R. V., prima data occasione, separatis litteris mihi significare.

d) Etiam in Provinciis (perpaucis iis quidem), quae nullum habeant tale Nostrorum Collegium, duo assignentur periti Patres qui item schema examinent et animadversiones faciant.

e) Ad Viceprovincias vel Missiones dependentes, quae aliquod Nostrorum Collegium habeant, hinc recta nos ipsi sufficientia exemplaria mittemus, ut etiam ibi idem fiat; reliquae vero Viceprovinciae vel Missiones nihil huiusmodi praestare tenentur.

Secundum has normas numerus exemplarium ad singulas Provincias mittendus computatus est; quodsi ex errore aliquod exemplar desit, petatur a Patre Societatis Secretario, qui statim submittet.

Enixe rogo ut omnes, praesertim Patres ex officio designati, hunc laborem fideliter et cum omni diligentia perficiant, et quod ad animadversiones scribendas normis sese accommodent, quas in schedula simul cum exemplaribus Rationis Studiorum mittenda invenient. Nam, quanquam in ipsis fasciculis schematis post singulas paginas pagina alba relicta est in commodum Censorum, ut annotationes quae legendo occurrant statim scribere queant, attamen eas etiam in schedulis quas dixi transcribere ne omittant; quod quidem necessarium est ut animadversiones undique ad nos mittendae inter se dein conferri et ordinatim disponi atque perpendi possint.

Censores ex officio designandi, quemadmodum et ipse Provincialis ac Rectores, non prohibentur, si quando id expedire putaverit, de peculiari aliqua quaestione alium Patrem in re specialiter peritum interrogare; secretum tamen omnes servare debent.

Tempus ad hunc laborem conficiendum non ultra tres menses a die quo hae litterae ad vos pervenerint producatur; quo expleto (vel etiam prius, si quis maturius sese expedierit), suum

quisque schematis exemplar cum suis animadversionibus Romam restituat ad Patrem Secretarium.

Commendo me ss. SS.

Tusculi, in festo Assumptionis B. M. V.
die 15 augusti 1934.

R^{ae}. V^{ae}.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

P. S. - Grati etiam erimus si quis, quando res id ferat, praeter animadversionem suam, novum quoque modum proponat, quo rem aptius exprimendam esse putet.

81. **29 augusti 1934.**

De « Die Missionum » studiose parando et peragendo.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Appropinquante iam *Die Missionum,* qui hoc anno die 21 octobris recurret, non est cur in Nostrorum zelo exstimulando multus sim, cum sufficiat ut per R.^m V.^m in eorum mentem ea redigam, quae superioribus annis, sive persuadendo sive industrias suggerendo, ipsis commendaveram (1). Velit igitur R. V., ea ratione quae sibi magis opportuna videbitur, meas illas commendationes renovare, ut etiam hoc anno omnes Nostri pro suo quisque munere hunc *Diem Missionum* re vera cordi habeant et quam studiosissime promovere curent.

Ceterum hoc iam in felicem consuetudinem apud nos trans-

(1) *Acta Rom.,* vol. VII, 1932, pp. 160-162; 1933, pp. 494-496.

iisse dici potest. Et sane, ut de proximo tantum anno 1933 aliquid dicam, vix non in omnibus nostris Provinciis et Missionibus *Missionum Dies* tam accurate paratus est tamque fervide celebratus, ut eius exitus, Deo conatibus nostris copiose benedicente, exspectationem longe superaverit. Nam relationes acceptae (nec tamen omnes, ut fieri debebat, nobis missae sunt) exhibent eleemosynas a Nostris collectas, in ipso quidem *Die Missionum* summam libellarum italicarum 396.719 attigisse, reliquo vero anno, pro Operibus Missionalibus Pontificiis, summam 855.406 libellarum; quae simul iunctae ad decies centena libellarum millia eoque multo amplius succrescunt (id est = 1.252.125) et fere aequant oblationes proximis his annis a Nostris collectas; ut de fructibus spiritualibus taceam, qui, quamquam humanis oculis non tam pervii, secundum relationes acceptas multum aucti esse videntur.

Qui rei exitus, certe valde felix, eo maiorem meretur considerationem, ne dicam admirationem, cum notum sit, proh dolor!, subsidia pro Missionibus, annis proxime superioribus, ob communem qua totus terrarum orbis premitur pecuniae penuriam, magnam passa esse imminutionem.

Haec dum nobis solatio esse debent, aperte quoque ostendunt studium et industrias Nostrorum, si rite intendantur, multo plures et pretiosiores fructus ferre quam prima fronte fieri posse putetur: idque etiam ex hoc confirmatur, quod, sicut ex memoratis relationibus colligitur, laetiores fructus non semper leguntur apud illas Provincias vel Missiones, quae in meliore oeconomica condicione versantur, sed haud raro in hac sancta aemulatione palmam ferunt pauperiores forte et debiliores Provinciae vel Missiones.

Nemo autem non videt nunc, si unquam alias, Missiones copiosiore christifidelium auxilio indigere; nunc, inquam, quando complures Missiones in rei familiaris angustia fere extrema versantur, quando e converso complures infidelium gentes in veram Religionem amplectendam, Deo afflante, quam maxime inclinantur. Quapropter Superiores domorum Nostrique omnes videant, num etiam ipsi, fortasse resecando per unam hebdomadam quaedam minus necessaria, obolum suum ad magnum hoc opus conferre possint, quod sine dubio Deo gratum nobisque ipsis utilissimum erit.

Moveat igitur nos omnes ad hunc diem rite praeparandum cum divinae gloriae et tot animarum procurandae salutis studium, tum etiam ipsarum Missionum Societati commissarum amor; siquidem hae ab Operum Missionalium Pontificiorum Moderatoribus eo copiosiora subsidia obtinebunt, quo maior fuerit Nostrorum zelus in *Die Missionum* fructuose celebrando.

Denique iterum iterumque rogo ut relationem et oblationum elenchum toties expetitum et praescriptum, omnes ad quos pertinet tempestive conficere et Romam mittere ne omittant, foliolis adhibitis, quae simul cum his litteris R. V. accipiet.

Commendo me ss. SS.

Vico-Aequensi, die 29 augusti 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

82. **24 septembris 1934.**

Quidam elenchi petuntur de Professoribus et Scholasticis in ordine ad gradus academicos.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Rae. Vae. mitto aliquot exemplaria paradigmatum utriusque illius Elenchi, de quo sermo est in « Annotationibus quibusdam ad Statuta Facultatum Theologiae et Philosophiae in Collegiis S. I. erectarum » die 13 maii datis (pag. 12 n. 9) [1], id est:

a) *Elenchus Nostrorum, qui promoti sunt ad gradus academicos;*

b) *Elenchus Nostrorum, qui ab assequendis gradibus academicis dispensati sunt.*

---

[1] Hic pag. 795.

Rogo autem ut hac prima vice informationes illae dentur non de solo anno scholastico proxime elapso, sed etiam de anno praecedente: ab eo videlicet anno, quo gradus academici secundum Constitutionem Apostolicam « Deus scientiarum Dominus » conferri coepti sunt. Deinceps vero in fine cuiusque anni scholastici huiusmodi Elenchi ad annum scholarem nuper expletum sese referentes ex officio ad nos mittendi erunt, eorumque paradigmata, quando opus erit, a me peti poterunt.

Item mittimus aliquot (et plura, si opus sit, expeti possunt) folia ad *informationes* habendas *de singulis Professoribus,* pro quibus « Nihil obstat » Sanctae Sedis a Patre Nostro, secundum novas ecclesiasticas leges (cfr. epist. Patris Nostri d. d. 13 maii 1934, n. 8) peti debet (1); quae quidem folia rite completa tempestive remittantur. Proximis vero annis de iis tantum hae informationes dari debent, qui tunc primum ad docendum in illa Facultate assumuntur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 24 septembris 1934.

R.ae V.ae

Servus in Xto.

IOSEPHUS MARTÍ

Secr. Soc. Iesu.

83. **2 octobris 1934.**

Dubium declaratur de confessione navigantium et de num. 16 *nostri « Elenchi facultatum ».*

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:

P. XTI.

Mandante Patre Nostro, R.m V.m attentam facio ad Responsum a Pontificia Commissione ad canones Codicis iuris canonici interpretandos nuper datum *de confessione navigantium* (2).

(1) V. supra, pag. 782.

(2) *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pag. 494.

Secundum can. 883 § 1 sacerdotes omnes maritimum iter arripientes confessiones audire possunt dummodo facultatem rite acceperint vel *a proprio Ordinario* vel ab Ordinario portus in quo navim conscendunt vel etiam ab Ordinario cuiusvis portus interiecti. Iam vero, ex illo responso Commissionis die 30 iulii huius anni dato, verba « proprius Ordinarius » de solo Ordinario loci intelligi debent, non vero de Superioribus maioribus Religionis clericalis exemptae.

Quare in nostro « Elencho facultatum » in annotatione ad n. 16 apposita, delenda est ultima pars sententiae, et servanda sunt haec sola verba: « Id est Ordinarius loci ».

Velit R. V. haec cum nostris Sacerdotibus opportuna quadam ratione tempestive communicare.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 2 octobris 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
IOSEPHUS MARTÍ
Secr. Soc. Iesu.

84. **29 septembris 1934.**

De novo periodico in Indiis vulgando et ab omnibus nostris indicis Missionibus adiuvando.

AD OMNES SUPERIORES REGULARES ET RECTORES COLLEGIORUM MISSIONUM IN INDIA.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Iam vobis notum est, Reverendi Patres in Christo carissimi, illud consilium quod in nostro congressu romano Superiorum Regularium Missionum Indiae examinavimus, scilicet condendi periodicum altioris ordinis, in eo esse ut proximo mense ianuarii executioni mandetur sub ductu Patris Michaelis Ledrus (1), qui

(1) E Missione Calcuttensi-Ranchensi (Prov. Belg.).

per hos ultimos menses hoc opus accurate praeparavit. Finis huius periodici erit similis aliis nostris periodicis eiusdem generis ac *Civiltà Cattolica,* nempe principia catholica exponere et defendere, mentem catholicam declarare circa quaestiones quae mentes hodiernas agitant et praesertim res Indianas secundum haec principia tractare. Non est cur vobis dicam momentum talis periodici, cum omnibus compertum sit directionem solidam ubique desiderari circa varia problemata nostrorum temporum. Opus certe pulcherrimum et maxime fructiferum, sed tiam difficile, quod a sola Missione Calcuttensi curari non potest.

Meum igitur desiderium est ut omnes Missiones nostrae Indiarum pro viribus et secundum spiritum Sancti Patris Nostri Ignatii ad hoc opus pro bono communi et maiore Dei gloria cooperentur, aliae scriptores aptos designando qui articulos Directori huius periodici mittant, aliae saltem initio etiam pecuniis adiuvando, omnes vero curando ut novum periodicum in Indiis cognoscatur et quamplures subscriptores inveniat. Quidquid ad fraternam cooperationem fiet pro certo habeatis fore Divinae Maiestati gratissimum et uberrimis benedictionibus caelestibus compensatum iri.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 29 septembris 1934.

Rae. Vae.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

85. **15 octobris 1934.**

De Expositione universali Preli Catholici pro parte quae Societatem spectat paranda et adiuvanda.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Moderatores ephemeridis, cui titulus « L'*Osservatore Romano* », cum anno proximo 1935 LXXV annum, ex quo eadem ephe-

meris edi coepta est, celebraturi sint, decreverunt quaecumque in orbe universo a Catholicis, sive folia diurna sive periodici libelli typis evulgantur, publice spectanda exponere; id consilium Summo Pontifice, nedum approbante, at ultro Villam suam Castri Gandulphi huic operi exsequendo concedente [1]. Nec dubium est quin plurimi, sive ex Italia sive ex ceteris règionibus, cotidianos vel periodicos libellos a se editos exponendo, validam operam conlaturi sint, quo luculentius omnibus, vel ipsis catholicarum rerum imperitis, pateat quantum Catholici, etiam in hac parte, et ingenio praestent et arte valeant.

Iamvero, cum Societas nostra in hoc apostolatus genere, Deo favente, insignem locum teneat, omnino convenit ut in hanc veluti palaestram munitissimi Nostri descendant; non quidem vanae cuiusdam gloriolae captandae causa, sed ut homines « videant opera nostra bona et glorificent Patrem nostrum qui in caelis est ».

Quamobrem R^{m}. V^{m}. enixe rogo, ut cum Moderatoribus omnium periodicorum a Nostris editorum rem communicare velit, eosque inducat ut quam primum scriptis litteris suam huic operi assensionem nobis significent, summatim etiam indicando quae periodici sui exemplaria exponenda proponant; haec vero, suo tempore, iis omnibus indicationibus erunt communienda, quae eiusdem periodici historiam, vitam, incrementum valeant explanare.

Quo plenius autem totum negotium cognoscatur, aliquot programmatis exemplaria mitto [2], cui quidem programmati ulteriores dein declarationes adiicientur.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 15 octobris 1934.

R^{ae}. V^{ae}.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) Deinde tamen hoc consilium mutatum est, et statutum fuit Expositionem in Civitate Vaticana habendam esse.

(2) Hoc primum programma hic exscribere supervacaneum visum est, praesertim quia dein multa mutata sunt.

86. **28-30 octobris 1934.**

De pugna contra atheismum a Nostris strenue promovenda deque Secretariatu ad id Romae constituto.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

R[ae]. V[ae]. mitto duo exemplaria epistolae, quam Pater Noster dat omnibus Patribus qui in Provinciis designati sunt ad pugnam contra atheismum promovendam, secundum litteras eiusdem Patris Nostri, die 27 aprilis h. a. datas (¹).

Velit R. V. unam ex his epistolis sibi retinere ad rei notitiam habendam et opportune, si opus sit, urgendam; alterum vero exemplar Patri ad id designato tradere eique rem tanti momenti etiam atque etiam commendare.

R.[m] V.[m] autem rogo ut nomen Patris in sua Provincia designati mecum communicare velit, nisi id iam Patri Generali nuntiatum sit.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 30 octobris, 1934.

R[ae]. V[ae].
Servus in Xto.
IOSEPHUS MARTÍ
Secret. Soc. Iesu.

AD PATRES QUI IN PROVINCIIS PUGNAM CONTRA ATHEISMUM DIRIGUNT AC PROMOVENT.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Litteris ad universam Societatem die 27 aprilis huius anni datis, omnes Provinciarum Praepositos rogavi ut aptum Patrem, qui pugnam contra atheismum in Provincia dirigeret, designarent (²). Quod quidem iam in multis Provinciis factum esse non sine gaudio audivi, et in reliquis ut mox fiat valde exopto.

(¹) V. supra, pagg. 766-772.
(²) V. supra, pag. 772.

In eadem epistola promiseram me curaturum ut centrum quoddam Romae constitueretur, quod « actuosam Nostrorum operam efficaciter adiuvare posset» ([3]). Cum autem nunc frequentiores hinc illinc ad me petitiones deferantur, quibus ad hanc promissionem adimplendam urgeor, siquidem huius centralis auxilii magis in dies persentitur necessitas; non obstante magna difficultate aptos homines inveniendi, tamen, Deo favente, iam nunc promissa solvere possum, peculiarem ad id Secretariatum statuens, qui sedem habet Romae apud Pontificium Institutum Orientale (*Piazza S. Maria Maggiore, 7* - ROMA, 128), eiusque curam aget P. Iosephus Ledit, e Prov. Oregoniensi, in eodem Instituto Orientali Professor et Praefectus spiritualis Pontificii Collegii Russici, addito socio P. Ioanne Ryder, e Prov. Angliae, uno e primis inter Nostros qui in ritu orientali non ita pridem Romae sacerdotio initiati sunt.

Huius Secretariatus erit informationes accuratas et, quantum fieri poterit, universales colligere de diffusione seu « propaganda » (quam dicunt) atheistica directa et indirecta per orbem terrarum, collectasque distribuere; peculiari autem ratione ea diligenter investigare quae in atheistarum patria, Russia nempe communistica, contra Deum et religionem fiunt et tam difficulter resciri possunt; petentibus informationes dare eosque consiliis et suggestionibus iuvare; de omnibus denique Patri Generali plenas relationes exhibere, ut omnes Nostrorum hac in re modestos labores apte dirigere et opportune coordinare possit; atque ita centro centrum, Moscovitico nempe Romanum, aliquali ratione opponatur.

Quapropter R. V. persuasum sibi habeat magni momenti in Domino esse officium sibi commissum, atque ea alacritate quae tanto negotio convenit, quaecumque in sua Provincia de communistarum impia coniuratione et « propaganda » congerere potuerit, accurate tamen certa pro certis et dubia pro dubiis referens, necnon quae ad illas machinationes impediendas fiant, Romano huic Secretariatui identidem mittere curet. Quod si Patres ex omnibus mundi regionibus in quibus Societas nostra sub Christi Vexillo militat, id contentis viribus fideliter praestent, nullum dubium quin hoc novum opus, sub singulari S. Mi-

---

(3) V. supra, pag. 772.

chaelis Archangeli protectione constitutum, ad Dei gloriam et animarum salutem haud parum conferre possit.

Exinde etiam ipsi R.ae V.ae non parva derivabitur utilitas ad munus suum efficacius adimplendum: ab hoc enim centro authenticas informationes de nefanda illa atheistarum per universum mundum activitate R. V. obtinebit, et praesertim de Russia; quibus poterit ipsas forte de sua regione notitias complere atque copiosam materiem sibi parare ad communistarum atheismum conferentiis, foliolis, ephemeridibus etc. validius oppugnandum.

R.ae V.ae laboribus paterne in Domino benedico et ss. SS. me enixe commendo.

Romae, die festo D. N. Iesu Christi Regis,
28 octobris 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

87. **13 novembris 1934.**

S. Stanislaus Kostka Patronus et exemplar proponitur Cruciatae Eucharisticae Apostolatus Orationis.

AD OMNES PROVINCIARUM PRAEPOSITOS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Quas de cultu nostrorum Sanctorum magis magisque fovendo litteras die 27 aprilis anni 1933 ad Provincias Italiae primum dedi (1), ac dein cum universa Societate communicavi (2), eas Nostris omnibus gratissimas fuisse et optimos iam nunc fructus ferre coepisse ex multis epistolis laetus accipio.

Iamvero, dum hodie iuniorem e nostris Sanctis, immo om-

(1) V. supra, pagg. 410-442.
(2) V. supra, pag. 447.

nium Sanctorum Confessorum natu minimum, festiva commemoratione colimus, mihi in mentem venit peculiarem eius cultum fovendi rationem suggerere, ad propriam amabilissimi Stanislai notam accommodatam. Cum enim ubique, Deo favente, *Cruciata Eucharistica Apostolatus Orationis,* cuius finis est animos fidelium ad perfectiorem devotionem eucharisticam stimulare (1), nova in dies incrementa feliciter suscipiat, peropportunum visum est ut haec agmina S. Stanislaum peculiarem sibi Patronum adsciscant (2) ac pie venerentur.

Et sane fervidi SS. Eucharistiae cultores et apostoli, cuiuscumque sunt aetatis, in Stanislao invenient absolutissimum eucharisticae pietatis exemplar; sed potissimum in eum respiciant oportet iuniores Christi milites, qui cruce signati et fortium Pane nutriti ad praelia Domini strenue praelianda sese accingunt. A Stanislao addiscent semper et ubique se probos et studiosos adolescentes exhibere et in suis muneribus fidos atque in propositis constantes se praestare; addiscent suam fidem nullo hominum respectu palam profiteri; addiscent angelicum Panem eo vehementius esurire quo studiosius angelicam virtutem mediis in mundi illecebris intactam custodire curant; addiscent denique Angelorum Reginam tenerrima ut Matrem prosequi dilectione.

Quam quidem erga Deiparam Virginem intimam atque sinceram pietatem ab eucharistico cultu nunc proh dolor! nimis dissociare conantur nonnulli, quasi scilicet Iesu amor a Mariae amore quodammodo impediatur. His vero Stanislaus suo ipse exemplo ostendet quam belle hi duo amores in eodem virgineo corde invicem foveantur.

Fieri autem nequit quin, nunc maxime si unquam alias, adolescentes, quorum animi ad pulchra et fortia admiranda atque aemulanda tam facile exardescunt, fieri nequit, inquam, quin amabili et virili Stanislai sanctitate ad austeriora quoque

---

(1) Cfr. *Manuale Apostolatus Orationis,* Roma 1934, pag. 38, num. 76.

(2) Id iam alicubi factum est, v. gr. Augustae Taurinorum in nostro templo SS. Martyrum sollemniter anno 1931: cf. *Nuntius ad Nuntios,* VIII (1932) 22, ubi etiam exscribitur « Oratio ad S. Stanislaum Kostkam Patronum Cruciatae Eucharisticae » quae illic adhibetur quaeque belle recenset praecipuos titulos eucharisticos ipsius Sancti ad talem patronatum.

christianae legis praecepta sancte servanda alliciantur. A Stanislao enim edocebuntur se ad aeterna natos esse non ad terrena, ideoque ad illa se vivere debere, non ad ista; a Stanislao edocebuntur gravissimas quasque insectationes potius pati malle quam a Dei servitio vel minimum deflectere; et fiducia in Deo suffulti omnes difficultates fortiter vincere addiscent, ut divinae vocationi pareant.

Atque ita fiet ut inter iuvenes Cruciatae Eucharisticae addictos sacerdotalis vel etiam religiosae vocationis germina praelucente Stanislai exemplo ac patrocinio favente et copiosius iaciantur et studiosius excolantur et felicius evolvantur, augescente propterea in dies illorum numero, de quibus eximium illud dari possit testimonium, quod S. Petrus Canisius ad S. Franciscum Borgiam prophetico vere dixeris afflatu de Stanislao scribere non dubitavit: « Nos de illo praeclara speramus! » (3). Nam, — ut verbis utar Patris Beckx, — « si verus fuit P. Lancicius in celebri illa ad P. Spinellium epistola, quam omnibus ut legant perlegantque auctor sum, nihil est virtutis, nihil sanctitatis, nihil absolutissimae perfectionis, quod ab amplificato Stanislai cultu, eiusque patrocinio impetrato, iure et merito sperare non liceat » (4).

---

(3) *Epist. S. Petri Canisii ad S. Franc. Borgiam,* Monachio, die 25 sept. 1567 data, cuius autographus Romae in sacris cubiculis S. Stanislai ad S. Andreae pie servatur ut pretiosa trium Sanctorum reliquia. Iuvat hic exscribere integrum locum qui ad S. Stanislaum pertinet:

« Tertius mittitur Stanislaus Polonus nobilis, probus et studiosus adolescens, quem Viennenses nostri novitium recipere ausi non fuere, ut ne familiam eius exacerbare viderentur. Cum venisset ad nos, et cuperet explere votum diuturnum (nam ante annos aliquot se Societati, priusquam admissus esset, plane devovit), Dilingae in convictorum collegio fuit probatus ad tempus, seque in ministerio fidum et in vocatione constantem semper praestitit. Optabat interim Romam mitti, ut a suis, quorum persecutionem metuit, longius abesset, maioresque progressus faceret in pietate. Intra novitios nostros nunquam vixit, quibus isthic poterit adhiberi, ut iustum tyrocinii sui specimen praebeat; nos de illo praeclara speramus. Neque moleste feret Paternitas Tua, uti confido, hunc iniussum accedere, non solum quia haec mittendi se obtulit occasio, verum etiam quod ipse, nondum a nobis omnino receptus, ita fieri desideraret ». — Cfr. Braunsberger, *B. Petri Canisii Epistulae et Acta,* vol. VI, pp. 62-64.

(4) *A. R. P. Petri Beckx Adhortatio et decretum quo S. Stanislaus Kostka tyrociniis omnibus S. I. Patronus datur*: actum Romae in Domo

Non tamen sufficit ut Stanislaus Cruciatae Eucharisticae sodalibus Patronus peculiaris proponatur ac proclametur, sed debent praeterea aptae industriae adhiberi quo maior eius notitia inter adolescentes promoveatur: pulchrae imagunculae large spargendae, maiores imagines in aulis quo Cruciati convenire solent expositae, in vexillis pulchre depictae, et similia. Potissimum vero varii libelli ad varias iuvenum classes accommodati edantur oportet, prolixiores alii alii breviores, quibus Stanislai gesta vivide narrentur; quae quidem gesta, ut paulo ante obiter tetigi, ea sunt, ut non possint non allicere nostrorum temporum iuvenes, quippe quae cum horum ingenio mire congruere videantur: constans illa animi ad altiora contentio, heroicus difficultatum contemptus, longa itinera tam variis casibus plena, tam ardens Eucharistica et Mariana pietas, suavissima simul ac fortissima mors caelestibus deliciis perfusa; haec omnia (inquam), si belle describantur, iuvenum animos singulari erga Stanislaum admiratione prius afficient ac dein ardenti devotione et pio eum aemulandi studio inflammabunt, magno cum ipsorum spirituali emolumento.

Velit igitur R. V. hoc meum consilium cum iis praesertim e Nostris communicare, qui Cruciatae Eucharisticae dant operam, ut illud suum faciant et exsequantur. Neque vero exspectandum ut haec S. Stanislai in Cruciatae Eucharisticae Patronum designatio ex officio vel Sanctae Sedis decreto fiat: sufficit enim, saltem interea, ut singuli Cruciatae coetus de facto S. Stanislaum qua peculiarem suum Protectorem colant ac celebrent quantum per leges liturgicas licet. Quod si deinde aliquid amplius faciendum videretur, id profecto pro viribus opportuno tempore obtinendum curare non omittemus.

Faxit Deus ut, quemadmodum Pius IX, dum festum S. Stanislai, curante R. P. Ioanne Roothaan et compluribus Episcopis postulantibus, ad totam Italiam et Insulas adiacentes extendendum esse die 3 februarii 1847 decerneret, de omnibus fidelibus ominabatur, potiore quodam iure de Cruciatae Eucharisticae militibus fiat; ut nimirum, « Stanislai exemplo allecti validissimoque patrocinio roborati, tempus instanter operando redimant,

---

Probat. ad S. Andreae die 23 nov. 1868: in libello cui titulus « Officium parvum S. Stanislai Kostka etc. », Cracoviae 1912, pag. 17.

ac ad omnem iustitiam mandatorumque Dei perfectiorem observantiam animum addicant » ([1]).

Commendo me ss. SS.

Romae, die festo S. Stanislai Kostka
13 novembris 1934

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

88. **24 novembris 1934.**

De iuvanda praeparatione Expositionis Vaticanae Preli Catholici.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIALES ALIOSQUE SUPERIORES MAIORES AMERICAE LATINAE.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Reverendissimus Dom. Iosephus Monti, Secretarius generalis Coetus ad futuram Preli Catholici Expositionem parandam constituti, de qua in meis litteris die 15 octobris datis sermonem feci ([2]), me enixe rogavit ut in singulis regionibus Americae Latinae quendam Patrem designarem, qui ipsum adiuvet ad talem Expositionem apte parandam.

Non agitur interea nisi de indicandis eidem Rev.mo Domino omnibus periodicis, ephemeridibus et similibus, etiam mere piis vel scholasticis, in vestra regione editis, quae catholicum prelum vere dici possint; res autem sat late sumi debet, ita ut comprehendantur scientificae quoque lucubrationes ab Institutis scho-

([1]) *Bullarium S. I.*, ms. 1775-1907, pag. 187.
([2]) V. supra, pagg. 868-869.

lasticis catholicis editae, praesertim si in seriem aliquam conveniant ideoque alique ratione ut libelli periodici haberi possint.

Cum de re agatur summi momenti eaque Summo Pontifici valde cordi sit, velit omnino R. V. aptum Patrem ad id designare, qui deinceps cum Rev.mo Dom. Iosepho Monti (Comitato Esposizione Stampa Cattolica, Via della Tipografia, *Città del Vaticano*) recta communicare incipiet. Nomen autem Patris designati etiam mihi indicare ne omittat.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 24 novembris 1934.

R[ae]. V[ae].
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

89. **27 decembris 1934.**

De causa beatificationis Servi Dei P. Francisci de Paula Tarín nuper apud Sacram Rituum Congregationem ex officio introducta.

AD UNIVERSAM SOCIETATEM.

REVERENDI PATRES ET FRATRES IN XTO. CARISSIMI:
P. XTI.

Quamquam scio iam, curante P. Postulatore generali, ad Provincias missa esse per domos distribuenda complura exempla recentis decreti Sacrae Rituum Congregationis, die 14 novembris dati, quo introductio causae Servi Dei Francisci de Paula Tarín († 1910) ex officio edicitur et promulgatur (1), meum tamen esse duco hoc decretum peculiari ratione universae Societati indicare, utpote quod Nostris omnibus magnae profecto laetitiae in Domino et magno spirituali fructui esse possit atque tiam debeat.

Nam, ut vobis, Reverendi Patres Fratresque carissimi, notum esse iure censeo, ex variis nostris beatificationis causis ad

(1) V. supra, pagg. 702-705.

praesens saeculum vigesimum pertinentibus, seu Nostros spectantibus qui hoc ipso saeculo mortui sunt, haec prima est quae adhuc officialem introductionem apud Sacram Rituum Congregationem nacta sit; qui quidem gressus in hac longa ad altarium honores via est valde notabilis, etsi tantum liminaris. Gaudeamus igitur et gratias Deo agamus oportet, quod benignissimus Dux et Rex noster, nostris quoque temporibus, in sua Societate tam strenuos milites et servos fideles suscitare non intermittat, quorum laus in Ecclesia sit quique digni habeantur qui christianis populis venerandi atqui imitandi proponi possint.

Sed praeter hanc, quam extrinsecam dicerem, aliam nobis eamque maioris momenti laetitiae rationem praebet decretum introductionis causae beatificationis Patris Tarín: in hoc enim eximio verbi Dei praecone absolutum exemplar suspicimus veri at moderni Societatis Operarii, id est qui germano Societatis spiritu secundum antiquorum Patrum traditiones imbutus, temporis necessitatem bene cognoscat et intime sentiat iisque apta remedia afferre sciat. Et sane, talis fuit Pater Tarín: valetudine haud firma plerumque usus, totum tamen se dedit saluti animarum procurandae, atque ad eas potissimum iuvandas quae auxilio magis indigerent semper paratus, pauperes et rudes ditioribus excultisque praeferens ac nullis parcens laboribus, in missiones populares per totam fere Hispaniam indefessus complures annos incubuit; et quando, fractus viribus, domi fere continenter consistere debuit, praesertim in Residentia Hispalensi (Prov. tunc Tolet., nunc Baet.), cuius etiam prudens Superior diu fuit in eaque diem supremum obiit, variis Societatis ministeriis aptissime simul et sanctissime functus est. Uberiores vero in dies ut fructus colligeret, sibi diffisus, insignem in se aliisque fovit pietatem erga SS. Cor Iesu, cuius efficaciam ad peccatores Christo lucrandos mirum in modum haud raro expertus est. Ad se autem quod attinet, clarissima Sanctorum nostrorum exempla aemulatus, iam inde a tempore scholasticatus, fervido orationis ac mortificationis studio assidue instare coepit; quod quidem duplex studium dein tanto cum ardore prosecutus est, ut maxime quod ad paenitentiarum corporalium usum fere miraculi instar habendus visus sit.

Itaque vobis omnibus, Reverendi Patres Fratresque carissimi, hunc praeclarum Societatis filium admirandum imitan-

dumque propono; eius gesta et vos ipsi cognoscere et aliis cognoscenda exhibere diligenter curetis velim; aegrotos aliosque quibusvis vitae aerumnis pressos pro re nata suaviter urgere ne omittatis, ut ad validam huius Servi Dei intercessionem fidenter confugiant; quo fiet ut, Deo dante, brevi haberi possint miracula, quae ad eius beatificationem obtinendam necessaria sunt.

Vestris ss. SS. et orationibus me enixe commendo.

Romae, in festo S. Ioannis Evangelistae,
die 27 decembris 1934.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

90. **Anno 1934.**

Litterae quaedam Postulatoriae ad Summum Pontificem a Patre Nostro nomine Societatis datae.

I.

(21 iunii 1934)

De introductione causae Servi Dei
P. PII BRUNONIS LANTERI
FUNDATORIS OBLATORUM B. M. V. (1).

BEATISSIME PATER,

Tot inter claros viros, qui anteacto saeculo Subalpinam regionem illustrarunt, quorum nonnulli a Sanctitate Vestra altarium honores sunt consecuti (2), alius quoque pari pietate illustris vir, et quidem omnium tempore primus atque ideo eorum

(1) Obiit Pinerolii in Subalpinis die 5 augusti 1830.

(2) Hi sunt: S. Iosephus Benedictus Cottolengo, S. Ioannes Bosco, B. Iosephus Cafasso.

velut antesignanus effulgere videtur, Pius Bruno Lanteri, multis pro Ecclesia Dei exantlatis laboribus insignis.

A praeclaro viro Patre Nicolao de Diessbach e Societate Iesu (3), aliorum quoque bene multorum Christi militum duce eximio, ad proelia Domini strenue proelianda educatus, turbulentissimis illis temporibus tot Lanterius noster pro Dei causa aggressus est facinora, tot sagaces pro animarum bono expertus est industrias, tot undique perpessus est persecutiones, ut iure meritoque ab aliis quidem « verus Pedemontii apostolus », ab aliis « fidei defensor acerrimus », ab aliis « novus in sacro igne excitando Nehemias » vocari meruerit.

Mirum quantum vir Dei, valetudine ceteroquin vix non semper infirma, adlaboraverit maxime ad ingentem bonorum librorum copiam in vulgus spargendam, ad varias easque utilissimas consociationes excitandas dirigendas, apostolico zelo inflammandas, quibus, tempora praecurrens, Actioni Catholicae, a Sanctitate Vestra tantopere commendatae, vera quadam ratione prolusisse dicendus est. Eius autem merita cumulavit institutio novae Congregationis religiosae, Oblatorum B. Mariae Virginis nuncupatae, qua mirabilem vitae suae operositatem in aevum produxit, quaeque tanti Patris vestigia fidelissime premit.

Nihil itaque mirum si complures vehementer exoptent ut Apostolica Sedes, cui Dei Famulus addictissimus erat, de Beatorum honoribus ei tribuendis agere velit. Et cum iam Ordinarii Processus absoluti sint et publica eius Sanctitatis fama in dies clarescat, supplices undique ad Sanctitatem Vestram afferuntur litterae, ut Causae beatificationis et canonizationis Servi Dei Pii Brunonis Lanteri consuetam Introductionis Commissionem signare dignetur.

His autem communibus votis, mea quoque, Beatissime Pater, ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime provolutus, addere audeo, idque eo libentius quod clarissimus hic Dei Famulus minimae

(3) P. Nicolaus de Diessbach, natus Bernae in Helvetia anno 1732, e Calvinismo ad catholicam fidem conversus, Societatem ingressus est anno 1759. Tempore suppressionis diu vixit Augustae Taurinorum (1773-1783), dein Vindobonae in Austria, ubi inter alios eius spirituales alumnos eminebat S. Clemens Hofbauer e Congr. SS. Redemptoris. Magna cum sanctitatis fama obiit Vindobonae anno 1798.

Societati Iesu amicissimum semper se praebuit (4), et non modo initio vitae suae cum Patre Nicolao di Diessbach, ut supra innui, sed etiam iam senescens singulari amicitiae vinculo Augustae Taurinorum devinctus erat cum alio e nostra Societate praeclaro Dei Servo P. Ioanne Roothaan, quem deinde paulo ante pium obitum suum ad supremum Societatis regimen evectum vidit et intimo gaudio gratulatus est (5).

Sacros Sanctitatis Vestrae pedes humillime deosculans, Apostolicam Benedictionem fidenter imploro.

Romae, die festo S. Aloisii Gonzagae,
21 iunii 1934.

L. ✠ S.

Sanctitatis Vestrae ultimus filius
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

II.

(3 octobris 1934)

De introductione causae Servae Dei
EUGENIAE JOUBERT
EX INSTITUTO SANCTAE FAMILIAE SS. CORDIS (6).

BEATISSIMO PADRE,

Compiuti ormai i processi ordinari sulla fama di santità, sulle virtù e miracoli della Serva di Dio Suor Eugenia Joubert, Religiosa della Santa Famiglia del Sacro Cuore, mentre se ne prepara l'introduzione della Causa presso la Sacra Congregazione dei Riti, unisco ben volentieri l'umile mia supplica alle autorevoli voci dell'Episcopato Francese e Belga e di altri Superiori religiosi per affrettare questo primo passo alla glorificazione in terra di quell'anima candida e generosa.

---

(4) Societatem etiam ingredi cogitarat et vehementer optarat: cf. *Epistolae Ioannis Phil. Roothaan,* vol. I (nuper editum, ut dictum est hic supra, pag. 743), pagg. 252, 256, 258, 264, 277, 278, 279.

(5) Exstat etiam nunc pulcherrima eius epistola gratulatoria ad Patrem Roothaan.

(6) Obiit Leodii in Belgio anno 1904.

E a ciò m'induco tanto più facilmente in quanto che l'Introduzione di questa Causa tornerà di singolare decoro e grande lustro al fervente e sì benemerito Istituto della Santa Famiglia del Sacro Cuore, che riconosce in un figlio della Compagnia di Gesù, P. Stefano Rabussier ([7]), lo strumento provvidenziale di cui si è servito il Signore per suscitare nella sua Chiesa questa nuova Famiglia religiosa.

Chi ha scritto la Vita della Serva di Dio Suor Eugenia Joubert, non dubitò d'intitolarla « Una epopea di fortezza »: e Suor Eugenia fu veramente un'anima forte, ma di quella fortezza tutta umile e nascosta che solo la Croce di Gesù Cristo sa produrre e solo il Sacro Cuore di Gesù sa sostenere sempre all'altezza dell'eroismo cristiano. Quasi contemporanea dell'amabile Santa di Lisieux, Suor Eugenia ha molti tratti di somiglianza con Santa Teresa del Bambino Gesù, specialmente quella sublime infanzia spirituale e quell'eroico sorriso nel dolore che il popolo cristiano non si sazia di ammirare nella giovane Taumaturga del Carmelo.

Prego quindi umilmente Vostra Santità che si degni aprire la via per la quale possa incamminarsi verso la gloria degli altari anche questo nuovo modello di dolce serenità in mezzo alle molteplici prove della vita, questa nuova gemma di perfezione religiosa, che « consummata in brevi », cioè nel breve giro di 28 anni, di cui nove soli passati nel chiostro, seppe davvero « explere tempora multa », sì da meritare che il suo sepolcro diventasse ben presto glorioso per numerose grazie attribuite alla sua intercessione: preziose tra le altre, quelle di conversioni e favori concessi nelle lontane Missioni dell'Africa; simile anche in questo all'umile Carmelitana che la Santità Vostra non ha dubitato di proclamare celeste Patrona di tutte le Missioni, come per insegnare al mondo che la vera sorgente di un efficace apostolato sta nell'interno fervore e nel sacrificio nascosto.

Prostrato al bacio del sacro Piede, chiedo umilmente l'Apostolica Benedizione.

Roma, 3 ottobre 1934, festa di S. Teresa del B. G.

Della Santità Vostra ultimo figlio

L. ✠ S. WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI

Prep. Gen. d. C. d. G.

([7]) Obiit Pictavii die 9 dec. 1897 (e Prov. Franc.).

91. **Anno 1934.**

Litterae quaedam gratulatoriae vel luctus vel officiosae ad alia Religiosa Instituta aut ad alios externos a Patre Nostro datae.

I.

De canonizatione S. Ioannae Anthidae Thouret, Sororum a Caritate Fundatricis (14 ian. 1934).

AD REV.am M. ANNAM LAPIERRE
ANTISTITAM GENERALEM SORORUM A CARITATE.

Roma, 14 gennaio 1934.

REVERENDISSIMA MADRE GENERALE,

Mentre le campane di tutte le chiese di Roma annunziano all'Urbe e all'Orbe che la parola infallibile del Vicario di Gesù Cristo ha decretato i supremi onori della canonizzazione all'eroica Loro Fondatrice (1), mi permetta di presentare a Lei, Rev.ma Madre, e a tutte le sì benemerite Suore della Carità le mie più sincere congratulazioni. Prego la nuova Santa che voglia sempre più fruttuosamente assistere dal cielo al suo Istituto e attirare su di esso sempre più copiose le divine benedizioni, come auguro di cuore.

Raccomando me e la Compagnia alle preghiere delle degne Figlie di S. Giovanna Antida Thouret, ed Ella, Rev. Madre, mi creda

Di Lei devotissimo nel Signore
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

---

(1) S. Ioanna Anthida Thouret (1765-1826), quae anno 1810 ex Gallia in Italiam venerat, obiit Neapoli die 24 augusti 1826; beatificata est die 23 maii 1926, canonizata die 14 ian. 1934.

II.

In morte Rev.mi P. Francisci Xaverii ab Immaculata Conceptione, ex-Ministri Generalis Ord. SS. Trinit. (10 febr. 1934).

AD REV.um P. ANTONINUM AB ASSUMPTIONE
MINISTRUM GENERALEM ORDINIS SS. TRINITATIS.

Roma, 10 febbraio 1934.

REVERENDISSIMO PADRE,

Prendo viva parte al grave lutto che ha colpito il Loro venerando Ordine con la morte dell'ex-Ministro Generale P. Francesoc Saverio dell'Immacolata. Io ho avuto la fortuna di trattare frequentemente con lui e l'ho sempre ammirato come uomo di non comune perfezione religiosa, di alte viste soprannaturali, di grande bontà; sicchè il suo ricordo mi sarà sempre caramente scolpito nel cuore. Non dubito ch'egli dal cielo continuerà a vegliare sull'Ordine suo che tanto amava e per il quale tanto si è affaticato, e specialmente sulla sua cara Missione del Madagascar, ch'egli con tanto zelo preparò e impiantò e con tanto affetto promosse in mille modi; e confido che anche la Compagnia, che lo educò nella sua promettente giovinezza [1] e fu sempre oggetto della sua benevolenza, avrà in lui un valido amico presso Dio.

Per affrettare l'eterno riposo di quell'anima eletta, se mai ancora abbisognasse dei nostri suffragi, farò celebrare in questi giorni dai miei Padri 100 sante Messe, le quali ad ogni modo varranno a conforto ed aiuto dell'Ordine addolorato per sì grave perdita e avvaloreranno le fraterne condoglianze che a nome di tutta la Compagnia di Gesù presento alla Paternità Vostra Reverendissima e a tutti suoi Confratelli.

Con religioso ossequio, raccomandandomi alle Sue preghiere, mi confermo

Della Paternità Vostra Rev.ma
devotissimo nel Signore
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

---

(1) In Schola Apostolica Ambianensi (Prov. Camp.).

Huic autem epistolae Rev.mus Minister Generalis Ordinis SS. Trinitatis hisce litteris erga Societatem obsequentissimis respondit:

Reverendissime Pater,

Recepi litteras quibus Paternitas Tua nobiscum condolere significasti in obitu Reverendissimi P. Fr. Xaverii Pellerin ab Immaculata Conceptione qui in Collegio Apostolico Patrum Soc. Iesu in civitate Ambianensi in Gallia studiis gymnasialibus operam dederat sub sapienti disciplina Patrum Societatis, cui Tu dignissime praees.

Excipere velis, precor, Reverendissime Pater, gratos animi sensus quos meo et humilis Ordinis SS. Trinitatis nomine, Paternitati Tuae exhibeo, eo quod doloris nostri particeps fieri volueris, praesertim vero ob copiosa et efficaciora, quae in Ecclesia Dei exstant suffragia pro anima defuncti Deo offerre dignatus sis, 100 scilicet Missas.

Ordo noster semper devotus fuit Societati Iesu, eius celebrans scholas, in hisque traditas amplectens opiniones, quae hinc et inde, absque catholicae fidei detrimento, in aulis traduntur.

Egomet, Reverendissime Pater, per quadriennium theologicis et canonicis disciplinis in Universitate Gregoriana operam navavi, sub magisterio insignium Professorum Billot, De Agustinis, De Mandato, Bucceroni, Cornely, Gismondi et Lugari.

Haud immemor beneficiorum a Societate Iesu receptorum, eam pro viribus tuitus sum, scriptis ad Summum Pontificem feliciter regnantem et ad optimam ephemeridem hispanam *La Gaceta del Norte* inscriptam missis occasione iniquae persecutionis cui nuper Societas Tua subiacuit in Hispania. Hac in occasione conlegis Tuis hospitalitatis gratia nostras obtulimus domos tum Matritensem in qua nonnulli Sodales Tui aliquandiu degerunt tum Algortense collegium in quo Societatis Tuae alumni, ex suis eiecti Residentiis exercitia spiritualia simul peragere potuerunt.

Vincula, quibus inclyta Societas Iesu et humilis Ordo noster inter se devinciuntur, perpetua fore exoptat et gratias denuo agit pro litteris benevolentiae plenis, quas mihi inscriptas voluisti.

Romae, 11 Februarii 1934.

Paternitati Tuae
Addictissimus in Christo
Fr. Antoninus ab Assumptione
Min. Gen. O. SS. Trin.

Ad R.mum Patrem
P. Wlodimirum Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

III.

De beatificatione B. Antonii M. Claret, Fundatoris Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis Mariae (28 febr. 1934).

AD REV.um P. NICOLAUM GARCIA
SUPERIOREM GENERALEM MISSIONARIORUM FILIORUM CORDIS IMMACULATAE MARIAE.

REVERENDISSIMO PADRE,

La Paternità Vostra Reverendissima sa molto bene quanto viva parte io prenda al santo giubilo di tutto il Loro Istituto per la beatificazione del Loro grande Fondatore e Padre. Avrei voluto domenica scorsa (1) intervenire personalmente alle solenni cerimonie nella Basilica Vaticana, ma il Signore ha permesso che una leggiera indisposizione mi privasse di questa consolazione. Però, prima che si conchiuda il solenne Triduo festivo in onore del nuovo Beato, al quale pure avrei tanto volentieri partecipato, non posso omettere di attestarLe ancora una volta le sincere e cordiali congratulazioni mie e di tutta la Compagnia di Gesù per l'esaltazione di cotesta sì nobile e grandiosa figura di Missionario, di Vescovo, di Apostolo multiforme (come fu molto bene definito), il cui spirito di zelo infocato, di tenera pietà verso il Cuore Immacolato di Maria, di industriosa attività apostolica si perpetua ne' suoi degni Figli con tanto vantaggio delle anime e decoro della Chiesa.

E' poi di grande consolazione per noi il ricordare l'affetto e la benevolenza singolare che il Beato Antonio Maria Claret ha sempre conservato e in molte circostanze tanto luminosamente dimostrato verso la Compagnia di Gesù, che per alcuni mesi lo contò tra i suoi Novizi (2). Il Signore lo aveva scelto non per esse-

(1) Die 25 februarii 1934, quo die sollemnis beatificatio peracta est.

(2) V. supra, pagg. 667-668. — Novitiatum Romae ad Sancti Andreae inchoaverat iam sacerdos mense octobri 1839, sed proximo mense martio 1840 valetudinis causa inde exire coactus est et de Patris Roothaan consilio in Hispaniam rediit.

re semplice soldato nell'umile milizia di S. Ignazio, ma per essere capitano egli stesso di una nuova scelta milizia; ed anche qui è caro il rammentare come Dio si sia degnato di servirsi di un successore di S. Ignazio, il venerato P. Giovanni Roothaan, per rivelare, sia pure ancora enigmaticamente, al futuro Fondatore i disegni che la divina Provvidenza aveva sopra di lui.

Oso sperare che questi due grandi Servi di Dio che tanto si stimarono e si amarono vicendevolmente in vita, riuniti ora nel cielo continueranno ad amare e proteggere insieme l'una e l'altra famiglia religiosa, le quali di entrambi serbano e serberanno imperitura memoria.

Con questi rinnovati sentimenti di fraterna letizia, che Vostra Paternità Reverendissima avrà la bontà di comunicare a tutti i suoi figli, La prego di voler raccomandare al Beato Claret me e tutta la Compagnia.

Roma, 28 febbraio 1934.

Di Vostra Paternità Reverendissima
devotissimo nel Signore
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

IV.

In morte Honorandi Fratris Adriani, Superioris Generalis Fratrum a Scholis Christianis (6 martii 1934).

AD REV.um FRATREM ALEXIUM FRANCISCUM
PROCURATOREM GENERALEM FRATRUM A SCHOLIS CHRISTIANIS.

MON RÉVÉREND FRÈRE,

Je viens d'apprendre la mort du T. Honoré Frère Adrien et je tiens à vous exprimer tout de suite la grande part que je prends au deuil de toute sa famille religieuse.

C'est de tout coeur que j'unis mes prières à celles que font pour lui tous vos Frères. De plus je ferai célébrer pour le repos de son âme 300 saintes Messes.

Que Notre-Seigneur continue à répandre sur tous les membres de votre Congrégation ses meilleures grâces de sanctification personnelle et d'apostolat.

Je me recommande, Mon Révérend Frère, à vos prières.

Rome, le 6 mars 1934.

Votre serviteur en Notre-Seigneur
WLODIMIR LEDÓCHOWSKI
Préposé Gén. d. l. C. d. G.

Huic autem epistolae ita responsum est:

PROCURA GENERALE
DEI FRATELLI
DELLE SCUOLE CRISTIANE

Rome, le 9 mars 1934.

RÉVÉRENDISSIME PÈRE,

Je viens exprimer à Votre Paternité mes vifs remerciements pour la part qu'Elle veut bien prendre au deuil de notre famille religieuse, très éprouvée par la mort du Très Honoré Frère Adrien. L'épreuve nous est d'autant plus sensible que cette mort était tout à fait inattendue.

Le vénéré Supérieur était parti de la Maison Mère en bonne santé pour aller visiter nos jeunes scolastiques de Lille. Le lendemain de son arrivée il s'est trouvé indisposé et peu de jours après il rendait son âme à Dieu.

Nous prions beaucoup pour le repos de l'âme du regretté défunt. Votre Paternité veut bien s'unir à nos prières par la célébration de trois cents messes. Nous sommes très touchés de cette générosité et au nom de tous nos Frères je La prie d'agréer les sentiments de notre religieuse reconnaissance.

Avec mon très profond respect j'ai l'honneur de me dire, Révérendissime Père,

votre très humble serviteur
F. ALEXIS FRANÇOIS.

Au Révérendissime Père LEDÓCHOWSKI
Préposé Général de la Compagnie de Jésus
Rome.

V.

De canonizatione S. Ioannis Bosco, Piae Societatis Salesianae Fundatoris (1 apr. 1934).

AD REV.um D. PETRUM RICALDONE
RECTOREM MAIOREM PIAE SOCIETATIS SALESIANAE.

Roma, Pasqua di Risurrezione del 1934.

REVERENDISSIMO PADRE,

Quantunque altre volte, specialmente in questi ultimi mesi, la divina Provvidenza mi abbia già presentata opportuna occasione di attestare alla Paternità Vostra Reverendissima e a tutta la grande famiglia di Don Bosco la viva parte che prendo, e con me tutta la Compagnia, alla suprema glorificazione del Loro gran Padre e Legislatore, non posso però lasciar trascorrere questo giorno memorando senza farLe giungere le mie congratulazioni più sincere e gli auguri più cordiali delle più elette benedizioni celesti.

Il Divino Redentore che, per mezzo del suo Vicario in terra, in questo magnifico crepuscolo dell'Anno Santo ha voluto associare al suo trionfo « il Santo e l'Apostolo dei tempi nuovi » come fu bellamente definito, conceda ai degnissimi figli di tanto Padre di mantenere sempre vivo ed immutato e di spandere anzi sempre più nel mondo lo spirito di Don Bosco (siamo troppo avvezzi a chiamarlo semplicemente così, per poter ora mutare repentinamente linguaggio), a grande vantaggio delle anime a cui il nuovo Santo unicamente anelava, e in particolare della gioventù che Gli stava tanto a cuore e per la quale, si può dire, solamente viveva.

Colgo la faustissima occasione per rinnovarLe l'espressione più viva della mia riconoscenza per la bontà che continuamente e dappertutto ci dimostrano i Padri Salesiani, e La prego di implorare anche sopra di me e della Compagnia la potente intercessione di S. Giovanni Bosco.

Della Paternità Vostra Rev.ma
devotissimo nel Signore
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

VI.

De septimo centenario canonizationis S. Dominici (21 iun. 1934).

AD REV.um P. M. MARTINUM GILLET
MAGISTRUM GENERALEM ORDINIS PREDICATORUM.

REVERENDISSIMO PADRE,

Avvicinandosi ormai la solenne commemorazione della gloriosa canonizzazione del grande Patriarca S. Domenico, mi permetta la Paternità Vostra Reverendissima di assicurarLa a nome di tutta la Compagnia di Gesù della viva parte che con fraterna cordialità prendiamo alla legittima esultanza dell'illustre Ordine dei Predicatori.

Dopo la magnifica Lettera Apostolica « Inclytam ac perillustrem » (1), con cui il Santo Padre nella vigilia della festa di San Tommaso di quest'anno si degnò iniziare questa commemorazione centenaria esaltando le grandi benemerenze della Famiglia Domenicana, non mi resta che unirmi umilmente a sì auguste congratulazioni e ai paterni voti del Vicario di Cristo per una sempre maggiore prosperità dell'Ordine a bene e decoro della Santa Chiesa.

Con questi sentimenti non mancherò di offrire pure al Signore 500 Messe che i miei Padri celebreranno nella prima quindicina di luglio.

Con religioso ossequio mi professo

Roma, nella festa di S. Luigi Gonzaga
21 giugno 1934.

Di Vostra Paternità Reverendissima
devotissimo nel Signore
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

---

(1) Cf. *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pagg. 227-232.

Huic autem epistolae a Vicario Generali Ordinis Praedicatorum, absente Magistro Generali, ita responsum est:

CASA GENERALIZIA
DELL'ORDINE
DEI FRATI PREDICATORI

Roma, 26 Iunii 1934.

REVERENDISSIME PATER,

Maxima gratitudine animum nostrum affecerunt litterae datae die 21 iunii cur. an., quibus Paternitas Vestra Reverendissima nomine perillustris ac inclytae Societatis Iesu gratulari dignata est Ordini Nostro, occasione canonizationis S. Patris Nostri Dominici ante septem abhinc saecula celebrante.

Specialiter nos affecit modus quo Paternitas Vestra, commemorando litteras a Sanctissimo Domino Pio XI in vigilia S. Thomae Aquinatis datas (1), vota ibidem expressa et sua fecit, et efficaci modo per magnum numerum Missarum applicatarum adiuvare vult ut eadem adimpleantur in Ordinis prosperitatem et Ecclesiae bonum decusque. De novo sic confirmabitur quod frater, qui a fratre adiuvatur, turris erit fortissima.

Promissio ista in festo S. Aloisii de Gonzaga facta et in isto mense Iulii adimplenda, qui terminatur et coronatur festo S. Ignatii de Loyola, iam inde fructus uberrimos in bonum Ordinis nostri annuit debitos eiusdem Sancti dignissimo Successori.

Cum omni obsequio ac gratitudine

Paternitatis Vestrae Reverendissimae
devotissimus in Christo
f. BERN. KUHLMANN O. P.
Vic. Mag. Gen.

Rev.mo Patri
WLADIMIRO LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

(1) Cf. *Act. Ap. Sed.*, vol. XXVI, 1934, pagg. 227-232.

VII.

De Expositione Internationali Vaticana Preli Catholici (24 nov. 1934).

AD ILL.mum AC REV.mum D. IOSEPHUM MONTI

SECRET. GEN. COMITATUS PRO EXPOSIT. INTERNAT. PRELI CATHOLICI.

Roma, 24 novembre 1934.

ILLUSTRISSIMO E REVERENDISSIMO MONSIGNORE,

Appena avuta notizia della progettata Esposizione Mondiale della Stampa Cattolica, ho subito inviato una lettera circolare a tutte le Provincie e Missioni della Compagnia per invitare tutti a prendere parte secondo le nostre deboli forze a questa grande manifestazione cattolica (1). Dalle risposte che già comincio a ricevere, vedo con piacere che la proposta e l'invito vennero accolti con grande slancio e sono certo che tutti faranno il possibile per cooperare ad un'intrapresa che è tanto incoraggiata e benedetta dal Santo Padre.

Non voglio quindi più a lungo differire la nostra più entusiastica adesione alla splendida iniziativa dell' « Osservatore Romano », la quale, in cosa di tanta importanza nei tempi moderni com'è la Stampa Cattolica, ridonderà certamente a grande gloria di Dio, ad onore della Chiesa e a bene delle anime.

Dichiaro dunque ufficialmente che tutti i periodici e simili pubblicazioni che in qualche modo dipendano dalla Compagnia di Gesù, se saranno ammessi dal Comitato, entreranno senza eccezione a far parte dell'Esposizione. Non è ancora possibile farne un elenco esatto, tanto più che, come Ella mi ha accennato, vi si devono includere anche i periodici scolastici, che nei nostri Collegi sono numerosissimi e le pubblicazioni scientifiche delle Università a noi affidate o da noi dirette. Ad ogni modo già fin d'ora nell'unito foglio Le do alcune indicazioni approssimative del numero delle nostre pubblicazioni distribuite secondo la loro indole e materia.

---

(1) V. supra, pagg. 868-869.

Procureremo poi anche di illustrare il tutto con fotografie, grafici, progetti ecc.

Voglia intanto gradire l'espressione di questi nostri sentimenti, mentre con profondo ossequio mi professo

Della Signoria Vostra Ill.ma e Rev.ma
devotissimo servo
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

VIII.

In morte Eminentissimi Cardinalis Petri Gasparri (25 nov. 1934).

AD EM.UM DD. HENRICUM CARD. GASPARRI
EPISCOPUM VELITERNUM.

Roma, 25 novembre 1934.

EMINENZA REVERENDISSIMA,

Quantunque abbia già avuto occasione di presentare personalmente all'Eminenza Vostra Reverendissima le mie profonde condoglianze a nome mio e di tutta la Compagnia con l'assicurazione di abbondanti suffragi e in particolare di 1000 sante Messe, che vengono celebrate in questi giorni dai nostri Padri nelle varie Provincie, nondimeno sento il dovere di affermare anche per iscritto la parte vivissima che prende la Compagnia di Gesù alla gravissima perdita fatta dalla Chiesa con la morte dell'Eminentissimo Cardinale Pietro Gasparri, Zio dell'Eminenza Vostra [1].

Ma desidero specialmente esprimere qui la somma venerazione con la quale io in modo particolare, avendo da lunghi anni non rare occasioni di avvicinarlo, ho sempre riguardato il grande Cardinale; sentimento che del resto era anche da tutti gli altri Padri della Compagnia che hanno avuto la ventura di conoscerlo un po' da vicino. I giornali, in questa dolorosa cir-

(1) Obiit die 18 novembris 1934.

costanza, hanno giustamente rilevato ed esaltato le straordinarie doti che hanno fatto di Lui uno dei più insigni Prelati di questo secolo. Noi invece, umili Religiosi, ammiravamo piuttosto nell'illustre Porporato gli esempi di quelle non ordinarie virtù, che forse a prima vista, sotto il velo del suo carattere gioviale e della sua così cara semplicità di maniere, potevano sfuggire ad osservatori superficiali, ma che invece movevano a vera ammirazione quanti avessero qualche esperienza di cose di spirito: quella non affettata, ma pur totale dimenticanza di sè, che Lo faceva vivere solo per la Chiesa; quello spirito soprannaturale, con cui abbracciava proprio di cuore quanto avesse disposto il Sommo Pontefice, senza discussione, con piena adesione di volontà e di giudizio; questi e simili tratti rivelatori di una vita spirituale molto intensa, io talvolta li proponevo ai nostri Padri come luminosi esempi di quello spirito di fede e di perfetta obbedienza che S. Ignazio esige nei suoi figli.

Non posso poi ricordare senza intima commozione la grande benevolenza da Lui sempre dimostrata più a fatti che a parole verso la nostra minima Compagnia, benevolenza di cui Egli volle dare pubblica testimonianza anche nel memorando discorso tenuto nel recente Congresso Giuridico Internazionale (1), che fu l'ultimo atto pubblico della sua laboriosissima vita. E la Compagnia certamente non dimenticherà il grande Cardinale; che anzi, come si è sforzata di mostrarGli in vita, secondo le sue deboli forze, la sua profonda riconoscenza, così, per l'avvenire, ne serberà sempre la memoria in benedizione.

Chinato al bacio della sacra Porpora, con profonda venerazione mi confermo

Dell'Eminenza Vostra Rev.ma
devotissimo servo
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

---

(1) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, 1934, pagg. 142-144.

II. — PRO PROVINCIIS, MISSIONIBUS, DOMIBUS.

92. **10 februarii 1934.**

Novus constituitur Director periodici « Archivum Historicum S. I. ».

AD R. P. GABRIELEM HUARTE
SUPERIOREM DOMUS SCRIPTORUM SOCIETATIS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum P. Petrus Leturia (1), Decanus Facultatis Historiae Ecclesiasticae in Pontificia Universitate Gregoriana, ob multos labores huic muneri annexos me enixe rogasset ut ipsum ab officio Directoris periodici nostri « *Archivum Historicum S. I.* » liberarem; re coram Domino perpensa, censui allatas rationes tanti revera esse momenti, ut petitioni sit acquiescendum. Itaque novum pro P. Leturia illius publicationis Directorem nomino P. Adelelmum Frías (2), qui iam apud vos degit ut scriptor historiae Assistentiae Hispaniae.

Velit R. V. rem cum P. Frías communicare eumque certiorem facere me ipsi eiusque adiutoribus paternam benedictionem ex animo impertire.

Spero equidem etiam sub novo Directore, nova incrementa in dies esse suscepturum « *Archivum Historicum S. I.* », quod tam perite a P. Petro Leturia conditum et tam bene perpaucis his annis rectum fuit, ut magni statim fieri coeperit in mundo scientifico.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 10 februarii 1934. R^{ae}. V^{ae}.

Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) Cf. *Acta Rom.*, vol. VI, 1931, pagg. 847-851.

(2) E Prov. Castellana.

93. **15 februarii 1934.**

Peculiares preces Romae indicuntur pro difficultatibus Ecclesiae et Societatis in Germania (1).

AD SUPERIORES DOMORUM ROMANARUM.

REVERENDO IN CTO. PADRE:
P. C.

E' noto a tutti, anche solo da ciò che ne dicono i giornali, in quali gravissime difficoltà si trovi ora la Chiesa cattolica nella Germania; e quantunque finora i Nostri siano stati lasciati abbastanza tranquilli, i nostri nemici però cominciano già ad agitarsi anche contro la Compagnia. Perciò desidero che in tutte le Case di Roma, in unione con la nostra Curia, si faccia una novena a S. Pietro Canisio per implorare aiuti alla Chiesa ed anche alla Compagnia in quei paesi, a vantaggio dei quali il Santo Dottore spese quasi tutta la sua vita e la sua mirabile attività apostolica.

In unione de' suoi SS. SS.

Roma, 15 febbraio 1934.

Di V. R.
Servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

94. **16 februarii 1934.**

Beatificationem Martyrum Rioplatensium Pater Noster vehementer gratulatur Provinciae Argentino-Chilensi, utque Nostri eorum cultum impense promoveant hortatur.

AD R. P. ALOISIUM PAROLA
PRAEPOSITUM PROV. ARGENT.-CHILENSIS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Magno gaudio Romae accepimus ad festa Beatificationis nostrorum Martyrum, uberrimum illum vestrum sudamericanorum manipulum, qui maximo solatio Summo Pontifici fuerunt, cum peregri-

(1) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, 1934, pag. 180.

nationem, etiam in hac Anno Sancto, insolitam efformaret, quippe ex tam longinquis regionibus conglobatam; ad hoc insuper, alia exsultationis ratio accedebat: quod videlicet, tres catholicae nationes, Argentinensis, Brasiliensis et Paraquariensis, partem officialem in hac BB. Martyrum glorificatione habuerunt (1).

Dum igitur vobis omnibus congratulor de felici peregrinationis exitu, ac vel maxime de his tribus nostris Beatis praestita gloria, — quae profecto in omnes vestras sudamericanas regiones splendore quodam speciali refulget, — gratias summas habeamus, Iesu Domino imprimis, qui suam Societatem iterum sanctimoniae testificatione probavit, ac deinde Summo Pontifici cuius e benigna voluntate hanc nos novam coronam accepimus et qui tum Decreto declarationis Martyrii tum etiam Beatificationis Litteris Apostolicis missionarios nostros omnes, sed speciatim clarissimas illas Paraquarenses « Reductiones », laudibus dignatus est cumulare (2).

Nos autem non solummodo conemur eorum ita vestigia sectari ut, gratia divina adiuti, strenui ac fideles Christi Regis usque ad mortem sequaces perseveremus, verum etiam cultum et devotionem erga hos tres gloriosos Sudamericae Patronos tam verbis quam scriptis in dies amplificare nitamur. Quorum ad famam propagandam iuvabit valde, — praeter proxima triduana festa, quae ut par est, in nostris omnibus Domibus cum magna solemnitate celebranda sunt, — efficere ut Beatorum vita, missiones et martyrium ab omnibus cognoscantur, ut erga illos fidelium veneratio atque fiducia augeatur. Multum etiam oremus et alios ad orandum invitemus, ut Deus qui in Sanctis suis glorificatur, per nova miracula viam ad canonizationem eorum praeparet.

Diligenter itaque libri circa nostros tres Martyres conscribantur, sive accuratiores pro excultioribus intellectu viris, sive etiam parvi, accommodati ad vulgus capacitatem et mentem. Designetur insuper pro unaquaque regione Pater aliquis qui de Beatorum devotione fovenda specialiter curam habeat et qui favores, Martyrum intercessione obtentos, recenseat, eosque ad populi notitiam, — iam in separatis foliis, iam potius in periodico « *El Mensajero* », — pervenire faciat.

Quod si aliquod ex istis impetratum beneficium, — ut ex divina Bonitate sperandum est, — miraculosum quandoque videatur, accuratissime examinetur et ad P. Postulatorem Generalem quantocitius referatur.

---

(1) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, 1934, pagg. 32-33.

(2) V. supra pagg. 674, 682, 687.

Cum denique inventus tandem fuerit locus ipse in quo nostri Patres martyrium subierunt [1], haud dubito quin in honorem Martyrum ibi cito erigatur Ecclesia, quae et Patrum memoriam gloriosius servabit et eorum cultum multiplicabit.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 16 februarii 1934.

R.ae V.ae
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

95. **1 aprilis 1934.**

Pater Noster centenarium Missionis Calcuttensis (Prov. Belg.) ex animo gratulatur.

AD SOCIOS MISSIONIS CALCUTTENSIS-RANCHENSIS
PROVINCIAE BELGICAE.

REVERENDI PATRES ET FRATRES IN XTO. CARISSIMI:
P. XTI.

Magno cum gaudio audivi annum centesimum a quo Missio olim Bengalensis nuncupata in Vicariatum Apostolicum a Sancta Sede primum erecta est a vobis celebratum iri festis peculiaribus, quibus recolentur labores nostrorum missionariorum a Divina Providentia innumeris benedictionibus coronati; in isto enim agro vobis commisso Evangelium Christi, ut granum sinapis in fertili humo seminatum, in tam magnam arborem crevit ut iam fere 350,000 catholicorum sub eius umbra salutifera tegantur, quibus excolendis, pro primo illo eoque parvulo Vicariatu Bengalensi, Sedes metropolitana Calcuttensis cum suffraganeis dioecesibus suffici debuit Dacchensi, Chittagongensi, Krishanagarensi, Dianajpurensi et Ranchensi.

Tam mirabilis Regni Christi progressus multorum laborum et sacrificiorum fuisse stipendium bene novi, Reverendi Patres et Fra-

---

(1) Cf. *Archiv. Hist. S. I.*, II, 1933, pagg. 223-230: ALOIS. JAEGER, *Caaró, der Ort des Martyriums der Diener Gottes Roque González de Santa Cruz und Alfons Rodríguez.*

tres carissimi. « Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert » (Io. XII, 24-25). In sudoribus multis ac saepe in lacrimis semen divinum seminarunt illi apostoli, qui tanta cum generositate e diversis Provinciis Europae istuc missi sunt. Atque prima in hoc laus esto Provinciae Hiberniae, quae apostolici laboris initia post renatam Societatem in istis regionibus sustinuit; nam primi illi Missionarii inter difficultates non parvas gregem fidelium congregarunt et coluerunt, viamque praepararunt ad diffusionem Evangelii inter indigenas quam Patres Provinciae Belgicae, anno 1859, animo magno promovere susceperunt. Collegium illud quod anno 1834 in urbe Calcuttensi conditum est et quod, multas vicissitudines passum, magnum Collegium Sancti Francisci Xaverii Calcuttense anno 1860 est factum, et alterum illud Collegium Darjeelingense anno 1887 erectum, imprimis contulerunt ad gregem catholicorum firmiter stabiliendum, quorum vita religiosa magnam apud Protestantes necnon apud Mahumetanos et Induistas Ecclesiae Christi auctoritatem conciliavit eamque magis magisque in dies amplificavit. Tum incepit inter ipsos aborigenas ingens ille labor, qui praesertim in regione Chotanagpurensi, sub impulsu praeclari Patris Constantini Lievens (1), tam mirabiles fructus tulit ut illa Missio dicenda sit quasi gemma nostrarum Missionum, cum intra quinquaginta annos numerus catholicorum usque ad 280,000 auctus fuerit, quos in fide Christi solide instituunt Scholae ubique collocatae, Stationes in locis idoneis distributae atque illud Seminarium Ranchense ubi novi apostoli accurate instituuntur.

In Archidioecesi Calcuttensi, a qua ob numerum catholicorum in annos crescentem Sancta Sedes anno 1928 reliquam Missionem separari opportunum duxit, EE. DD. Périer operi evangelizationis novum impulsum dedit. Ne immorer in operibus ipsius civitatis Calcuttensis cuius ministeria parochialia maxime florere omnibus notum est, laborem a Nostris susceptum magna cum satisfactione contemplor tum in parte Archidioeceseos quam gentes Santal occupant quamque Patres Provinciae Siculae studiose curant, tum in aliis proclivis plagis, quae a montibus Himalaya ad planitiem se extendunt atque in Delta fluminis Gangis ubi Patres Provinciae Iugoslaviae durum quidem sed fructiferum laborem sustinent; « regiones enim illae quae iam albae sunt ad messem » (Io. IV, 35) ma-

(1) Ob ingentes labores in Missione susceptos viribus fractus, praematura morte ad praemium evolavit Lovanio die 7 novembris 1893, aetatis anno 38. Cf. *Memorab. S. I.*, vol. III, 1929, pagg. 324-325.

ximam spem faciunt fore ut mirabiles fructus etiam in his regionibus colligantur.

At non solum opera apostolica proprie dicta, sed etiam labores eorum qui in domibus formationis occupantur ad fidem catholicam diffundendam maxime conferunt; quot enim praeparentur boni operarii in Scholasticatu Kurseongensi pro omnibus Missionibus Indicis et quantam spem faciat nova Domus Probationis prope civitatem Hazaribagh recens feliciter erecta, per vos ipsi, Reverendi Patres Fratresque carissimi, optime persentitis et tam copiosam futurorum apostolorum manum laetissimi profecto cernitis in spem futurae Provinciae Indicae succrescentem.

Animo igitur quam maxime gratulabundo vobiscum, Reverendi Patres et Fratres carissimi, gratias Divinae Maiestati refero, quae vestris vestrorumque decessorum laboribus tam copiose benedicere dignata est, measque humiles preces in his diebus festis, quibus memoria centenaria fundationis istius Missionis Societati commissae recolitur, toto corde effundo ut, Regina Apostolorum Mediatrice, atque intercedentibus SS. Indiarum Apostolis Thoma et Francisco Xaverio, et Patrona Missionum S. Teresia ab Infante Iesu, necnon iis e nostris Beatis caelitibus qui Indias suo sanguine fecundarunt, ut sunt BB. Martyres Salsettenses et B. Ioannes de Britto, Dominus noster Iesus Christus, qui vestrorum laborum atque sacrificiorum ipse erit « merces vestra magna animis », in dilectam Missionem uberrimas benedictiones impertire pergat.

Ad vos vero quod attinet nihil melius commendandum invenio quam quod primis Calcuttensis Missionis conditoribus anno 1834 venerandus meus decessor R. P. Ioannes Roothaan S. Agustini verba mutuatus, commendabat: « Dum angustiantur vasa carnis, dilatentur viscera caritatis », easdemque vobis virtutes excolendas indico quas ille renatae Societatis Missionum conditor potissimum tunc inculcabat: fidem in Dei Providentiam, fraternam dilectionem, oboedientiam filiorum instar erga vestros Superiores.

Vestris ss. SS. et precibus me enixe commendo.

Romae, die festo Resurrectionis D. N. I. C.,
1 aprilis 1934.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

96. **2 aprilis 1934.**

De conventu dioecesano Apostolatus Orationis Messanae (Prov. Sic.) deque ea urbe SS. Cordi Iesu consecranda.

AD R. P. DOMINICUM PRESTIFILIPPO.
E PROV. SICULA
COLLEGII MESSANENSIS RECTOREM.

REVERENDO IN CTO. PADRE:
P. XTI.

Ringrazio molto V. R. di avermi messo a conoscenza dell'imminente Convegno Diocesano dell'Apostolato della Preghiera in codesta Città.

Come Direttore Generale di questa opera tanto provvidenziale dei nostri tempi, non posso far altro che godere intensamente ed applaudire di tutto cuore a simili Convegni che una lunga esperienza mi insegna essere apportatori di frutti spirituali preziosissimi alle Città ed alle Diocesi in cui vengono celebrati. Pare che a questi Convegni il divin Cuore di Gesù riservi le Sue benedizioni più elette, poichè generalmente vediamo attuarsi nei convenuti qualche cosa che ricorda i lineamenti morali del nostro Divin Redentore, mitezza ed umiltà, spirito di sacrificio, desideri accesi della gloria di Dio e zelo generoso per la salvezza delle anime.

Tanto più di cuore aderisco a codesto Convegno in quanto si vuole che sia coronato dalla Consacrazione della Città stessa di Messina al Divin Cuore. Santa e nobilissima idea questa, che altamente onora le Autorità tutte che l'hanno accolta e che, debitamente eseguita, conferirà alla Città, già tanto provata, il dono inestimabile di una particolarissima protezione da parte del Divino nostro Salvatore (1).

Faccio voti e preghiere affinchè codesto Convegno abbia l'esito più felice a gloria di quel Cuore che ha tanto amato gli uomini, a

(1) Peracta consecratione urbis Messanae SS. Cordi Iesu, die 8 aprilis 1934, Dominica in Albis, Pater Rector Collegii, telegrammate Patri Nostro misso, haec nuntiare potuit: « *Messina,* 8 *apr., ore* 20,25'. — *Convegno Apostolato vero trionfo Sacro Cuore; superata ogni previsione; coronato consacrazione ufficiale Città, partecipandovi entusiastica tutta Messina.* — PRAESTIFILIPPO ».

vantaggio spirituale di tutta la Ven. Archidiocesi di Messina, a civile incremento ed a protezione superna della nobile Città Messanese.

Farò celebrare a questi scopi 100 sante Messe.

In unione de' SS. SS. SS.

Roma, 2 aprile 1934.

Di V. R.
Servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

97. **14 aprilis 1934.**

De vita P. Ioannis Roothaan in linguam polonicam vertenda et Poloniae rationibus aptanda.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM POLONIAE (1).

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Cum gaudio Rae. Vae. communico causam beatificationis Servi Dei Patris Ioannis Roothaan bene procedere. Processus Romanus mox finietur, revisio scriptorum summa cum solertia peragitur, quodque maioris momenti est, plurimae iam per eius intercessionem, imprimis in regionibus, in quibus est notus, e. g. in Hollandia, gratiae habentur, ita ut de tribus sanationibus, quae videntur esse miracula, spes adsit fore, ut brevi tempore processus informativus institui possit.

Cum Deus huic causae ita evidenter benedicat, plurimum nunc refert, ut Servus Dei Pater Roothaan magis notus fiat et novae gratiae a Deo impetrentur. Unum e mediis optimis est, ut vita eius a Nostris et fidelibus melius cognoscatur. Quare velim, ut PP. Provinciales Poloniae aliquem Patrem designent, qui vitam Patris Roothaan a P. Pirri descriptam (2) in linguam polonicam transferat vel

(1) Hi sunt: R. P. Wlodimirus Konopka, Praep. Prov. Poloniae Minoris, et R. P. Stephanus Machnicki, Praep. Prov. Poloniae Maioris et Mazoviae.

(2) V. supra, pagg. 94, 743.

potius adaptet condicionibus Poloniae, e. g. magis ratione habendo Albae Russiae, in qua fuit formatus, singularis curae quam ut Generalis semper habuit Poloniae, relationum quam habuit cum PP. Resurrectionistis etc. Utile etiam erit breviorem vitam conficere quae latius diffundi possit.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 14 aprilis 1934.

R^{ae}. V^{ae}.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

98. **26 aprilis 1934.**

Pars quaedam insignis reliquiae S. Petri Canisii Pont. Collegio Germanico-Hungarico de Urbe conceditur.

AD ALUMNOS PONT. COLL. GERMANICI-HUNGARICI.

REVERENDI ET CARISSIMI IN XTO. ALUMNI,

Accepi vestram epistolam qua a me petebatis ut Vobis concederetur pars quaedam insignis eius Reliquiae Sancti Petri Canisii, Ecclesiae Doctoris, quae in Templo Romano Sanctissimi Nominis asservatur, et mihi multum probantur sensa devotionis et fiduciae quibus tanto Viro addicti estis. Iustissime enim Eum consideratis tamquam alterum Collegii vestri parentem atque singularem Patronum vestrum opportunissimumque exemplar.

Equidem pro ea benevolentia qua, complures meos Praedecessores secutus, erga carissimum vestrum Collegium afficior, perquam libenter curavi ut piissimo vestro desiderio satisfieret. Expetitis propterea et acceptis debitis permissionibus, a praefata insigni Reliquia pars quaedam abstracta est, quae et ipsa insignis Reliquia dici potest, utpote quae superiorem quodammodo partem Brachii dexteri Sancti Petri Canisii constituat.

Hanc vobis in pervigilio Eius festi magna cum mei animi consolatione mitto: praesentire enim mihi videor eam peculiarissima aliqua ratione Sanctissimi Viri patrocinium Collegio vestro esse conciliaturam.

Equidem cum non dubito Vos eam in magna semper veneratione esse habituros, tum confido Sanctum Petrum Canisium qui de vestro Collegio olim, non minus quam de vestris Patriis [1], tam bene meruit, novo posthac nomine Patriis vestris Collegioque vestro auspicem, praesentem, patronum et protectorem fore.

Accipite ergo, Reverendi et Carissimi Alumni, donum hoc pretiosum, habeatisque vobis a Societatis nostrae cura et amore novum hoc incitamentum quo inflammemini ad virtutem omnem alacrius prosequendam. Hinc assidue admonebimini quo ardenti studio in Dei cultum, qua tenera pietate in sanctissimam Dei Matrem, quo zelo et qua vestri abnegatione in salutem animarum ferri debeatis.

Restat ut largam et ex animo benedictionem vobis impertiar utque vestris sanctis Sacrificiis et orationibus me commendem.

Romae, die 26 aprilis 1934.

Vobis omnibus
Addictissimus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

99. **30 aprilis 1934.**

De vocationibus ad Societatem in Polonia impensius fovendis.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM POLONIAE [1].

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Appropinquante festo Beati Andreae Bobola denuo singulari ratione vos, dilectissimi Patres Fratresque Provinciarum Poloniae, excitare velim ad fervidas preces pro Ecclesia in Polonia, pro unione fratrum dissidentium, pro Societate nostra, per intercessionem Beati nostri insignis Martyris. Cum futurum sit, ut canonizatio eius sine dubio cultum multum augeat, iterum omnes preces nostras ad obtinendam, si Deo placuerit, gratiam unius saltem miraculi,

(1) Aderant tunc in Collegio alumni ex variis dioecesibus Germaniae, Austriae, Hungariae, Helvetiae, et quidam etiam ex Belgio, Neerlandia, Polonia.

(1) Hi sunt: R. P. Stephanus Machnicki, Praep. Prov. Poloniae Maioris et Mazoviae, et R. P. Wlodimirus Konopka, Praep. Prov. Poloniae Maioris.

intendamus. Ut vero preces nostrae facilius exaudiantur, ne petamus hanc vel illam miraculosam sanationem, sed omnes in nomine Iesu uniti illius miraculi gratiam imploremus, quod magis ad Dei gloriam conferre poterit.

Praeterea hac occasione utor, ut vos excitem ad vocationes aptas fovendas, quae tantopere nobis necessariae sunt, ut opera nobis a divina Providentia sive in patria sive in Missionibus commissa recte promovere et etiam nova, quae offeruntur suscipere possimus.

Ante omnia in memoriam revocare velim illud, quod aliqui non satis curare videntur, nempe posse Nostros et debere, prudenter tamen et cum magna cautela, statum vitae perfectae iis, qui ad eam videantur idonei, inspirare, uti b. m. P. Wernz ad Praepositos Assistentiae Italiae die 8 dec. 1911 scribebat (2). Hoc diserte nos docet S. P. Ignatius in Constitutionibus scribendo: « Ut par est sollicite cooperari motioni ac vocationi divinae, curando ut augeatur in Societate numerus operariorum in vinea Christi Domini nostri » (3), et in Libro Exercitiorum (*Adnot.* 15): « extra exercitia licitum est, et pro merito ducendum, si quis coelibatum, religionem ac aliam quamcumque evangelicam perfectionem amplecti suadet iis omnibus, quos ex personarum et condicionum ratione probabile sit fore idoneos ». Et hoc a primis temporibus semper erat in usu in Societate.

Ad media quod spectat, quibus vocationes excitari possint, motioni divinae nos cooperari necesse est primo *orationibus*. S. Pater Ignatius id nobis commendaret dicendo: « iuvatur.... proximus sanctis desideriis ac orationibus in Dei conspectu » (4), quod multo magis necessarium dicendum, ut anima ad vitam perfectiorem acceptandam excitetur; item cum de conservatione Societatis loquatur, pro qua necesse est, ut Societas aptorum operariorum sufficientem habeat numerum, dicit « primum medium ac maxime consentaneum orationum ac sacrificiorum erit » (5). Sine orationibus omnes nostri conatus vani erunt, orationibus vero instantibus obtinebimus, « ut familia nostra et numero augeatur et merito ».

Ad orationem accedere debet *exemplum* vitae nostrae irreprehensibilis,« bonum exemplum totius honestatis ac virtutis christianae » (6). Sanctitas operariorum evangelicorum, spectaculum vitae

(2) Cf. *Acta Rom.*, vol. I, fasc. III (1911), pagg. 138-142.

(3) *Constit.*, P. I c. 1 n. 4 C; Epit. n. 37 § 3.

(4) *Constit.*, P. VII c. 4 n. 3; Epit. n. 599.

(5) *Constit.*, P. X n. 1; Epit. n. 846.

(6) *Constit.*, P. VII c. 4 n. 2; Epit n. 598.

laboriosae ac totius deditae Dei servitio ac proximorum auxilio, invitationes sunt omni verbo fortiores. In vita Beati Martyris nostri Andreae Bobola legimus, quod multi iuvenes, solummodo virtutum eius solidarum exemplo moti, Societati nomen dederunt.

« Inter media excitandi vocationes », sunt verba b. m. P. Wernz, « quam maxime naturalia primo loco recensenda sunt *Collegia nostra cum Convictibus,* in quibus tum interni tum externi scholares in pietate, bonis moribus atque universa vitae supernaturali bene formantur, nec modis mere humanis educantur. Quare si ex Collegiis nostris raro aut numquam prodeunt candidati Societatis, Superiores non omittant in causas huius facti singularis inquirere, atque inter istas facile reperient forte praeter alia etiam illam, quod vitae illius supernaturalis, pietatis, bonorum morum non sufficiens habita fuerit cura. Quae si non fuerit neglecta, sponte sua exoptati fructus crescunt » (7). Attentos vos facere velim ad practicam illam instructionem, quam P. Hieronymus Natalis in Collegio Coloniensi anno 1562 habuit, et in qua clare omnino dicit: « Primum ut sibi persuadeant omnes, quotquot sunt in Collegio, in operibus, quae ex instituto Societatis nobis sunt procuranda nullum esse praestantius, nullum utilius, quam si ad Societatem nostram operarii vocentur quam plurimi et quam aptissimi; nam longe melius est operarios facere ad iuvandas plurimas animas, quam singularibus animis iuvandis incumbere » (8). Propter hanc rationem S. P. N. Ignatius in P. X Constitutionum, quae agit « de modo, quo conservari et augeri totum corpus Societatis in suo bono statu possit », n. 4. scribit: « Iuverit etiam magnopere, in suo bono statu ac disciplina Collegia conservare, et ad id eorum superintendentiam per illos exercere, quibus utilitatis temporalis nihil ex eis potest accedere. Talis est Societas Professa, quae in Collegiis eos instituendos curabit in perfectione vitae litterisque christiano dignis, qui talentum ad id sortiti esse videbuntur. Hi enim pro Seminario Societati Professae et eius Coadiutoribus erunt ». Unde facile eruitur Collegia, quae nullas vel vix ullas vocationes dant, fini suo non satisfacere.

Congregationes Marianae, uti historia docet, plurimas easque optimas ubique excitarunt vocationes: sunt enim campus fertilissimus, in quo sub tutela Reginae Societatis sponte sua optimae excitantur vocationes. Si vero campus iste sterilis manet, nonne culpa erit in illo, qui eum excolere ignorat? Valde utile esset

---

(7) *Acta Rom.,* vol. I, fasc. III (1911), pag. 142.

(8) *Monum. Hist. S. I.: Epist. Nadal,* tom. IV, pag. 313.

scire, quot candidati ultimis annis ex nostris Congregationibus B. M. V. nostrum Novitiatum sint ingressi.

Per *Exercitia spiritualia*, secundum genuinam S. P. Ignatii methodum tradita, plurimi eique optimi iuvenes divini Magistri invitationem « sequere me », perceperunt. In aliquibus Provinciis tempore vacationum maiorum speciales habentur cursus Exercitiorum pro studiosis dictis « abiturientibus » scholarum mediarum, et non sine magno fructu. In Exercitiis spiritualibus pro iuvenibus clare tota christianae perfectionis doctrina tradenda est; nam iuvenes, etiam hodiernis temporibus, ad magna ac ardua se vocatos sentiunt.

Occasionibus oblatis *Missionarii nostri* prudenter pueros spem praebentes exquirere possunt, eorum animos ad vitam religiosam attentos reddere, bonis libris excolere, bono exemplo praesertim ad altiora promovere.

In omnibus *nostris foliis periodicis* multa ad vocationes excitandas fieri possunt, v. g. exempla nostrorum Sanctorum proponendo, res praeclare gestas Nostrorum in diversis regionibus referendo, utique modeste, secundum Domini nostri verba: « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est » (9).

Videtis igitur, quanta et quam praeclara nobis ad excitandas vocationes media praesto sunt, quae hic brevissime tantum perstringere licuit. Et quamquam quibusdam Patribus cura promovendi vocationes speciali modo demandanda est, tamen aliquo modo in re tanti momenti omnes Nostri collaborare debent. Immo et Fratres Coadiutores exemplo S. Alphonsi et iuxta eorum regulam 14 « pro ratione sui gradus », data commoda occasione eniti possunt piis colloquiis imprimis pueros, qui sanctae Missae in nostris ecclesiis serviunt, ad pietatem promovere et consilio ac exhortatione ad confessionem et frequentem communionem excitare, et quos desiderium ingrediendi in nostram Societatem habentes invenient, ad aliquem e nostris Patribus dirigere. Unusquisque Nostrum, si zelo apostolico revera imbutus est, in officio sibi concredito multas facile inveniet occasiones semina vocationis ad vitam perfectiorem in animis iuvenem spargendi. Et si nos omnia ex parte nostra fecerimus, nullum est dubium, quin Dominus messis uberrimos conatibus nostris fructus suppeditabit, nam « manus Domini non est abbreviata ».

Etiam hanc gratiam vocationum, Reverendi et Carissimi Pa-

---

(9) Matth., V, 16.

tres Fratresque, a Deo per intercessionem Beati Andreae Bobola impetrare curetis, quippe qui non solum apostolicis expeditionibus magnam partem Poloniae sanctificaverit, sed etiam singulari quadam ratione et potissimum sanguinis sui effusione viam omnibus indicaverit, qua regnum Christi impense propagare oportet.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 30 aprilis 1934. Rae. Vae.

Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

100. **4 maii 1934.**

De conventu Operis Secessuum Opificum in Italia Romae habendo.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM ITALIAE.

REVERENDO IN CTO. PADRE:

P. C.

Come probabilmente V. R. saprà, nel prossimo mese di Settembre, 19-25, si celebrerà in Roma il 25° dell'Opera Romana dei Ritiri Operai e delle Leghe di Perseveranza, che un sì grande sviluppo ha avuto in tutto il Lazio e nelle regioni confinanti.

Desidererei che alle solennità di questa celebrazione prendessero parte anche le Opere sorelle dei Ritiri Operai e Leghe di Perseveranza che svolgono la loro attività nelle altre Provincie d'Italia, inviando ciascuna a Roma una sua ben nutrita rappresentanza.

Si avrebbe con ció l'effetto che l'Opera apparirebbe in tutto il suo splendido sviluppo e ciò farebbe del bene non solo alla nostra Compagnia ma a tutti i membri dell'opera stessa. Sentirebbero cioè di non essere isolati ma di essere parte di una grandiosa associazione estesa in tutte le parti d'Italia. Credo che questi due effetti compenseranno abbondantemente il piccolo sacrificio che naturalmente porta con sè l'invio di una deputazione a Roma.

A suo tempo la Direzione dell'Opera invierà alla Direzione delle Opere sorelle di codesta Provincia il programma della celebrazione romana.

In unione de' suoi SS. SS.

Roma, 4 maggio 1934. Di V. R.

Servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

101. **16 maii 1934.**

Pia conventio probatur inter Curiam Societatis et contiguam Domum Scriptorum pro suffragiis utriusque Domus defunctorum mutuo persolvendis.

AD R. P. GABRIELEM HUARTE
E PROV. CASTELLANA
SUPERIOREM DOMUS SCRIPTORUM SOCIETATIS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Dubium a R. V. propositum, utrum in ista Domo Scriptorum fieri debeant pro defunctis Curiae Societatis, et vicissim, ea suffragia quae pro sociis domus et pro hospitibus in domo defunctis praescribuntur (Epit. n. 854 § 2, 1°), attente perpendi cum PP. Assistentibus; et omnibus visum est obligationem ad haec suffragia non adesse, cum agatur de duabus Domibus iuridice distinctis, etsi in eodem aedificio exsistentibus, cumque Domus Scriptorum dici non possit a Curia dependens eo sensu quo Domus dependentes in Instituto describuntur (Epit. n. 518 §§ 2-5).

Placet tamen ut ineatur pia illa conventio, quam R. V. proponit, qua ex mutua caritate duae hae Communitates pro sociis vel hospitibus in alterutra Domo defunctis eadem suffragia faciant; quam piam conventionem deinceps servandam iam nunc libenter ratam habeo.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 16 maii 1934.

R^{ae}. V^{ae}.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

102. **18 maii 1934.**

Pater Noster novum Collegium in oppido St. Blasien (Prov. German. Sup.) mox inaugurandum gratulatur.

AD R. P. VICTOREM HUGGER
RECTOREM COLLEGII
OMNESQUE SOCIOS EIDEM ADDICTOS.

REVERENDI PATRES ET FRATRES IN XTO. CARISSIMI:
P. XTI.

Magna cum animi laetitia accepi novum in oppido « St. Blasien » Collegium d. 26 Maii sollemni festo inauguratum iri (1). Libenter, immo libentissime utique ego quoque pulcherrimo huic inaugurationis festo interfuissem, ut coram vobis, RR. PP. et FF. CC., faustissima mea vota obtulissem, at permultis gravibusque officii negotiis detentus huic intimo cordis desiderio satisfacere pro dolor nequeo. Etiamsi vero corpore adesse non possum, tamen spiritu hoc die festo vobiscum ero, ut « cor unum et anima una » pro opere adeo feliciter perfecto divinae Bonitati grates referamus, ut de hoc novo Collegio gaudeamus, ut laetissimam ex eo ad futurum spem capiamus.

Primum maximae divinae Maiestati sint laudes et gratiae, quod ad tollendas, quae erigendae isti novae domui obstiterant, difficultates atque ad partem pulcherrimi operis, quod Patres nostri olim exsules extra Germaniae fines erexerunt intra patriae fines transferendam tam benigne vos adiuvit. — Gratissimum vero animum in illustres eos viros simul foveamus, qui operosa generosaque sua caritate adeo insignes Collegii vestri fautores et benefactores sese exhibuerunt.

Maxima deinde haud dubie vobis gaudendi est ratio: etenim, Collegio in Germania nunc aperto, patriae vestrae proli magis quam usque adhuc prodesse poteritis. Revera sanctissimum, RR. PP. et FF. CC., concreditum vobis est munus strenue contendendi, ut iuventus Germana, quam SS. Salvator noster tam tenere diligit, quae felicissimam et Ecclesiae et patriae spem efficit, cuius educatio a Societate nostra, celsissimum officium aestimatur, principiis catholicis penitus imbuatur, ita ut fideles fortesque Ecclesiae milites et quam optimi cives evadant.

---

(1) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, 1934, pagg. 127-128.

Ad hanc denique spem, quam et Ecclesia et Patria, quam Societas nostra in vobis, RR. PP. et FF. CC., collocat, quam optime adimplendam fraterna caritate, sub Superiorum ductu, secundum verum Instituti nostri spiritum, divinae Providentiae confisi diligenter cooperamini. Qui bonum opus in vobis, ipse etiam perficiet.

Ad cumulandum vero gaudium festivum vestrum laetum honorificumque mandatum, quod S. Pontifex in audientia ipso die festo onomastico suo concessa clementissime mihi dedit, adimpleo vobiscum communicans Sanctum Patrem ad diem festum inaugurationis specialem toti Collegio « St. Blasien » Benedictionem Apostolicam impertiri.

Vestris SS. SS. et precibus me enixe commendo

Romae, die 18 maii 1934.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

103. **27 maii 1934.**

Pater Noster occasione iubilaei Missionis Bataviensis in insula Iava Socios Prov. Neerlandicae paterne alloquitur.

AD SOCIOS PROVINCIAE NEERLANDICAE.

REVERENDI PATRES ET FRATRES IN XTO. CARISSIMI:
P. XTI.

Accepi diem 9 iulii, quo abhinc 75 annis duo primi Patres Provinciae Neerlandicae PP. Martinus van den Elzen (1) et Ioannes Bapt. Palinckx (2) missionarium in Indiis Orientalibus opus sunt aggressi, sollemni commemoratione celebratum iri. Gaudio festivo vestro, quod pulcherrimum hoc Iubilaeum iure merito vobis affert, intime afficior ac vobiscum quam maximas Domino messis grates refero, quod Missionariorum labores, sudores, sacrificia inter 75 peractos annos fructibus adeo munifice compensavit.

---

(1) Obiit in ipsa Missione die 19 iulii 1866.
(2) Obiit in ipsa Missione die 1 maii 1900.

Et maxime sane in primis Deo Domino Nostro, a quo « omne datum optimum et omne donum perfectum » (3), debentur laudes, qui arduos operariorum labores potentissimo auxilio evidenter adiuvit; arduos, inquam, labores: nam ipsum initium difficillimum erat, cum res hic non sese haberent, sicut aliis in Missionibus, quae per saecula ab apostolicis viris erant praeparatae. Verum utique est tribus saeculis ante iam Iesu Christi Evangelium in hac Archipelagi parte praedicatum fuisse a Patribus Lusitanis, inter quos P. Aegidius de Abreu ipsam Iavensem insulam suo sanguine irrigavit (4); indeque coniicere fortasse licet Bataviensem Missionem Societati Iesu inde ab ortu suo a divina Providentia fuisse destinatam. Tamen post felicissima incepta Missionariorum antiquorum opus infensa acatholicorum invidia miserrime periit, ita ut tota Missio per duo saecula penitus exstincta esset. Saeculo XIX demum sacerdotes saeculares Neerlandici in his maris meridionalis insulis denuo operari coeperunt. Quorum labores vero, cum eorum numerus tam ampli territorii necessitatibus par non esset, non adeo fauste processerunt, sed ob gravissima obstacula superanda in hac spinosa Domini vinea novi Missionarii aegerrime inveniri potuerunt.

Ita non absque peculiari divinae Providentiae dispositione factum est, ut Provincia Neerlandica recens erecta ad regnum Dei in Iavensi insula propagandum a Summo in terris Iesu Christi Vicario vocaretur. Quamvis exigua spes successus esset tamen primi Missionarii nostri pleni Dei fiducia atque ardenti animarum zelo inflammati opus aggressi sunt ac divinae gratiae suffulti multa magnaque impedimenta provenientia ex Archipelagi Melanesiae amplitudine, ex calore caeloque tropico, ex iniquis itinerum condicionibus, ex linguarum morumque varietate, ex Mohammetanorum fanatismo, aliisque ex vexationibus, sensim sine sensu superabant cum christiana illa patientia, quae, ut ait Apostolus, « opus perfectum habet » (5). Sic tandem laeta seges florescebat et maturescebat secundum illud Psalmistae: « Qui seminant in lacrimis in exsultatione metent » (6). Exiguus erat fidelium numerus, quo tempore Patres nostri Missionem susceperunt, praesertim exiguus catholicorum indigenarum numerus. Nunc vero in nostro olim territorio, quod Patres Societatis d. 9 iulii 1859 ingressi sunt, fere

(3) Iacob., I, 17.

(4) Fustibus et gladiis percussus Bataviae, anno 1622: cf. Henr. Dugout S. I., *Martyrologium S. I.*, Zi-ka-wei, 1914, pag. 18, num. 253.

(5) Iacob., I, 4.

(6) *Ps.* CXXV, 5.

400.000 christianorum catholicorum vivunt, ex quibus tres quartae partes sunt indigenae.

Verum quidem est non iam totam nostram quondam Missionem a Societate curari: etenim Patres tempestive intellexerunt exoptatum in Missione successum haberi non posse, nisi plures in amplissimum olim Vicariatum Bataviensem Missionarii accerserentur. Quare Sanctae Sedis ductum sequentes non sua sed maiorem tantum Dei gloriam et maius animarum bonum quaerentes florentissimas Missionis partes aliis Ordinibus et Congregationibus religiosis cesserunt, qui innixi validis fundamentis principiisque a Societatis Patribus iam positis acceptum opus continuare et perficere potuerunt. Gaudeamus igitur, RR. PP. et FF. CC., ad uberrimum laborum fructum respicientes ac pro beneficiis tanta cum liberalitate collatis divinam Maiestatem ex toto animo collaudemus!

Sed gratissimum etiam in eos viros — sive viventes sive defunctos — animum foveamus, qui indefesso suo labore, apostolico amore, suis sacrificiis sudoribusque arduum hunc apostolicum agrum fecundum reddiderunt ac fideli cum divina gratia cooperatione ad hanc uberem messem producendam adeo eximie conduxerunt. Primum grato animo veteranorum illorum merita recolimus, qui ad fruendum divinis laborum praeliorumque suorum praemiis a Iesu Christo Rege et Remuneratore iam sunt vocati. Ex multis pauca tantum nomina afferre liceat: ut P. Francisci van Lith, Missionis inter Iavanos fundatoris, cui gloriosum cognomen Missionis inter Iavanos pater est additum; P. Arnoldi Kortenhorst, qui Missionis inter Sinenses fundamenta iecit; P. Henrici Verbraak, praeclari capellani militum, cuius insignia merita duae statuae ad honorificam memoriam in urbibus Penajoeng in Atjeh (Sumatra) et Bandoeng erectae et tabula Magistratui Roterodamensi oblata in « Boymans-Museum » nunc conservata, testantur.

Deinde vobis omnibus, RR. PP. et FF. CC., sive in ipsa Missione sive in patria degatis, quam maximas opportunissima hac occasione gratias ago, quod amplificandis pulcherrimis Missionis operibus tanto cum amore, qui aliis exemplo sit, vos viresque vestras deditis. Laudo industriam, qua omnia christianae curae pastoralis media in excolenda Iavensi vinea adhibetis. In primis mihi probatur prudentissima vestra sollicitudo augendi scholarum numerum, quae optimam certe spem futuri Missionis successus faciunt. Non minus laudabile est studium procurandi Iavano populo prelum catholicum, quod efficacissimum sane est medium, quo fideles paulatim catholicis principiis penitus imbuantur. Laudem meretur aestimatio, qua in Paroeciis vestris propagatis Congregationes Marianas, quae plu-

rimum iuvant ad sanctae fidei nostrae cognitionem promovendam, ad religiosorum officiorum exercitium magis fervidum reddendum, ad apostolos laicos educandos. Ut brevis sim, ex curis, quas habetis scholarum, ecclesiarum, catechistarum, nosocomiorum, preli catholici, iuventutis catholicae, militarium, Exercitiorum spiritualium ad summum solatium apparet nullum fere esse christiani apostolatus medium, quod a vobis non sit adhibitum. Atque rectissime agitis, quod omnia tentatis ad optimorum catholicorum cooperationem ad bona omnis generis perficienda vobis conciliandam.

Nondum tamen omnibus Missionis necessitatibus his curis erat provisum: Superiores enim mature perspectum habebant, quam necesse esset Missionariorum incrementum ante omnia etiam ex ipsis indigenis augeri; ita feliciter apertae sunt domus Probationis Oengaranensis, Collegium Maximum et Seminarium Minus Djokjakartensia, Collegium Moentilanense cum Convictu, Collegia inchoata Ambarawense et Bataviense: inde selectus ille carissimorum nostrorum indigenarum Novitiorum, Scholasticorum, Patrum, Coadiutorum manipulus, qui omnium fructuum coronam efficit atque omnium summum solatium nostrum. Sic denique perfecta erat Iavensis Missio, quam hodie admiramur quaeque operi propagationis fidei a Christo Domino suae Ecclesiae demandato atque Neerlandicae quoque patriae permagno decori est.

Quamquam vero, RR. PP. et FF. CC., de adeo felici laborum eventu merito laetamur, tamen nondum absoluta sunt ea, quae Apostolica Sedes et divina Providentia a Neerlandica Missione exspectat: nam 14.000.000 infidelium ad Ecclesiae ovile adducenda remanent. Ne igitur ex longo itinere quasi defatigati consideamus animum hauriamus, ut tot Iavanorum immortales animae nostra praedicatione illuminati atque apostolicis operibus adiuti ad bravium supernae vocationis in Christo Iesu perveniant. Ad id assequendum, ut futurus Missionis progressus praeterito respondeat atque, quantum fieri possit, prosperrime eum antecedat, haec potissimum, collatis viribus, a vobis exercenda enixe commendare velim.

Primum omnes persuasum habeant a Iavensi Missione principem locum inter apostolica Provinciae opera teneri idque onerosum spinosumque munus esse quidem sed simul coronam et divinarum in alia ministeria benedictionum pignus pretiosissimum. Porro omnes sibi persuadeant se, sive in patria sive in Missione operentur, unum efficere corpus atque unum exercitum, cui non minus celsum quam arduum Missionis Bataviensis munus a divina Voluntate concreditum est.

Vestrum deinde est, RR. PP. et FF. CC., divinam Missionariis eorumque laboribus gratiam, a qua magis quam ab hominum conatibus aeternae salutis opera pendent, vestris precibus, sacrificiis, mortificationibus, aliis bonis operibus promereri. Praeterea, cum Provincia per Patres et Scholasticos, quos quotannis in Misssionem mittit, tam efficacem in eam vim exerceat, vera vitae sanctitas, animi puritas, sincera humilitas in Constitutionibus iterum iterumque nobis commendatae ac maxime Missionariis necessariae in Provincia diligenter colantur, ut sic quam optimi religiosi Missioni submitti possint.

Porro cum Missio natura sua ministeria in dies amplificare novaque opera initiare debeat ideoque plures in annos aptos viros exigat ad receptum officium rite adimplendum, necesse erit ministeria in ipsa Provincia ita sapienter disponere, ut quam plurimi viri bonis dotibus praediti ad Missionem destinari possint. Quare praesertim Superiores caritate erga Missionem adducti prudenter videant, ne, neglectis maximis Missionis necessitatibus, minoris momenti opera suscipiantur atque instent, ut munera quaedam, quae externis laicis absque magno damno committi possint, revera his concredantur.

Inter media denique prospero Missionis progressui valde necessaria pecuniaria habentur subsidia. Equidem haud ignoro multas annis superioribus in Missione scholas et ecclesias, plurimis in Provincia Sociis solertes et laudabiliter iuvantibus, construi potuisse; tamen putaverim adeo generosa, adeo necessaria subsidia frequentius Missionariis submitti posse, si omnes etiam studiosius quam usque adhuc hac in re tanti pro Missionis emolumento momenti cooperabuntur, parsimonia quoque in tota viventi ratione ad hoc divinorum divinissimum opus pro viribus cum magno suarum animarum solatio contribuendo. Magnopere de Missione merebuntur etiam ii Nostri omnes, qui eos propinguos vel amicos, quo bonis temporalibus praeditos noverit, operosos in eam benefactores reddiderint atque ad iuvanda salutaria eius opera dextere induxerint. Collegiorum Rectores, Residentiarum Superiores, Moderatores Congregationum Marianarum magnopere exhortor, ut Piam Unionem S. Petri Claver, quae anno 1889 a P. Friderico Haynen tum Provinciali pro ipsa Missione Iavensi erat erecta quaeque tot iam ei bona praestitit atque adhuc praestat, pro viribus promoveant. Postremo ne recedatur, nisi graves adsint rationes a R. P. Provinciali approbandae, ab illa regula inde ab initio statuta, qua omnes Congregationes Marianae suam quaeque sectionem missionariam a Pia Unione S. Petri Claver subdivisam habeant.

En, RR. PP. et FF. CC., quae hac sollemnissima occasione perpendenda vobis proponere volui. Ex semetipso quisque verbis S. P. N. Ignatii paululum immutatis studiose nunc quaerat: « Quid egerim pro Missione, quid agam pro Missione, quid agere debeam pro Missione ». Etenim si hac ratione omnes maiore erga suam Missionem amore et zelo sese imbuerint, hoc Iubilaeum 75 anni nostrae in Indiis Orientalibus Missionis plurimum conducet ad omnes Provinciae Socios et in patria et in Missione degentes magis intimo caritatis Christi vinculo inter se coniungendos omnesque exstimulabit ad maiora melioraque in dies pro aeterna populi Iavani salute aemulanda et exantlanda.

Vestris SS. SS. et precibus me enixe commendo

Romae, die festo SS. Trinitatis 1934.

Vestrum omnium
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

104. **16 iunii 1934.**

De ratione impensius iuvandi a Nostris in Gallia magnum opus « Association Catholique de la Jeunesse Française ».

AD SOCIOS ASSISTENTIAE GALLIAE.

MES RÉVÉRENDS PÈRES ET MES BIEN CHERS FRÈRES:
P. C.

Dans l'audience des pèlerins de l'Association Catholique de la Jeunesse Française le Saint Père, après avoir souhaité la bienvenue à la nombreuse jeunesse qu'il avait devant Lui et qui représentait toutes les branches de l'Association, a laissé parler son coeur prodiguant à ses auditeurs ses directions et ses paternels encouragements. En terminant il leur a donné comme mot d'ordre ces simples paroles: « Toujours plus et toujours mieux ». C'était les inviter à poursuivre sans se lasser le progrès de leur vie chrétienne et de leur apostolat. Les pèlerins ont emporté de Rome cette consigne, bien décidés à la faire passer dans toute leur vie.

Il m'a semblé que nous avions nous aussi à tirer une grave leçon de ces paroles du Souverain Pontife. En effet l'Association Catholique de la Jeunesse Française faisant partie intégrante de l'Action Catholique est sous la direction de la Hiérarchie dont elle veut être un instrument docile et actif. Mais les autorités compétentes ont voulu que la Compagnie s'en occupât d'une manière toute

spéciale. De par leur volonté, la Compagnie a l'importante mission de collaborer avec le Clergé Séculier et Régulier à former à la vie chrétienne et à l'apostolat la jeunesse enrôlée dans l'Association, et de préparer ainsi pour l'avenir des dirigeants et de bons ouvriers de l'Action Catholique.

L'importance de la mission qui nous est confiée — l'avenir du Catholicisme en France dépend en partie de l'heureux développement de l'Association — et la confiance qui nous est témoignée par les Evêques et même par le Saint Père, nous invitent à faire un retour sur nous-mêmes. Ces réflexions je les ai faites devant Dieu et c'est pourquoi je veux vous demander aujourd'hui de faire vôtre ce mot d'ordre du Pape: « Toujours plus et toujours mieux », qui exprime en d'autres termes notre devise « Ad maiorem Dei Gloriam ». Si les membres de l'Association doivent poursuivre un idéal si élevé, à plus forte raison la Compagnie, qui a en grande partie la direction et la responsabilité de cette oeuvre, doit-elle le faire sien et ne rien négliger pour assurer la prospérité, le développement et le progrès d'une association si chère à la Sainte Eglise et au Souverain Pontife.

Quand je dis la Compagnie, je n'entends pas seulement l'Aumônier Général et nos Aumôniers particuliers de l'Association, mais encore les Provinciaux, les Supérieurs et chacun des membres de l'Assistance. Tous dans leur sphère d'action doivent collaborer au succès de l'Association, soit par la prière qui est toujours possible, soit par la collaboration directe à l'oeuvre quand les Supérieurs le demandent, soit par le soutien moral qui lui est donné et par la sympathie manifestée à ceux qui s'y dévouent, soit par l'effort nécessaire accompli pour bien connaître l'oeuvre et ses méthodes, afin de la faire mieux apprécier autour de soi et de l'aider plus efficacement. C'est plus particulièrement le devoir de ceux qui travaillent dans les oeuvres d'étudiants. Il leur appartient spécialement de montrer l'Association sous son vrai jour et de la faire aimer par les jeunes gens. C'est en effet dans les rangs des étudiants, à cause de leur culture plus étendue, que l'Association est amenée, comme elle l'a toujours fait, à recruter une partie de ses dirigeants. Il ne s'agit pas bien entendu d'user de la moindre contrainte pour les incliner à entrer dans la Jeunesse Catholique, mais je suis convaincu que des Aumôniers de Cercles d'étudiants, vraiment dévoués à la Sainte Eglise et au S. Siège, et fidèles aux directions reçues, trouveront le moyen de rendre l'Association sympathique à bon nombre de jeunes gens sur lesquels ils ont de l'influence.

C'est aussi le devoir dans les Collèges, comme le recommandait le Souverain Pontife dans l'audience du mois de décembre 1933 accordée aux étudiants de l'Amérique du Sud, de préparer nos élèves aux tâches que leur réserve l'avenir dans l'Action Catholique. C'est pourquoi je désire que dans tous nos Collèges on fasse bien connaître l'Association et que l'on forme, en parfaite harmonie avec les Congrégations de la Sainte Vierge, des groupes de la Jeunesse Etudiante Catholique parmi les grands élèves, qui, sortis du Collège, iront tout naturellement grossir les rangs des étudiants de l'Association.

Je crois, mes Révérends Pères, qu'il y a peu de pays où la Compagnie ait tant et de si belles oeuvres d'étudiants et de jeunes gens comme en France; elles font un bien considérable, mais elles en feraient bien davantage encore s'il y avait plus de coordination et plus de désintéressement dans le dévouement, plus d'abnégation des idées personnelles dans l'acceptation des directions des Supérieurs et surtout de celles du Souverain Pontife. On a dit que l'ennemi des âmes n'a pas de moyen plus efficace pour nuire à la Sainte Eglise que d'empêcher l'union des forces parmi les catholiques. Le Saint Père, parlant un jour de la souveraine importance de cette union, me disait avec insistance que pour l'obtenir on devait être prêt à abandonner des idées même géniales pour en adopter de plus modestes si sur elles on pouvait plus facilement rallier les suffrages.

Cette union est surtout nécessaire dans les Ordres Religieux et plus particulièrement dans la Compagnie pour lui permettre de travailler plus efficacement à la plus grande Gloire de Dieu et pour amener par son exemple les fidèles à s'unir entre eux et avec leurs chefs dans les travaux apostoliques. Vous savez comment elle s'accomplit dans la Compagnie: c'est par l'obéissance qui ramène à l'unité toutes les pensées, toutes les volontés, toutes les activités, puisque S. Ignace va jusqu'à nous demander non seulement d'exécuter les ordres de nos Supérieurs et de suivre leurs directions, mais encore de leur soumettre notre volonté et notre jugement. Mais notre Bienheureux Père, sachant combien cet idéal est opposé aux tendances de la nature déchue, ne le sépare pas d'un autre principe plus intime et plus efficace encore, qu'il nous propose dans la 8e Partie des Constitutions: « Le lien principal, nous dit-il, qui unit les membres (de la Compagnie) entre eux et avec leur chef est l'amour de Dieu et de Notre-Seigneur Jésus-Christ, car si le Supérieur et les inférieurs sont très unis à la souveraine et divine Bonté, ils seront très facilement unis entre eux » (P. VIII, C. 1, n. 8). C'est pourquoi, comme Supérieur de notre chère Compagnie,

toute consacrée à Notre-Seigneur Jésus-Christ, certain d'être en plein accord avec le Saint Père et avec l'ensemble des Evêques de France, je vous demande de concentrer vos efforts et de tout faire pour soutenir la Jeunesse Catholique et ses mouvements spécialisés et surtout la développer parmi les étudiants.

En réclamant de vous un effort loyal dans ce sens, je ne crois pas vous demander autre chose que l'accomplissement d'un devoir. Il s'agit en effet de promouvoir une oeuvre qui a été fondée autrefois par la Compagnie et qui a maintenant une situation officielle dans l'Action Catholique de France, une oeuvre qui se met en dehors et au-dessus de la politique et qui en matière sociale prend pour règle de conduite les Encycliques des Souverains Pontifes. Il s'agit d'une oeuvre qui en matière religieuse aspire à travailler dans tous les milieux de jeunes et dans tous les ordres à établir le Règne de Jésus-Christ. Que s'il arrive parfois qu'ici ou là on fasse des faux pas, il y a des Aumôniers et des Supérieurs pour y porter remède. Un des meilleurs moyens d'ailleurs de les éviter sera de fournir à l'Association des jeunes gens capables d'y exercer une salutaire influence comme l'on fait tant d'anciens de la Jeunesse Catholique.

Pour vos montrer l'importance que j'attache à la direction que je vous donne aujourd'hui, je ne crains pas de demander publiquement à vos Pères Provinciaux de faire tous les sacrifices nécessaires en hommes et en argent pour assurer la prospérité de l'Association, même s'ils étaient obligés pour cela d'imposer des sacrifices aux autres oeuvres de la Province, notamment aux Collèges.

Je sais, mes Révérends Pères et mes bien chers Frères, que tous vous recevrez cette direction avec une obéissance filiale et qu'au poste où la Providence vous a placés vous vous mettrez allègrement à l'oeuvre. Et alors cette action d'ensemble, singulièrement bénie par Dieu, j'en ai l'intime confiance, produira au sein de l'Association de la Jeunesse Catholique des résultats dont vous serez étonnés vous-mêmes et qui contribueront puissament à la grande oeuvre de l'Action Catholique en France.

Je me recommande instamment à vos Saints Sacrifices et prières.

De Rome, en la fête de S. Jean François Régis,
le 16 Juin 1934.

Votre serviteur à tous en Jésus-Christ
WLADIMIR LEDÓCHOWSKI
Prép. Gén. de la C.[ie] de Jésus.

105. **15 augusti 1934.**

Mittitur et promulgatur Instructio de ordinandis Universitatibus, Collegiis etc. in Assistentia Americae.

I.

EPISTOLA AD PATRES ET SCHOLASTICOS ASSISTENTIAE AMERICAE.

Reverend Fathers and dear Brothers in Christ:
Pax Christi.

I am able at last to send to the Fathers and Scholastics of the American Assistancy my long promised Instruction on Studies and Teaching, and I gladly use the opportunity to address to each and all a brief message of paternal greeting and exhortation.

To begin my letter with what is uppermost in my mind, I wish to say once more what I have repeatedly said before, that your educational work in the United States has for many years held an enviable and envied record among the world-wide activities of the Society. For my own part, I have watched with much consolation the wonderful growth and development of your institutions, and their manifold opportunities for procuring God's glory and the good of souls, and I have had frequent occasions to admire the generosity of your benefactors and the loyalty of your friends and students. At the same time I have always been solicitous to assist and direct Superiors and teachers in their task, and to animate them to answer to the full the expectations of the Church and of the Society. It is a pleasure for me to render this renewed testimony to the zeal and devotedness of all, as I introduce my Instruction on Studies and Teaching.

It is my wish that this Instruction should be made known as soon as possible in all of our houses. I need not add that it is not intended for the general public. It belongs to that class of domestic legislation which we discreetly confine to the interior of our communities, and carry into execution without calling the world's attention to it.

As you will notice at a glance, the new Instruction embraces the entire period of preparation of the future Jesuit teacher, from his entrance into the Society to the day when he is fully equipped to take up his life's work in some High School, College or Univer-

sity of his Province. It aims moreover at reorganizing our educational institutions, leaving untouched the inviolable principles of our Institute and its Ratio Studiorum, but combining them with approved modern methods, so that our standard may be equal to the best in the country. This is no reflection on the work done in the past. It is an effort to give a new direction and a fresh impulse to the labors of Ours, corresponding to the needs of the day; an endeavor to produce results better proportioned to the energies expended; a systematized attempt to secure for our educational activities their due recognition and rightful standing among other groups of a similar rank and grade.

To further these ends, I named in December 1930 an inter-Province Commission on Higher Studies, composed of six Fathers who for many months labored with a zeal and diligence worthy of all praise. In August 1932 the Commission handed in a voluminous report containing a complete statement and analysis of our educational situation in the United States, and suggesting means and remedies to bring all our schools to the desired perfection. This report, supplemented by observations received from the several Provinces, has supplied the subject matter for the present Instruction which is now communicated to the Assistancy. Its provisions are to be practically and thoroughly tested by way of experiment for the space of three years; they will then become permanent with whatever additions and modifications experience shall dictate.

This brief statement will suffice to make you realize the importance which I attach to the new Instruction. It is the result of years of study, labor and prayer. It is being sent to you in the hope that it will initiate a new era, as it were, of fruitful activity in the field of Jesuit education in the United States, and, among other things, supply that central direction for which many of Ours have been asking so earnestly.

To the Provincials and Rectors, assisted by the National Secretary of Education, is committed the responsible task of watching over the execution of the new Instruction in its various details. They must study it carefully, and find the ways and means of carrying it into effect. This they can only do if they have the wholehearted cooperation of all their subjects. The Scholastics must be thoroughly convinced that a great deal is expected of them; they must eagerly embrace the studies assigned to them, and do their best to make them a success. The priests, conscious of the apostolic nature of the work of the classroom, will gladly dedicate

themselves to it for life, if so ordered by Superiors, and will continue to perfect themselves in the subjects they are teaching. Your combined, unremitting efforts will gradually enhance the reputation of the Society as the leading teaching body of your country, by multiplying proofs of efficiency visible to all. The modern educational world, as we know, calls for more publicity, for greater exterior evidence of scholarship than in the past. Teachers must have degrees, they must write books and articles of scientific value, give conferences and lectures that interest the people, keep in contact with learned organizations. We cannot afford to ignore these requisites of the modern teacher, though we must try to direct them to the spiritual and supernatural end proper to our vocation. The new Instruction will, I trust, be a safe guide in this matter, as well as in many others.

I cannot sufficiently emphasize my conviction that the success of your future educational work will depend very largely on the cooperation of all in carrying it forward; cooperation of the Provinces among themselves, cooperation of the several Colleges of each Province, cooperation lastly of all the members of the Province, old and young, Superiors and subjects, each unselfishly looking to the general good. This cooperation will have to include the securing of the financial means necessary for the application of the new program. It is easy to foresee that this cannot be done without a considerable outlay of money, and I am well aware of the straitened circumstances of most of your Provinces. Let all therefore make it their duty to help in this matter both directly and indirectly. Besides interesting friends and benefactors in your work, let each apply to himself more strictly than ever what I have so often recommended regarding the practice of poverty and economy, and the reduction of his personal expenses to a minimum. Much money will thus be saved for the Arca Seminarii and for the preparation of your teachers, and God will not fail to send special blessings in reward for sacrifices generously made.

I am sending you this Instruction on Studies and Teaching on the four hundreth anniversary of the day when our holy Father Saint Ignatius and his six companions consecrated themselves by vow to the service of God and of the Church. May the memory of that solemn event which meant so much for the future Society of Jesus, inspire you all to walk with courage and perseverance in the footsteps of these glorious fathers and models!

Recommending myself to your holy Sacrifices and prayers, I am

Rome, 15th of August, 1934.

Your servant in Christ,
W. LEDÓCHOWSKI
General of the Society of Jesus.

II.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIARUM ASSISTENTIAE AMERICAE.

Rome, August 15th., 1934.

VERY REVEREND AND DEAR FATHER PROVINCIAL:
P. C.

The problem of Jesuit education in the United States has, as you know, been one of my chief preoccupations for many years. In my endeavor to solve it, I named in 1931 a Commission on Higher Studies for the American Assistancy. The six Fathers composing its membership studied the whole educational situation leisurely and thoroughly, and in the summer of 1932 handed in their report including a large number of suggestions and recommendations. I wish on this occasion to bear testimony once more to the untiring zeal and industry with wich the Commission discharged its onerous duties, and to the lofty motives wich inspired its conclusions. It has deserved the gratitude of the Assistancy, and I might add of the whole Society. To the report of the Commission were subsequently added the observations of Superiors, Consultors and other experts of the several Provinces, all bearing upon the questions at issue and their practical solution.

Weighty reasons, in particular the adjustments rendered necessary by the recent Apostolic Constitution on ecclesiastical studies, have hitherto prevented any definite action on my part. But the matter has never ceased to engage my attention, and twice I have called on the services of experienced Fathrs to help me give practical form and application to the labors of the Commission. This has at last been happily accomplished, and it is with genuine satisfacion that I am sending you today my long promised Instruction on the all important subject of Jesuit education in the American Assistancy.

This Instruction, I feel certain, you will welcome with your wonted cheerful obedience to the orders of Father General. I wish

you to study it carefully, and to carry it into execution in friendly cooperation with the other Provincials of the Assistancy. I have tried to state my directions clearly, without entering into unnecessary details. If the essentials are loyally taken care of, the accidentals will easily follow.

My first end and object has been to bring about in your Provinces that harmonious collaboration and united front, for lack of which, I fear, there is danger of your falling behind in your competition with other educational institutions. These institutions, indifferent, if not hostile, to all revealed religion, are making combined efforts to monopolize the training of youth, and to define the objectives of education, with the disastrous results that you know. Union and mutual cooperation among ourselves are absolutely necessary, if we wish to hold our own in the modern educational world, and to meet the new conditions that are challenging us on every side. Now union and cooperation cannot exist without centralized organization. I have therefore thought it necessary before everything else to create a thoroughly active and efficient « Association of Jesuit Universities, Colleges and High Schools of the United States ». All of these without exception will be ipso facto members of this Association, and will share its advantages as well as its obligations.

At the head of this new Association, I am placing a permanent National Secretary of Education, directly appointed by myself. I have selected as the first incumbent the Reverend Father Daniel O' Connell of the Chicago Province. He will enter upon his duties at the beginning of the new scholastic year, on September the eighth 1934. The duties of the new Secretary are briefly enumerated in article 4 of the Instruction. As Father O' Connell is giving his services equally to the whole Assistancy, it is expected that all the Provinces will contribute towards the expenses of his office. I have promised him therefore that all the Fathers Provincial will see that he is supplied with all that is needful for the success of his work. His headquarters should be located as conveniently and as centrally as possible; the choice of the place I leave to his and to the Provincials' judgment.

In order to build the new educational structure on as solid a foundation as possible, I have thought it advisable to give the National Secretary of Education, for a limited time, the title and prerogative of « Commissarius », as described in the eleventh decree of the second General Congregation. This means that he is invested with all the authority needed to carry into effect the prescriptions

and recommendations contained in the Instruction drawn up for the Assistancy. He will make it a rule to communicate his directions through the Provincials. But since he holds his powers directly from Father General, it follows that the Provincials are dependent on him in matters pertaining to his office.

The Instruction which I am sending to the Assistancy is mandatory, and should be carried into effect with the least possible delay. For a period of three years I wish it to be practically and thoroughly tested by way of experiment; it will then become permanent with whatever additions and modifications experience shall dictate.

Father O'Connell will make it his duty, as soon as convenient, to visit the several Provinces, in order to get personally acquainted with local conditions, and to consult with the Provincials and Rectors. The heavy responsibility of his task cannot fail to earn for him your interest and wholehearted cooperation.

Among the subjects to be considered in the course of his visit is that of Chancellor in your large Universities, in order to determine what places are in need of such an officer, and what should be his powers and functions.

The position of your Graduate Schools which have hitherto received so little public recognition, must be courageously examined into. This is a matter of supreme moment to be handled with unselfish cooperation on the part of all the Provinces, and with the single purpose of bringing these Schools to the level of the best in the country. By common agreement it must be determined how many Graduate Schools your Provinces can efficiently conduct, what shall be their character, where they should be located, how they can be brought to the highest perfection.

Of almost equal importance is the question of deciding which of our universities are the best adapted for the special studies of the Scholastics who are preparing for the Bachelor's and Master's degrees. This will present certain difficulties, not merely as to the choice of the universities best fitted by reason of their staff, library facilities and scientific apparatus, but from the very practical standpoint of housing accommodations. Good will on the part all, and a certain amount of inconvenience on the part of some, will, I trust, gradually eliminate these difficulties.

There remains the much vexed question of the relation of your institutions to the several standardizing agencies. The advisability of continuing this relation is controverted by some in view especially of recent happenings. On the other hand it is the com-

mon opinion that it would be next to impossible in the present circumstances to withdraw from these associations. The solution of this problem therefore would seem to need further study, and may have to be postponed to some future date, when the power of these associations will perhaps have weakened, and our own position become stronger.

For the purpose of emphasizing the educational activities of the several Provinces, it has been suggested that the General-Prefects of Studies be named Provincial Consultors. This proposal I cannot entertain, as I do not wish to attach the office of Consultor to any particular class of persons, with the exception of the Socius. Nevertheless in view of the strong reasons advanced, I think it well to ordain that at least twice a year, and at other times also when questions of scholastic interest are being treated, the General Prefects of Studies be called into the Provincial Consultation and given the opportunity of expressing their opinion. A similar prescription already exists in regard to the Procurators of the Province.

Let me in conclusion call Your Reverence's attention once more to the great importance of the Instruction which I am now sending to the American Assistancy. It outlines a plan that has been matured after years of serious study and earnest prayer, and that will, I trust, make your colleges and the education imparted by them, all that the Church, the Society and legitimate modern progress demand of them. It will moreover encourage Ours in the pursuit of sound scholarship, and inspire them with fresh enthusiasm in their sublime calling of instructing unto justice the Catholic youth of America.

I am fully aware that the execution of the new regulations will demand many sacrifices and not a little courage, and therefore, I beg of you not to be dismayed by the difficulties of the moment, but to look forward to the harvest which the efforts of today are preparing for the years to come. You will be animated by the thought that both Superiors and subjects have been eagerly waiting for this Instruction, and are ready to cooperate with you in putting it into effect. It is to the Provincials however that I am chiefly looking for the final success of the undertaking. May your confidence in God be in proportion to the greatness of the task entrusted to you; and may our holy Father Saint Ignatius, on the fourth centenary of whose vows at Montmartre I am signing this letter, obtain for you his own spirit of zeal, generosity and perseverance.

Commending myself to Your Reverence's holy Sacrifices and prayers, I am

Your Reverence's servant in Christ
WLODIMIR LEDÓCHOWSKI
General of the Society of Jesus.

III.

INSTRUCTIO
PRO
ASSISTENTIA AMERICAE
DE ORDINANDIS UNIVERSITATIBUS, COLLEGIIS AC SCHOLIS ALTIS ET DE PRAEPARANDIS EORUNDEM MAGISTRIS.

TITULUS I.

De Cooperatione inter Provincias et de Directione in singulis Provinciis.

Art. 1.

Unio. — Unionem inter nostras Universitates, Collegia et Scholas Altas, quam ratio ipsa et nostri Instituti spiritus tantopere commendant, prorsus necessariam reddunt praesentes temporum rationes.

Cooperatio. — Ad hanc vero unionem procurandam unitis viribus tam Provinciae ipsae quam singuli earum socii cooperari debent.

Art. 2.

Associatio Nationalis. — Quae cooperatio ut rite procedat, omnino expedit ut vegeta et efficiens « Associatio Universitatum, Collegiorum et Scholarum Altarum Soc. Iesu in Statibus Unitis » quamprimum instituatur.

Art. 3.

Commissio Interprovincialis Exsecutiva. — § 1. Administrabitur haec Associatio a Commissione Interprovinciali Exsecutiva, quae ex singula-

rum Provinciarum Praefectis Studiorum Generalibus constabit, quaeque saltem semel in anno conveniet.

§ 2. Huius Commissionis erit: *a*) consilia inire de iis quae ad studia et educationem quocumque modu pertinent, eaque PP. Provincialibus et Praeposito Generali tempestive proponere;

b) Provinciales iuvare ut ea quae a legitima auctoritate pro singulis Provinciis sunt ordinata et approbata exsecutioni mandentur.

Art. 4.

Secretarius Nationalis. — § 1. Huic Commissioni Interprovinciali Executivae ex officio praesidebit permanens Secretarius Nationalis Educationis a Praeposito Generali designandus, qui ad eundem Praepositum Generalem semel saltem in anno plenam de rebus scholasticis relationem mittet.

§ 2. Is eo loco suam sedem constituet, qui maxime idoneus iudicabitur; rebusque omnibus instruendus erit, quae ad ipsius munus recte explendum requiruntur.

§ 3. Huius Secretarii officia sunt: *a*) Singularem rei educativae in tota Assistentia curam agere;

b) statum rerum et personarum in nostris Universitatibus, Collegiis et Scholis bene perspectum habere;

c) congressibus educativis, saltem qui maioris sint momenti, interesse ibique Associationem Interprovincialem de qua in articulo 2 repraesentare;

d) Superioribus et Officialibus passim consilia et opem praestare in ipsorum cum « Coetibus Accredizantibus » relatione;

e) informationes ad educationem pertinentes prae manibus ad Nostrorum usum habere, earumque digesta aliquoties in anno cum eis communicare.

Art. 5.

Praefecti Studiorum Generales. — § 1. In maioribus saltem Provinciis, duo constituantur Praefecti Studiorum Generales: unus pro Universitatibus ac Collegiis, alter pro Scholis Altis, et uterque duos habeat consultores seu adiutores; in minoribus vero Provinciis, unus saltem constituatur Praefectus Generalis Studiorum, qui pariter duos habeat consultores seu adiutores.

§ 2. Horum Praefectorum Generalium munus erit: esse adiumento PP. Provincialibus in omnibus quae ad studia sive Nostrorum sive externorum spectant; speciatim, visitationem scholarum nostrarum statutis temporibus instituendo, ut de progressu obtento, de defectibus corrigendis, de ordinationibus exsecutioni mandandis sibi rationem reddant.

TITULUS II.

De Institutione Alumnorum, de Professoribus ac de Universitatum, Collegiorum et Scholarum Altarum Regimine.

Art. 6.

Perfectio attingenda. — Universitates, Collegia ac Scholae Altae omnes summopere connitantur, ut iuxta Institutum nostrum in suo genere perfectionem vere attingant, habita varietatis et exigentiae temporum ac locorum iusta ratione. Quare non tam de Scholis augendis vel de novis condendis quam de iis quas iam habemus perficiendis curare oportet.

Art. 7.

Iuxta spiritum Rationis Studiorum. — Prae oculis habeantur ea quae Instituti nostri et scholarum nostrarum sunt essentialia et propria, quaeque semper et ubique in praxim deduci debent, qualia sunt imprimis:

1°. *Finis* educationis nostrae praestitutus: i. e. proximum ad Dei cognitionem atque amorem adducere. Proinde haec prima cura debet esse ut discipuli una cum litteris mores christianis dignos hauriant; et in omnibus scholis nostris primas partes obtinere debet moralis et religiosa alumnorum institutio secundum Ecclesiae principia et directiones. Hac ratione pro familia, patria et Ecclesia viros eminentes praeparabimus; viros, inquam , qui in suo quisque vitae genere, ceteris tam rectitudine principiorum quam soliditate virtutum christianarum praeluceant quique actionem catholicam sub ductu Hierarchiae sollerte promovere valeant.

2°. *Media* quaedam peculiaria ad hanc educationem conducentia:

a) *Instructio religiosa* singulari diligentia tradita, atque aetati et formationi iuvenum adaptata;

b) *Philosophia Scholastica,* quae simul cum vera religione ad omnes vitae hodiernae conditiones tamquam norma est applicanda;

c) Saecularis nostra *docendi methodus,* quae non solam eruditionem intendit, sed id praesertim ut totus homo cum omnibus facultatibus rite formetur et evolvatur;

d) *Personalis alumnorum cura,* qua Nostri, praeter doctrinam et exemplum in scholis praestitum, singulos consilio et exhortatione dirigere et adiuvare satagant.

Art. 8.

Systema Societati proprium. — Siquidem constat inter tot nova et variabilia hodierni temporis systemata paedagogica etiam Scholas Societatis aliquid damni accepisse, valde utile erit ut Commissio Interprovincialis quaestionem perpendat de curriculo nostro scholastico ita disponendo ut principia nostrae Rationis Studiorum necessitatibus hodiernis adaptentur, atque maior stabilitas et uniformitas in omnibus nostris scholis obtineatur.

Art. 9.

In Scholis Altis sacerdotes doceant. — Omnino requiritur ad stabiles traditiones scholasticas fovendas, ut stabiles habeantur Magistri. Ideo Nostri post sacerdotium parati sint ad magisterium perpetuum in Scholis Altis exercendum. Qui sibi persuadeant se munus summi pretii obire, iuventutem catholicam tenerae aetatis solide et religiose instituendo.

Art. 10.

Praefecti Studiorum in Scholis Altis. — Studiorum Praefecti in Scholis Altis ad suum munus convenienti gradu et academica institutione, necnon practica administrationis experientia praeparari debent.

Art. 11.

Universitatum et Collegiorum Praefecti et Decani. — In Universitatibus et Collegiis, ii qui singulis disciplinis (departments) praeficiuntur, sint in sua materia bene versati, ut plurimum Doctoratu insigniti, et vera administrandi capacitate praestantes; idque a fortiori de Decano Facultatum dici debet.

Art. 12.

Praefectorum auctoritas. — § 1. Praefecti Studiorum, tam generales quam particulares, Provincialium et Rectorum auctoritati, ut par est, subesse debent; nihilominus valde convenit ut illis tantum potestatis tribuatur quantum requiritur ut suis officiis efficaciter fungi valeant.

§ 2. Omnes Praefecti Studiorum, sive generales sive particulares, semel in anno ad Praepositum Generalem et bis in anno ad suum quisque Provincialem scribere ne omittant.

Art. 13.

Mutationes vitandae. — Quamvis laudandae et fovendae sint iuxta Institutum in subditis indifferentia ad locum et alacritas ad quodvis munus pro Dei gloria suscipiendum, nihilominus Superiores intelligant famam scholarum postulare ne officiales et professores in suis muneribus frequentius mutentur.

Art. 14.

Doctrinae et graduum aestimatio. — Assidue foveant Superiores in Nostris, praesertim iuvenibus, illam aestimationem quae in Societate nostra erga veram et solidam doctrinam semper viguit, et pro viribus animent et adiuvent eos, qui ob hodiernas necessitates gradus academicos etiam superiores ad Dei gloriam et animarum fructum assequi conantur.

Art. 15.

Professores tempus habeant scribendi. — Diligenter curent Superiores ut Professores nostri, qui post arduos diuturnosque labores in suis disciplinis insignes evadere sategerunt, ita ab aliis negotiis liberentur ut sat temporis et otii habeant ad sese magis magisque perficiendos, atque ad opera vere scientifica, sive lectionibus et conferentiis, sive scriptis libris et dissertationibus, in lucem edenda. Vix enim datur via aptior et efficacior ad existimationem peritorum hominum nostri Collegiis et Universitatibus, ipsique Societati, alliciendam; vel medium Instituto nostro magis consentaneum ad divinam gloriam, honorem Ecclesiae et animarum salutem promovendam.

Art. 16.

Statuta Universitatum et Collegiorum. — Singulae Universitates ac Collegia conficiant et edant Statuta, quantum fieri potest, uniformia, quibus inter alias notitias scitu utiles, normae pro adscriptione, promotione, etc. Professorum clare stabiliantur.

Art. 17.

Laici professores. — § 1. Professores laici, universim loquendo, in Facultates ne recipiantur nisi qui sint catholici, vera docendi habilitate praediti, atque gradibus requisitis insigniti.

Decani. — § 2. Decani laici seligantur qui eruditione, peritia administrativa, fide ac vita catholica emineant.

Art. 18.

Cancellarius seu Praeses Universitatis. — Si in quibusdam Universitatibus, ob earum amplitudinem, praeter Rectorem constituendus videtur Cancellarius seu Praeses, hic a Praeposito Generali designabitur, atque sub alto Rectoris ductu, res et relationes educativas totius Universitatis ex officio administrabit.

Art. 19.

Fundationes pecuniariae. — Data opera omnes, maxime Superiores, enitantur fundationes pecuniarias, nostris diebus (si alias unquam) valde necessarias, in bonum Collegiorum comparare. Quamobrem benefactores prudenter exquirendi sunt, qui nobiscum in rebus educationis cooperari possint et velint.

Art. 20.

Ratio librorum computationum. — § 3. In singulis nostris Collegiis moderna ratio librorum computationum instituatur, sub competente ratiocinario, qui Procuratoris adiutorem agat.

§ 2. Hi libri, statutis temporibus, a viris peritis (Certified Public Accountants) recenseantur.

Relationes pecuniariae. — § 3. Si quas ex his pecuniariis relationibus (reports and statements) cum externis communicare expediat, id nonnisi a competente auctoritate fiat; sintque relationes accuratae et sibi constantes, atque exemplaribus apud nos servatis fideliter respondeant.

Art. 21.

Relationes educationis. — Simili modo, relationes, annales, elenchi, qui statum educationis singulorumque alumnorum in nostris scholis exhibent, sint accurate confecti et rite ordinati, de anno in annum sibi constent, a competente auctoritate edantur, eorumque exemplaria serventur.

Art. 22.

Conventus frequentandi. — Ad amicas relationes fovendas, atque ad omnimodam status educationis peritiam comparandam, expedit ut non solum Studiorum Praefecti, Decani aliive Officiales, sed et ipsi Su-

periores locales, et aliquando etiam Provinciales, conventibus Coetuum Educationalium intersint.

Art. 23.

Affiliatio cum Coetibus Accredizantibus. — Perpensis hodiernis adiunctis, necesse videtur ut nostrae Universitates, Collegia et Scholae Altae apud respectivos Coetus « Accredizantes » affiliationem (membership) adipisci studeant, utque semel affiliata inter cetera eiusdem ordinis instituta praecellant.

Art. 24.

Relatio cum Episcopis. — Singulari diligentia studeant omnes Superiores ut nostrorum Collegiorum relationes cum RR. Episcopis et auctoritate ecclesiastica sint amicissimae. Ad quem finem sedulo curare debent non solum ut debito obsequio et reverentia benevolentiam et cooperationem RR. Ordinariorum sibi comparent et retineant, sed ut re et opere comprobent nostra Collegia esse centra activitatis catholicae, semper prompta ad RR. Episcopos in eorum pro Ecclesia et religione consiliis et laboribus iuvandos et sustinendos.

TITULUS III.

De Magistrorum praeparatione.

Art. 25.

Candidatorum delectus. — In Societatis candidatis admittendis eo maior delectus habendus est, quo magis vocationes iam nunc numero et qualitate abundant. Quare ii prae ceteris accipiendi sunt qui ingenio et indole praecellunt, quique spem praebent se etiam in opere educationis postea cum fructu laboraturos esse.

Art. 26.

Eorumque praeparatio scholastica. — Ad modum praeparationis scholasticae optandum est ut candidati « curriculum medium studiorum classicorum », i. e. duos priores Collegii annos, ante confecerint quam Societatem ingrediantur. Qui statim post Scholam Altam absolutam recipiuntur, mediocritatem in studiis superasse, atque hac de re indubia testimonia exhibere debent.

Art. 27.

Novitiorum studia. — Salvo praecipuo fine Novitiatus, qui in studio propriae vocationis et perfectionis atque in solidarum virtutum amore et exercitio consistit, curent Superiores ut studia Novitiis concessa serio et ordinate, et quidem sub optimis Magistris, peragantur, atque imprimis ad latinam linguam quam optime addiscendam dirigantur.

Art. 28.

Iunioratus studia. — § 1. In Iunioratu is debet esse disciplinarum liberalium cursus, quem Apostolica Constitutio « Deus scientiarum Dominus » iis imponit qui ad Philosophiam progressuri sunt, quemque Americanum educationis systema praerequirit tamquam superiorum disciplinarum fundamentum.

Quaenam. — § 2. Liberalium vero disciplinarum nomine veniunt: Lingua vernacula, Linguae classicae et modernae, Historia, Mathesis, Scientiae quae vocantur naturales, Notiones paedagogicae.

Ordo studiorum. — § 3. Sequendus est studiorum ordo a Praeposito Generali pro singulis Iunioratibus approbatus, qui, quantum fieri poterit, uniformis esse debet. Nihil tamen obstat quominus iam tunc singulorum Scholasticorum individuae inclinationis ac aptitudinis aliqua ratio habeatur, qua prudenter postea dirigantur ad illas disciplinas, ad quas promptiores, quaeque speciales vocari solent.

Art. 29.

Philosophiae divisio. — Utilissimum erit, etiam in ordine ad gradus academicos civiles, si Philosophia in omnibus Scholasticatibus ita doceatur: 1) ut intra duos annos universae Philosophiae cursus omnes per principaliora et faciliora capita tradantur; 2) ut tertio anno difficiliora capita funditus pertractentur eo modo ut Scholastici per lectiones et per « seminaria » in methodo et labore vere scientifico exerceantur, gradum Licentiae canonicum et gradum Magistri Artium civilem adepturi.

Art. 30.

Studia specialia. Baccalaureatus et Gradus Magistri Artium. — Peractis Iunioratus et Philosophiae curriculis, singuli Scholastici qui ad docendum destinantur, ad aliquam Universitatem nostram mittentur, ut disciplinae illi speciali incumbant quam Superiores, auditis Professoribus, Decanis et Studiorum Praefectis, determinabunt, atque his studiis vacabunt usque dum Baccalaureatum et gradum Magistri Artium consequantur. Qua in re maxima cooperatione opus est, ut quam aptissimae Universitates seligantur, ibique Scholastici omni modo iuventur.

Art. 31.

Cursus paedagogici. — Providendum est vel in Philosophiae vel in studiorum specialium curriculo vel in utroque, ut illi cursus de paedagogia suppleantur, qui iuxta hodiernas normas in America requiruntur.

Art. 32.

Magisterium. — § 1. Post gradum Magistri Artium in speciali disciplina receptum, plerumque Scholastici Magisterium per unum vel duos annos exercebunt, in quo ut plurimum Assistentium munere fungentur Professoris stabilis illius disciplinae ad quam destinati sunt in eaque progressum facere enitantur.

« Teaching Fellowships ». — § 2. Nihil tamen obstat, immo commendandum est, ut eo ipso tempore quo Scholastici ad gradum Magistri Artium sese praeparant, Magisterium exerceant per modum « Teaching Fellowships », nempe inferiores aliquot suae disciplinae cursus docendo et simul superiores prosequendo.

Magisterio exempti specimen dent docendi. — § 3. Quos magisterio eximi et statim ad studia altiora applicari Superiores satius esse duxerint, illis nihilominus opportunitas non desit specimen praebendi suae capacitatis in docendo.

Art. 33.

Studia specialia ad Doctoratum. — Theologia et Tertia Probatione rite peracta, ii quos Superiores elegerint, studiis ad Doctoratum in sua disciplina requisitis operam dabunt, in Universitate vel nostra vel aliena, si fieri potest, catholica, atque ad finem intentum apprime apta.

Art. 34.

Relatio cum eruditis societatibus. — Ad progressum continuum in doctrina stimulandum et ad eam Societati conciliandam in campo educativo auctoritatem, quae ex commercio cum viris eruditis profluere solet, Superiores Scholasticis ad Magistralem gradum provectis facultatem facere possunt eiusmodi societatibus scientificis adhaerendi, haeque relationes etiam tempore Theologiae perdurare poterunt, dummodo nihil nocumenti sacris scientiis afferatur.

Romae, die 15 augusti 1934.

Wlodimirus Ledóchowski
Praep. Gen. Soc. Iesu.

106. **6 novembris 1934.**

Pater Noster singulis Sociis Assistentiae Italiae exemplar versionis italicae offert suae Epistolae de cotidianis pietatis exercitiis.

AD SOCIOS ASSISTENTIAE ITALIAE.

Reverendi Padri e Fratelli
in C.to carissimi:
P. C.

Avendo parecchi di voi espresso il desiderio di avere a proprio uso una copia della mia Lettera del 2 luglio di quest'anno sugli « Esercizi quotidiani di pietà » (1), ho pensato di farne un'edizione manuale e offrirla io stesso a ciascuno di voi come ricordo del quarto centenario dei primi voti del N. S. P. Ignazio e de' suoi Compagni.

Ho creduto poi utile aggiungervi un breve cenno della memorabile Udienza accordataci dal Santo Padre Pio XI a Castel Gandolfo il 17 agosto, col mio umile indirizzo e col magnifico discorso di Sua Santità (2), il quale fu a quanti eravamo presenti, e deve essere anche a tutti gli altri, di grande conforto e di potente stimolo a raggiungere la sublime perfezione propostaci in questa Compagnia che vediamo tanto amata e stimata dal Vicario di Gesù Cristo.

A questo gioverà sopratutto l'interno rinnovamento di spirito da me raccomandato in questa lettera, al quale dobbiamo attendere con particolare impegno durante tutto quest'anno centenario che si chiuderà il 15 agosto 1935. Basterebbe anche solo considerare attentamente quelle parole del Santo Padre nel ricordato discorso: « Noi abbiamo un interesse tutto speciale in questo rinnovamento », parole che Sua Santità pronunciò con singolare peso e serietà: basterebbe, dico, questo per convincerci dell'obbligo che abbiamo di disporci e di cooperare generosamente alla divina grazia per renderci strumenti sempre più atti a meglio servire la Santa Chiesa e il suo Capo visibile.

Altri potenti stimoli a questa rinnovazione interiore devono essere per noi da una parte le atroci e inaudite ingiurie, con le quali ora più che mai, come dissi nella mia lettera del 27 aprile di que-

---

(1) V. supra, pagg. 820-859.
(2) V. supra, pagg. 654-664.

st'anno (1), con diabolica organizzazione viene sistematicamente offesa la Divina Maestà; e dall'altra parte quella sete delle cose di Dio e dello spirito, che sempre più intensa rivela anche in uomini fin qui assai lontani da simili aspirazioni e che spesso li riconduce felicemente alla fede viva e semplice della loro fanciullezza. Queste anime assetate di Dio devono essere per noi come quelle messi biondeggianti che il Divin Redentore addittava ai suoi Apostoli, animandoci noi pur con tale consolante spettacolo alla generosità e allo zelo apostolico secondo lo spirito della nostra vocazione.

Con questi sentimenti e paterni voti vi benedico di cuore nel Signore e mi raccomando ai vostri ss. SS. e alle vostre orazioni.

Roma, nella Festa di Tutti i Santi d. C. d. G.
6 novembre 1934.

Di tutti servo in Cto.
WLODIMIRO LEDÓCHOWSKI
Prep. Gen. d. C. d. G.

107. **9 novembris 1934.**

De occisione P. Aemilii Martínez et Fr. Coad. Ioannis B. Arconada (Prov. Legion.).

AD R. P. HENRICUM CARVAJAL
PRAEP. PROV. LEGIONENSIS.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Nuntium de occisione P. Aemilii Martínez et F. Ioannis B. Arconada non sine magno dolore legi; qui tamen dolor supernaturali consolatione permixtus est, cum, — ut ex variis indiciis nobis conici licet, — ambo in odium fidei et in odium nostrae Societatis cruentam morte occeperint (2). Iesum Christum Regem quem non solum ipsa sua morte verum etiam iam iam morituri suis vocibus confessi sunt, quemque, — ut pie speramus, — ambo nunc in patria feliciter contemplantur, nos fidenter atque enixe rogemus ut duorum vitae sacrificium ab bonum carae Legionensis Provinciae

(1) V. supra, pagg. 766-772.
(2) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, 1934, pagg. 154-157.

et ad christianam et solidam pacem tribulatae Hispaniae conferre faciat.

Commendo me ss. SS.

R^{ae}. V^{ae}.

Romae, die 9 novembris 1934.

Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

108. **12 novembris 1934.**

De captivitate P. Dosithei López (Prov. Legion.) in Sinis.

AD R. P. NARCISSUM ALONSO
SUPERIOREM REGULAREM MISSIONIS ANKINENSIS
(PROV. LEGION.).

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Magno affectus sum dolore quum ex telegrammate die 25 octobris a R. V. Romam misso, cognovi carissimum nostrum Missionarium P. Dositheum López captivum inter communistas versari (1).

Haec Ankinensis Missio quae istis postremis annis duos alios strenuos operarios perduci in captiverium deploravit, iterum eandem afflictionem patitur. Ad Dominum igitur, qui paterna etsi inscrutabili Providentia nos regit, oculos submisse ac fidenter vertite; Eum omnes instanter rogemus ut nostrum captivum Patrem uberrimis gratiis roboret ac consoletur, eique, — si tamen hoc ad divinam gloriam conferat, — libertas restituatur.

Per R.^{m} V.^{m} ad Patrem López litteras scribo, quas ei, — cum fieri poterit, — R. V. velit transmittere.

R.^{ae} V.^{ae} omnibusque Missionariis peramanter benedico.

Commendo me ss. SS.

R^{ae}. V^{ae}.

Romae, die 12 novembris 1934.

Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) Cf. *Memorab. S. I.*, vol. V, 1934, pagg. 163-165.

109. **23 novembris 1934.**

De introductione causae Servi Dei P. Francisci de Paula Tarín.

AD R. P. IOSEPHUM FERNANDEZ-CUENCA
PRAEPOSITUM PROV. BAETICAE.

REVERENDE IN XTO. PATER:
P. XTI.

Laetus cum R. V. communico, die festo Sancti Stanislai decretam fuisse a Sacra Congregatione Rituum, et a Summo Pontifice approbatam, introductionem Causae P. Francisci de Paula Tarín (1). Scio Sacrae Congregationi multum placuisse vitam huius Missionarii qui, abnegatione sui et zelo conspicuus, verum Iesu Christi apostolum semper se praebuit. Mihi etiam admodum cordi est Causa beatificationis tam praeclari filii Societatis, et spero eius exemplum valde collaturum ad animarum zelum, in Nostris, secundum genuinum nostrum spiritum, excitandum.

Omnibus Praepositis Provinciarum Hispaniae hac occasione commendo ut procurent huius Patris cognitionem apud Nostros et apud fideles magis magisque spargere, eo potissimo fine ut extraordinariae gratiae per eius intercessionem a Deo obtineantur; hanc enim nostram cooperationem suavis dispositio divinae Providentiae in glorificandis suis Servis fidelibus requirere solet.

Commendo me ss. SS.

Romae, die 23 novembris 1934.

R^ae^. V^ae^.
Servus in Xto.
WLODIMIRUS LEDÓCHOWSKI
Praep. Gen. Soc. Iesu.

---

(1) V. supra, pagg. 702-705, 877-879.

III. — RESPONSA.

A) Instituti declarationes universae Societati propositae.

(Cfr. Epit. n. 18 § 1).

110. **1 ianuarii 1934.**

De confessionibus Novitiorum (cfr. Epit. n. 159).

Quod ad Novitiorum confessiones attinet, standum est iis, quae scripsi d. 24 februarii 1927 (*Acta Rom.*, vol. V, pagg. 647-648). De ultima tamen paragrapho notandum est, post novam Instituti nostri confirmationem per Summi Pontificis litteras « Paterna Caritas » (12 martii 1933) datam [1], Magistrum Novitiorum, licet simul Superioris munere fungatur, non iam prohiberi, quominus etiam habitualiter confessiones Novitiorum libere ad se accedentium audiat.

111. **18 novembris 1934.**

De ieiunio et abstinentia in pervigilio festi S. Patris Ignatii (cfr. Coll. decr. d. 61 § 1; Epit. n. 210 § 1).

Quaerit R. V. cur in *Elencho eorum quae Superioribus localibus praestanda sunt* n. 15 itemque in *Elencho eorum quae a Ministris praestanda sunt* n. 4, in pervigilio festi S. Patris Ignatii praescribantur ieiunium et abstinentia, cum in *Colle-*

---

[1] V. supra, pagg. 273-275.

ctione decretorum a Congregatione Generali XXVII approbatorum (d. 61 § 1) agatur solummodo de ieiunio, non vero de abstinentia (cf. Epit. n. 210 § 1).

Respondeo: secundum normam ab ipsa Congregatione XXVII latam, decreta illius Collectionis « si antiqua ex integro referunt, ex his sunt aestimanda » (Coll. decr., d. 1 § 3, 1°). Quare decretum de quo agitur, intelligendum est prout a Congregatione Generali VII (d. 16), a qua desumptum est, intelligebatur. Iamvero, secundum ius tunc vigens (1) ieiunium necessario inferebat abstinentiam a carnibus; atque haec erat tunc communis doctrina (2), ut patet v. gr. ex P. Leonardo Lessio († 1623), qui ipsi Congregationi intererat, quique aperte docet ad ieiunium praeter alia requiri « abstinentiam ciborum certi generis ». Cibi autem a quibus abstinendum, « sunt in primis, — ait ipse, — carnes vulgo dictae, nempe ut carnes distinguuntur a piscibus » (3). Quae quidem interpretatio practica, in multis Provinciis iam ad hunc diem servata, ea visa est quae ad mentem memorati decreti ubique deinceps sequenda praescriberetur.

112. **31 decembris 1934.**

De praecedentia in mensa aliisque communibus exercitiis (cfr. Epit. n. 230).

Quamquam in Societate, secus ac in aliis antiquis Ordinibus sancte fit, haud multa decernuntur de praecedentia Nostrorum inter se, et ea quae praescripta sunt (Epit. n. 230) nihil fere determinant nisi quae ex ipsa communis vitae ratione vel ex diuturna consuetudine servari solent; cum tamen S. Pater Ignatius velit ut « veluti unius coloris et similitudinis omnes »

---

(1) Id est initio saeculi XVII, nam Congregatio Generalis VII habita est a die 5 nov. 1615 ad diem 5 ian. 1616.

(2) Iam saeculo XIII id ipsum ut certum assumebatur a S. Thoma: cf. *Summ. Theol.*, II^{a}-II^{ae} q. 147 a. 8.

(3) *De iustitia et iure caeterisque virtutibus cardinalibus libri quatuor* auctore Leonardo Lessio e Soc. Iesu, lib. IV c. 2 d. 2; ed 3^{a}, Mediolani, 1613.

simus (*Examen. gen.*, c. II n. 6), opportunum videtur ut etiam in hac re eadem ubique norma habeatur. Quapropter haec declaranda esse duximus:

I. - Locum cedunt in mensa aliisque communibus exercitiis:

1.° Praelatis charactere episcopali insignitis: Superiores omnes.

2.° Assistentibus Praepositi Generalis: Superiores omnes infra Praepositum Generalem vel Vicarium Generalem.

3.° Superioribus maioribus (i. e. Visitatoribus missis a Praeposito Generali, Praepositis Provinciarum, Praepositis Viceprovinciarum, Superioribus Missionum): Superiores locales omnes, Superiores maiores gradus inferioris (1), item Superiores maiores gradus aequalis in proprio territorio (2). — Nulla autem fit distinctio inter Praepositos Viceprovinciarum independentium et Praepositos Viceprovinciarum dependentium, inter Superiores Missionum independentium et Superiores Missionum dependentium, inter Superiores stabiles et temporarios eiusdem gradus.

II. - Primum locum post Superiorem Domus occupant reliqui Superiores locales. Nulla autem fit distinctio inter va-

---

(1) Ergo locum cedunt Visitatoribus Provinciales, Provincialibus Praepositi Viceprovinciarum, Praepositis Viceprovinciarum Superiores Missionum.

(2) In *Actis Congregationis Generalis* IX, actione 60, 19 febr. 1650, haec leguntur:

« Propositum est ut, quoniam in excipiendis Provincialibus per alienas Provincias transeuntibus non servabatur uniformitas, dum alii Superiores suum in mensa locum illis cedunt, alii non cedunt, Congregatio aliquid determinet quo uniformitas observetur. Congregationi quidem placuit ut uniformitas ubique servaretur; non censuit tamen ea de re quidquam Decreto sanciendum. Sed rogavit Patrem Nostrum [P. Franc. Piccolomini] ut quid ad uniformitatem in hoc urbanitatis et hospitalitatis genere inducendam, melius esse iudicaret, Patribus aperiret. Iudicium autem Patris Nostri fuit: Superiores omnes locales, ipsumque etiam Provincialem, iure urbanitatis et hospitalitatis, debere aliis Provincialibus hospitibus suum locum cedere, talesque Provinciales hanc urbanitatem accipere debere. At Rectores aliis Rectoribus locum cedere non iudicavit oportere ».

rios Superiores locales, neque etiam inter Superiores et Vicesuperiores, Superiores dependentes et ceteros (nisi quod Superior Domus principalis semper praecedit in Domo dependenti huius Domus Superiorem).

III. - In Domo propria, non vero extra eam, primum locum post Superiorem localem aliosque Superiores locales forte praesentes occupant primum Instructor tertiae probationis, deinde Magister Noviciorum.

B) Alia Responsa (cfr. Epit. n. 18 § 2).

113. **19 octobris 1934.**

De veste ecclesiastica a Nostris non deponenda (cfr. Epit. n. 212).

R.m V.m attentam reddo ad abusum, qui huc illuc introduci coeptus est, deponendi vestem talarem in itineribus montanis. Velit R. V. in proxima visitatione id ubique et omnibus prohibere. Meminerint vero Nostri omnes, ad vestes laicales induendas, nisi urgente necessitate, ne Provinciales quidem facultatem concedere posse, sed ad Generalem recurrendum esse. Facultas 11 inter vicennales Provincialibus communicata non est nisi pro locis Missionum et in iis adiunctis de quibus sermo est in ipsa facultate: cf. *Elenchus Facultatum,* 1930, num. 114, collato cum num. 108, ubi aperte dicitur: « Quod ad ceteras regiones attinet, si peculiaris quaedam sit ratio his facultatibus [secundae partis] utendi, recurratur ad Praepositum Generalem ».

Utile autem erit tam R.ae V.ae quam aliis Nostris legere recentem ordinationem ab Exc.mo ac RR. DD. Laurentio Matthia Vincenz, Episcopo Curiensi in Helvetia, latam, cuius latinam versionem hic infra exscribo. (1) Notandum vero est agi de re-

---

(1) *Ordinatio Episcopi Curiensis in Helvetia*:

DE VESTE CLERICALI.

Conferentia ab Helvetiae Episcopatu hoc anno habita, innixa normis C. I. C. cc. 136, 188, 2379 itemque Decreto S. C. Concilii diei 28 iulii 1931, suam de veste clericali sententiam sibi efformavit ac Reve-

gione maxima ex parte protestantica, ubi olim, graves ob causas, usus vestis talaris rarissimus erat.

114. **11 decembris 1934.**

De studiis Scholasticorum qui scholas rite frequentare nequeant (cfr. Epit. n. 363 § 4).

Scholastico N. N., qui ob infirmam valetudinem cursum theologicum cum aliis rite peragere nequit, R. V. permittere poterit ut in apta aliqua domo, dirigente perito Patre, studiis privatim incumbat et praescripta examina ibidem praeparet. Post annum ita absolutum, R. V. de usu huius facultatis mihi

---

rendum Clerum vehementer monet, ut ecclesiastica hac de re praescripta rite exsequatur.

Qua de re Folia Officiosa Clerum identidem edocebant monebantque e. g. 1931, pag. 63 et 1933, pag. 77. Quapropter Reverendum Clerum ad observandas has normas exhortamur, ac Reverendi Domini Decani et Vicarii foranei curare velint, ut ad effectum fideliter hae ubique adducantur.

1. In omnibus domibus paroecialibus et Institutis vestis talaris ut plurimum portetur.

2. Ubi clerus pro loci consuetudine vestem talarem, per Paroeciam eiusque vicinias excurrens, adhuc portat, hic laudabilis usus firmiter retineatur, nec talaris vestis longior breviore suppleatur.

3. In excursionibus, ascensionibus montium, in terras exteras itineribus portetur nigra vestis talaris brevior, quae ad genua descendat. Vetamus habitus ad modum excurrentium saecularium et focale (cravate) loco collaris. Decretum S. C. Concilii diserte postulat: « Omnes clerici decentem habitum ecclesiasticum *publice semper, non excepto tempore aestivarum vacationum deferant*, habitum scilicet, quem legitima consuetudo et Ordinarii loci praescriptum in propria regione ordini clericali convenientem agnoverint ».

4. ...... (*De alia re agit*).

Ceteroqui illud S. Pauli monitum teneamus: « Nolite conformari huic saeculo! » (Rom. 12, 1), recogitantes illud S. Iacobi Apostoli: « Amicitia huius mundi inimica est Dei; quicumque ergo voluerit amicus esse huius saeculi, inimicus Dei constituitur » (Iac. 4, 4).

Curiae Rhaetorum, d. 28 Septembris 1934.

† LAURENTIUS MATTHIAS, *Episcopus*.

rationem reddat, indicando quo fructu Scholasticus his studiis vacaverit et quo exitu examina peregerit. Simul cum his informationibus ad me mittere velit supplices preces ad obtinendam a Sancta Sede dispensationem a praescripto canonis 976 § 3. Ita enim, secundum voluntatem Sacrae Congregationis de Religiosis nobis manifestatam, in eiusmodi casibus procedere debemus.

115. **31 decembris 1934.**

De precibus ante et post mensam (cfr. Epit. n. 223 § 2).

In Epistola die 2 iulii huius anni data « De cotidianis pietatis exercitiis rite peragendis » haec habentur de precibus ante et post mensam dicendis: « Accurate servemus oportet rubricas Breviarii Romani et versiculorum distinctiones ibidem indicatas » (1).

Cum autem non ubique serventur eae versiculorum distinctiones, quae in recentiore editione typica Breviarii Romani habentur, iuvat hic praecipuas quasdam exscribere:

Ante prandium:

℣. Oculi omnium, *et alii prosequuntur*:

℟. In te sperant, Domine, et tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione.

Ante coenam:

℣. Edent pauperes, *et alii prosequuntur*:

℟. Et saturabuntur, et laudabunt Dominum, qui requirunt eum: vivent corda eorum in saeculum saeculi.

Post coenam:

℣. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus.

℟. Escam dedit timentibus se.

---

(1) V. supra, pag. 848.

ACTA ROMANA SOCIETATIS IESU

VOLUMEN VII

INDICES TOTIUS VOLUMINIS

ROMAE
APUD CURIAM PRAEPOSITI GENERALIS

1936

ACTA ROMANA SOCIETATIS IESU

VOLUMEN VII

ANNIS 1932-1934

AD USUM NOSTORUM TANTUM

ROMAE
APUD CURIAM PRAEPOSITI GENERALIS

INDICES

TOTIUS VOLUMINIS VII

I.

PROSPECTUS GENERALIS ACTORUM

HOC VOLUMINE CONTENTORUM

N. B. — *Indicantur paginae, quibus singulorum documentorum initium habetur.*

Acta Apostolicae Sedis

I. - ACTA PII PP. XI.

II. - ACTA SS. CONGREGATIONUM.

(1) Omnes epistolae Praepositi Generalis ad omnes Provinciarum Praepositos datae, nisi explicite ad solos Provinciales reserventur, intelleguntur datae etiam ad Praepositos Viceprovinciarum et Superiores regulares Missionum.

II.

INDEX ACTORUM
HOC VOLUMINE CONTENTORUM
ORDINE CHRONOLOGICO DIGESTUS

Anno	Mense	Die		Pag.
1932	sept.	8	Compluribus Collegiis Nostrorum conceditur facultas conferendi gradus academicos secundum Constitutionem Apostolicam « Deus scientiarum Dominus » et secundum peculiaria Statuta, quae interim approbantur	62
»	»	8	Elenchus Collegiorum S. I. quibus conceditur facultas ut supra	64
»	»	12	Approbatur versio palaeoslavica formulae benedictionis aquae Sancti Ignatii . .	65
»	»	12	De Cruciata Eucharistica pro caecis . .	111
»	oct.	18	De duplici iubilaeo, sacerdotali et episcopali, Excell.mi ac RR. DD. Archiepiscopi Henrici Doering S. I. (Prov. German. Inf.), Episcopi Poonensis	112
»	»	28	Templum S. Antonio Eremitae in Exquiliis dicatum catholicis slavici ritus addicitur eiusque cura committitur Rectori Pontificii Collegii Russici	66
»	nov.	9	De Instituto Culturae religiosae superioris in Pontif. Universitate Gregoriana optime florente	113
»	»	12	Missa votiva de SS. Corde Iesu quotidie celebranda, exceptis paucis diebus, conceditur ad quinquennium in temploArediensi (Prov. Lugdun.), ubi asservatur corpus B. Claudii de la Colombière.	82
»	»	17	Summus Pontifex gratias agit pro 62° volumine collectionis « Monumenta Historica Societatis Iesu » (« Litterae Quadrimestres » tom. VII) Sibi oblato . . .	68
»	»	18	Curante pia Sodalitate « Santa Lega pro Clero » (Apostolatui Orationis in Italia adnexa), indulgentiis ditantur quaedam orationes pro Papa	83

Acta Praepositi Generalis

Anno	Mense	Die		Pag.
1932	iun.	21	De canonizatione B. Andreae Bobola actuose paranda ac promovenda . . .	220
»	»	22	De quinquagesimo anniversario Collegii Mungretensis et Scholae Apostolicae ibidem (Prov. Hibern.)	236
»	»	30	De festis iubilaribus Societatis in urbe Turonensi (Prov. Franc.)	237
»	iul.	7	Pater Noster Conventui Velehradensi de Orientalibus Ecclesiis plaudit ac gratulatur	223
»	»	28	De centenario Residentiae Lalouvescanae (Prov. Lugdun.)	238
»	aug.	15	De novis Facultatibus in Pontificia Universitate Gregoriana et Pontificio Instituto Biblico nuper erectis	153
»	»	19	De « Die Missionum » apte parando et fervide celebrando	160
»	»	22	Nova quaedam documenta de Cruciata Eucharistica communicantur eiusque Secretarius generalis constituitur . .	163
»	sept.	20	De causa canonizationis B. Andreae Bobola impensius promovenda	224
»	»	27	Communicantur documenta Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, quibus conceditur facultas conferendi Nostris gradus academicos in plerisque Collegiis Nostrorum .	168
»	»	28	De quinquagesimo anniversario Seminarii et Collegii Travnicensis (Prov. Jugosl.).	240
»	oct.	3	Congregatio praeparatoria de miraculis Ven. P. Iosephi Pignatelli Nostrorum precibus commendatur	170
»	»	8	De nova Scriptorum Domo apud Curiam Societatis, sed ab ea distincta nuper constituta	171

III.

INDEX ALPHABETICUS

PERSONARUM, LOCORUM, RERUM

NOTA. — Abbreviationes satis notae et faciles sunt. — *Patres* ac *Fratres Societatis* indicantur per solam litteram (*P.*) vel (*Fr.*): *Sanctis* tamen, *Beatis, Venerabilibus*, qui sunt de Societate, apponitur explicite *S. I.* post sigla (*S.*), (*B.*), (*Ven.*); — item post nomen *Praelatorum* de Societate. — *Sancti* recensentur sub proprio cuiusque nomine baptismi, *Beati* vero plerumque sub nomine familiae.

S. P. = Summus Pontifex (hodiernus).
P. N. = Pater Noster, *id est* Praepositus Generalis (hodiernus).
NN. = Nostri, Nostrorum, ...
V. vel v. = Vide (*seu reicitur ad alium titulum*).
A. R. = Acta Romana.

ROMAE — TYPIS PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE